ctus. ⁊ qui bñdixerit tibi. bñdictionib⁹ repleat̄.
Vix iſaac ſermonem impleuerat. ⁊ egreſſo ia/
cob foras. venit eſau: coctoſqꝫ de venatione ci
bos intulit patri dicens. Surge pater mi ⁊ co/
mede de venatione filij tui: vt benedicat mihi
aīa tua. Dixitqꝫ illi iſaac. Quis. n. es tu. Qui
reſpondit. Ego ſum filius tuus primogenitus
eſau. Expauit iſaac ſtupore vehementi. ⁊ vltra
q̄ꝫ credi põt āmirans ait: Quis igitur ille eſt q
dudū captā vēationē attulit mihi. ⁊ comedi ex
omnibus priuſqꝫ tu venires. Benedixiqꝫ ei
⁊ erit benedict⁹: Auditis eſau ſermonib⁹ pris.
irrugiit clamore magno. ⁊ conſternat⁹ ait. Be
nedic etiā ⁊ mihi pater mi. Qui ait: Venit ger
manus tuus fraudulenter. ⁊ accepit benedictio
nem tuam. At ille ſubiunxit. Iuſte vocatū eſt
nomen eius iacob. Supplantauit. n. me en alte
ra vice. Primogenita mea añ tulit. ⁊ nūc ſecū/
do ſurripuit benedictionē meam. Rurſūqꝫ ad
prēꝫ: nūqd nō reſeruaſti ait ⁊ mihi bñdictionē
Rñdit iſaac: Dñm tuū illū conſtitui ⁊ oēs fra
tres ſuos ſeruituti ei⁹ ſubiugaui. Frumento et
vino ⁊ oleo ſtabiliui eum. ⁊ tibi p⁹ hec fili mi vl
tra qd faciā. Cui eſau. Nū vnā tm̄ bñdic/
tionē hēs pr̄. Mihi q̄ꝫ obſecro vt benedicas.
Cūqꝫ eiulatu mag̊ fleret. mot⁹ iſaac dixit ad eū.
In pinguedine terre ⁊ ī rore celi deſup erit bñ
dictio tua. Viues in gladio. ⁊ frī tuo ſeruies:
tēpuſqꝫ veniet cū excutias ⁊ ſoluas iugū ei⁹ de
ceruicib⁹ tuis. Oderat ğ ſemꝑ eſau iacob ꝓ bñ
dictiōe q̄ bñdixerat ei pr̄. Dixitqꝫ in corde ſuo.
Venient dies luct⁹ pris mei. ⁊ occidā iacob fra
trē meū. Nūciata ſūt hec rebecce. Que mittēs.
⁊ vocans iacob filiū ſuū. dixit ad eū. Ecce eſau
frater tuus minat̄ vt occidat te. Nūc ğ fili audi
vocē meā. ⁊ ꝯſurgēs fuge ad laban frēm meū
in arā habitabiſqꝫ cū eo dies paucos donec re/
queſcat furor fris tui. ⁊ ceſſet idignatio ei⁹. obli
uiſcaturqꝫ eoꝝ q̄ feciſti ī eū. poſtea mittā ⁊ ad/
ducā te īde huc. Cur vtroqꝫ orbabor filiis ī vno
die. Dixitqꝫ rebecca ad iſaac. Tedet me vite
mee ꝓpter filios heth. Si acceperit iacob vxo
rem de ſtirpe h⁹ ire: nolo viuere. XXVIII

Vocauit itaqꝫ iſaac iacob ⁊ bñdixit eū.
p̄cepitqꝫ ei dicens. Noli accipere con
iugē de genere chanaā: ſed vade ⁊ ꝓfi
ciſcere in meſopotamiā ſyrie. ad domū bathue
lis patris matris tue: ⁊ accipe tibi inde vxorē
de filiabus laban auunculi tui. Deus autē oī/
potens benedicat tibi. ⁊ creſcere te faciat atqꝫ
multiplicet vt ſis in turbas populorum: ⁊ det ti
bi benedictiones abrahe ⁊ ſemini tuo poſt te:
vt poſſideas terram peregrinationis tue quā
pollicit⁹ eſt auo tuo. Cūqꝫ dimiſiſſet eū iſaac, ꝓ/
fect⁹ peruenit ī meſopotamiā ſyrie: ad laban fi
lium bathuelis ſyri. fratrem rebecce mr̄is ſue.
Videns aūt eſau q͛ benedixiſſet pr̄ ſuus iacob
⁊ miſiſſet eū in meſopotamiā ſyrie vt inde vxo
rē duceret. ⁊ q͛ poſt bñdictionē p̄cepiſſet ei di
cēs. nō accipias vxorē de filiabus chanaan: q͛
qꝫ obediēs iacob parētib⁹ ſuis iſſet in ſyriā: ꝓ
bans q̄ꝫ q͛ non libenter aſpiceret filias chanaā
pater ſuus: iuit ad iſmahelem ⁊ duxit vxorem:
abſqꝫ his quas prius habebat. meleth filiam iſ
mahelis filij abrahā ſororē nabaioth. Igitur
egreſſus iacob ð berſabee. pergebat arā. Cū
qꝫ veniſſet ad quendam locū. ⁊ vellet in eo re/
quieſcere poſt ſolis occubitū tulit de lapidib⁹
qui iacebant. ⁊ ſupponens capiti ſuo. dormiuit
in eodem loco. Viditqꝫ in ſomnis ſcalam ſtan
tē ſuper terrā. ⁊ cacumē illius tangens celū:
angelos quoqꝫ dei aſcēdētes ⁊ deſcendentes ꝑ
eam. ⁊ dñm innixū ſcale dicentem ſibi. Ego
ſum dñs de⁹ abraham patris tui ⁊ deus iſaac.
Terrā in qua dormis tibi dabo ⁊ ſemini tuo
eritqꝫ ſemen tuum quaſi puluis terre. Dilata/
beris ad orientē ⁊ occidētē ⁊ ſeptētrionē ⁊ me
ridiē. ⁊ bñdicent̄ ī te ⁊ ī ſemie tuo cūcte tribus
terre. Et ero cuſtos tu⁹ q̄cūqꝫ ꝑrexeris. ⁊ redu
cā te ī terrā hāc. nec dimittā niſi ꝯpleuero vni
uerſa q̄ dixi. Cūqꝫ euigilaſſet iacob de ſonno
ait: Vere dñs ē in loco iſto. ⁊ ego neſciebam.
Pauēſqꝫ: q̄ꝫ terribilis ē inqt locus iſte. Nō ē
hic aliud niſi domus dei. ⁊ porta celi. Surgēs
ğ iacob mane: tulit lapidē quem ſuppoſuerat
capiti ſuo. ⁊ erexit in titulū fundens oleū deſup
Appellauitqꝫ nomē vrbis bethel: que pri⁹ lu/
za vocabat̄. Vouit ēt votum dicens. Si fuerit
dñs mecū ⁊ cuſtodierit me ī via ꝑ quā ambulo
⁊ dederit mihi panē ad veſcēdū. ⁊ veſtimētū

ad inducēdū. reuerſuſqꝫ fuero ꝓſpere ad domū pris mei: erit mihi dn̄s i deū. ⁊ lapis iſte quē erexi i titulū. vocabit̄ domꝰ dei cūctorūqꝫ q̄ dederis mihi. decimas offerā tibi. XXIX

P[p.]Rofectꝰ ergo iacob venit in terrā orientalē: ⁊ vidit puteū in agro: tres quoqꝫ greges ouiū accubantes iuxta eū. Nā ex illo adaquabant̄ pecora. ⁊ os eiꝰ grandi lapide claudebat̄. Moſqꝫ erat. vt cūctis ouibꝰ congregatis deuoluerent lapidē. ⁊ refectis gregibus rurſum ſup os putei ponerēt. Dixitqꝫ ad paſtores. Frēs vnde eſtis. Qui rn̄derunt de aran. Quos interrogās: nūqd ait noſtis labā filiū nachor. Dixerunt: Nouimꝰ. Sanus ne ē inquit. Valet inquiūt. ⁊ ecce rachel filia eiꝰ venit cū grege ſuo. Dixitqꝫ iacob. Adhuc multū diei ſupereſt: nec ē tēpꝰ vt reducant̄ ad caulas greges. Date aū potū ouibus. ⁊ ſic eas ad paſtū reducite. Qui reſpōderūt non poſſumꝰ. donec oīa pecora congregentur ⁊ āmoueamus lapidē de ore putei vt adaquemus greges. Adhuc loquebant̄. ⁊ ecce rachel veniebat cum ouibus patris ſui. Nā gregē ipſa paſcebat. Quā cū vidiſſet iacob. ⁊ ſciret conſobrinā ſuā oueſqꝫ laban auunculi ſui. āmouit lapidē quo puteus claudebat̄. ⁊ adaquato grege oſculatꝰ eſt eam. Et eleuata voce fleuit. ⁊ indicauit ei q̄ frat̄ eſſet patris ſui. ⁊ filius rebecce. At illa feſtinans nūciauit patri ſuo. Qui cū audiſſet veniſſe iacob filiū ſororis ſue. occurrit obuiā ei: ꝯplexuſqꝫ eū ⁊ in oſcula ruens: duxit in domū ſuā. Auditis aūt cauſis itineris. reſpondit. Os meum es ⁊ caro mea. Et poſtq̄ꝫ impleti ſunt dies menſis vnius dixit ei. Num q̄ frater meus es: gratis ſeruies mihi. Dic quid mercedis accipias. habebat vero duas filias. Nomen maioris lya: minor vero appellabat̄ rachel. Sed lya lippis erat oculis. rachel decora facie ⁊ venuſto aſpectu. quā diligens iacob ait: Seruiā tibi ꝓ rachel filia tua minore ſeptē ānis. Rn̄dit laban. Melius ē vt tibi eā dem q̄ꝫ alteri viro. Mane apud me. Seruiuit ergo iacob ꝓ rachel ſeptē ānis: ⁊ videbant̄ illi pauci dies pre amoris magnitudine. Dixitqꝫ ad laban: Da mihi vxorē meā. q̄ iā tempꝰ impletū eſt vt ingrediar ad illā. qui vocatis multis amicoꝝ turbis ad conuiuiū fecit nuptias. ⁊ veſpere lyā filiam ſuā introduxit ad eū: dans ancillā filie zelphan noīe. Ad quā cū ex more iacob fuiſſet ingreſſus. facto mane vidit lyam. ⁊ dixit ad ſocerū ſuum. Quid ē qđ facere voluiſti. Nonne pro rachel ſeruiui tibi. Quare impoſuiſti mihi. Rn̄dit laban. Nō eſt in loco nr̄o cōſuetudinis vt minores ān tradamꝰ ad nuptias. Imple ebdomadā dieꝝ huiꝰ copule ⁊ hanc qꝫ dabo tibi. ꝓ opere q̄ ſeruiturus es mihi ſeptē ānis alijs. Acqeuit placito ⁊ ebdomada trāſacta rachel duxit vxorē. Cui pat̄ ſeruā balam tradiderat. Tandēqꝫ potitꝰ optatis nuptijs amorē ſequētis priori pretulit. ſeruiēs apud eū ſeptē annis alijs. Videns aūt dn̄s q̄ deſpiceret lyam. apuit vuluam eius ſorore ſterili permanēte. Que conceptū genuit filiū. vocauitqꝫ nomen eiꝰ ruben dicēs. Vidit dn̄s humilitatē meam. Nunc amabit me vir meus. Rurſūqꝫ concepit ⁊ pepit filiū. ⁊ ait: Qm̄ audiuit me dn̄s haberi contēptui: dedit ēt iſtū mihi. Vocauitqꝫ nomē eiꝰ ſymeon. Concepitqꝫ tertio. ⁊ genuit aliū filiū: dixitqꝫ. Nunc quoqꝫ copulabit̄ mihi maritꝰ meus eo q̄ pepererim ei tres filios. Et iccirco appellauit nomē eiꝰ leui. Quarto concepit ⁊ pepit filiū. ⁊ ait. Modo confitebor dn̄o. Et ob hoc vocauit eum iudam. ceſſauitqꝫ parere. XXX

C[c]Ernens aūt rachel q̄ infecunda eſſet: inuidit ſorori ſue ⁊ ait marito ſuo. Da mihi liberos alioqn moriar. Cui iratꝰ rn̄dit iacob. Nū pro deo ego ſum. qui priuauit te fructu vētris tui. At illa. Hēo inqt famulā balam. ingredere ad illā vt pariat ſuper genua mea. ⁊ habeā ex illa filios. Deditqꝫ illi balam in coniugiū. Que ingreſſo ad ſe viro: concepit ⁊ pepit filium. Dixitqꝫ rachel. Iudicauit mihi dn̄s. ⁊ exaudiuit vocē meā dās mihi filiū. Et iccirco appellauit nomen eiꝰ dan. Rurſūqꝫ bala concipiens pepit alteꝝ ꝓ q̄ ait rachel. Cōparauit me dn̄s cū ſorore mea. ⁊ inualui. Vocauitqꝫ eū neptalim. Sentiens lya q̄ parere deſiſſet zelphā ancillā ſuā marito tradidit. Qua poſt conceptū edēte filiū dixit: Feliciter. Et iccirco vocauit nomē eiꝰ gad. Peperit q̄ꝫ zelpha alterū dixitqꝫ lya. Hoc ꝓ btitudine mea. Beatā quippe me dicēt oēs mulieres. Propterea appellauit eū aſer. Egreſſus aūt ruben tpe meſſis triticee i agrum reppterit mādragoras: q̄s matri ſue detulit. Dixitqꝫ rachel. Da mihi partē de mādragoris filij tui. Illa rn̄dit. Parū ne tibi videt̄ q̄ pripueris maritū mihi: niſi etiā mandragoras filij mei tuleris. Ait rachel. dormiat tecū hac nocte ꝓ mādragoris filij tui. Redeūti qꝫ ad veſperā iacob de agro. egreſſa ē i occurſū eius lia. ⁊ ait: Ad me ingt intrabis: q̄ mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitqꝫ cum ea nocte illa. ⁊ exaudiuit deꝰ p̄ces eius. Concepitqꝫ ⁊ pepit filiū quintū. ⁊ ait: De

dedit deus mercedē mihi: qꝛ dedi ancillā meā vi
ro meo. Appellauitqꝫ nomē eiꝰ iſachar. Rur
ſū lya cōcipiens peperit ſextū filium. ⁊ ait: Do/
tauit me deus dote bona. Etiam hac vice me/
cū erit maritꝰ meus: eo ꝙ genuerim ei ſex fili
os. Et iccirco appellauit nomē eius zabulon.
Poſt quē peperit filiā noīe dinā. Recordatus
qꝫ dñs rachelis. exaudiuit eā ⁊ apuit vuluā eiꝰ
q̄ ꝯcepit ⁊ pepit filiū dicēs. Abſtulit deꝰ oppro
briū meū. Et vocauit nomē illiꝰ ioſeph dicens.
Addat mihi dñs filiū alterū. Nato autē ioſeph
dixit iacob ſocero ſuo: Dimitte me vt reuertar
in patriam meā ⁊ ad terrā meā. Da mihi vxo/
res ⁊ liberos meos pro quibꝰ ſeruiui tibi vt ab/
eam. Tu ꝟo noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi.
Ait illi laban. Inueniā gratiā in ꝯſpectu tuo.
Experimēto didici: qꝛ bñdixerit mihi deꝰ ꝓpt
te. Cōſtitue mercedē tuā quā dem tibi. At ille
reſpondit. Tu noſti quō ſeruierim tibi. ⁊ quan
ta i manibꝰ meis fuit poſſeſſio tua. Modicū ha
buiſti anteq̄ꝫ venirē ad te. ⁊ nūc diues effectꝰ es
benedixitqꝫ tibi deꝰ ad introitū meū. Juſtum ē
igiť vt aliqñ ꝓuideā domui mee. Dixit laban.
Quid tibi dabo. At ille ait. Nihil volo: ſed ſi
feceris qđ poſtulo: iterū paſcā ⁊ cuſtodiā peco
ra tua. Gyra oēs greges tuos. ⁊ ſepara cun/
ctas oues varias ⁊ ſparſo vellere. ⁊ qđcūqꝫ fu
ruum ⁊ maculoſum variūqꝫ fuerit. tam in ouibꝰ
q̄ꝫ in capris. erit merces mea. Rñdebitqꝫ mi/
hi cras iuſticia mea. qñ placiti tēpus aduenerit
corā te. ⁊ oīa que nō fuerint varia ⁊ maculoſa
⁊ rufatā in ouibꝰ q̄ꝫ in capris. furti me argues
Dixitqꝫ laban. Gratū habeo qđ petis. Et ſepa
uit in die illa capras ⁊ oues ⁊ hircos ⁊ arietes
varios ⁊ maculoſos. Cunctū aūt gregem vni
colorē. i. albi ⁊ nigri velleris. tradidit in manu
filiorꝫ ſuorꝫ. ⁊ poſuit ſpaciū itineris triū dierū
inter ſe ⁊ generum: qui paſcebat reliquos gre/
ges eius. Tollēs ergo iacob virgas populeas
virides ⁊ amigdalinas. ⁊ ex platanis. ex parte
decorticauit eas. Detractiſqꝫ corticibꝰ in his q̄
ſpoliata fuerant. cādor apparuit: illa vero que
integra fuerant. viridia ꝑmāſerūt. atqꝫ in hūc
modū color effectꝰ ē variꝰ. Poſuitqꝫ eas in ca
nalibꝰ vbi effūdebať aqua: vt cū veniſſent gre
ges ad bibendū: ante oculos haberent virgas
⁊ in aſpectu earꝫ cōcipent. Factūqꝫ eſt vt i ipſo
calore coitus oues intuerenť virgas. ⁊ parerēt
maculoſa ⁊ varia ⁊ diuerſo colore reſperſa. Di
uiſitqꝫ gregem iacob. ⁊ poſuit virgas in cana
libus añ oculos arietum. Erant autem alba ⁊
nigra queqꝫ laban. cetera ꝟo iacob: ſepatis in
ter ſe gregibꝰ. Igiť qñ primo tpe aſcēdebāťur
oues ponebat iacob virgas i canalibꝰ aqꝛ ante
oculos arietū ⁊ ouiū. vt i earꝫ ꝯtēplatōe ꝯcipe
rēt. Qñ ꝟo ſerotina admiſſura erat. ⁊ ꝯceptꝰ
extremꝰ nō ponebat eas. Factaqꝫ ſut ea q̄ erāt
ſerotina. laban. ⁊ q̄ primi tpis iacob. Ditatuſ/
qꝫ eſt hō vltra modū. ⁊ habuit greges multos
ancillas ⁊ ſeruos. camelos ⁊ aſinos. XXXI

Poſtq̄ꝫ aūt audiuit verba filiorꝫ laban
dicentium: tulit iacob oīa q̄ fuerūt pris
noſtri: ⁊ de illius facultate ditatꝰ. factꝰ
eſt inclytꝰ: aīaduertitqꝫ faciē laban ꝙ non eſſet
erga ſe ſicut heri ⁊ nudiuſtertiꝰ: maxime dicen
te ſibi dño: reuertere in terram patrū tuorū ⁊
ad generationē tuam. eroqꝫ tecū: miſit ⁊ voca/
uit rachel ⁊ lyam in agrū vbi paſcebat greges.
dixitqꝫ eis. Video faciē patris veſtri ꝙ non ſit
erga me ſicut heri ⁊ nud. ulterius. Deus aūt
pris mei fuit mecū. ⁊ ipſe noſtis ꝙ totis viribꝰ
meis ſeruierim pri veſtro. Sed ⁊ pater veſter
circūuenit me. ⁊ mutauit mercedē meā decem
vicibꝰ. ⁊ tñ non dimiſit eū deus vt noceret mi/
hi. Si qñ dixit. varie erunt mercedes tue: parie/
bant oēs oues varios fetus: qñ ꝟo ecōtrario
ait: alba queqꝫ accipies ꝓ mercede. oēs greges
alba pepererunt. Tulitqꝫ deus ſubām pris ve
ſtri. ⁊ dedit mihi. Poſtq̄ꝫ. n. conceptus ouium
tempus aduenerat. leuaui oculos meos ⁊ vidi
in ſomnis aſcendentes mares ſuper feminas.
varios ⁊ maculoſos ⁊ diuerſorꝫ colorꝫ. Dixit/
qꝫ angelus dñi ad me in ſomnis. Jacob. ⁊ ego
rñdi. Adſum. Qui ait: Leua oculos tuos ⁊ vi
de vniuerſos maſculos aſcendentes ſup femi/
nas varios maculoſos atqꝫ reſpſos. Vidi. n.
omnia que fecit tibi laban. Ego ſum deus be/
thel. vbi vnxiſti lapidem. ⁊ votum vouiſti mi/
hi. Nūc ergo ſurge ⁊ egredere de terra hac re
uertens i terrā natiuitatis tue. Rñderuntqꝫ ra
chel ⁊ lya. Nunqđ habemus reſidui quicq̄ꝫ in
facultatibꝰ ⁊ hereditate domꝰ pris nri. Nōne q̄
ſi alienas reputauit nos ⁊ vendidit comeditqꝫ
preciū nrm. Sed deus tulit opes pris noſtri. ⁊
eas tradidit nobis ac filijs nris. Vñ oīa que p̄
cepit tibi dñs. fac. Surrexit aūt iacob ⁊ impoſi
tis liberis ac cōiugibꝰ ſuis ſuper camelos abijt
tulitqꝫ oēm ſubām ſuā ⁊ greges. ⁊ qcqđ in me
ſopotamia acquiſierat. pergēs ad iſaac patrem
ſuū in terra chanaan. Eo tpe ierat laban ad ton
dendas oues. ⁊ rachel furata eſt idola pris ſui.
Noluitqꝫ iacob cōfiteri ſocero ſuo ꝙ fugeret.
Cūqꝫ abiiſſet tam ipſe q̄ꝫ oia que iuris ſui erant
⁊ amne tranſmiſſo pergeret cōtra mōtē galaad:

nunciatum eſt laban die tertio q̄ fugeret iacob.
Qui aſſūptis fratrib⁹ ſuis. pſecut⁹ ē eū diebus ſe/
ptem. ⁊ cōprehendit eū in monte galaad. Vi/
ditq; in ſomnis dicentē ſibi dn̄m. Caue ne q̄c/
q̄ꝫ aſpe loq̄ris cōtra iacob. Iāq; iacob extende
rat i mōte tabernaculū. Cūq; ille ꝯſecut⁹ fuiſſꝫ
eū cū fratrib⁹ ſuis in eodē mōte galaad fixit tēto/
rium. Et dixit ad iacob. Quare ita egiſti: vt clā
me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio
Cur ignorāte me fugere voluiſti: nec indicare
mihi vt proſequerer te cum gaudio ⁊ canticis ⁊
tympanis ⁊ citharis. Non es paſſus vt oſcula
rer filios meos ⁊ filias. Stulte operat⁹ es. Et
nunc quidem valet man⁹ mea reddere tibi ma
lum. ſed deus pr̄is tui heri dixit mihi. Caue ne
loquaris ꝯ iacob q̄cq̄ꝫ durius. Eſto. Ad tuos
ire cupiebas. ⁊ deſiderio erat tibi domus pr̄is
tui. Cur furatus es deos meos. Rn̄dit iacob.
Qꝛ inſcio te profect⁹ ſum: timui ne violenter au
ferres filias tuas. Qꝛ aūt furti me arguis apud
quēcūq; inueneris deos tuos. necet̄ corā fratribus
nr̄is. Scrutare q̄cq̄d tuoꝝ apud me inueneris
aufer. Hec dicens ignorabat q̄ rachel furata
eſſet idola. Ingreſſus itaq; laban tabernaculū
iacob ⁊ lye ⁊ vtriuſq; famule: non iuenit. Cū/
q; intraſſet tentorium rachelis: illa feſtinās ab
ſcondit idola ſubter ſtramenta cameli ⁊ ſedit de
ſuper: ſcrutantiq; omne tentoriū ⁊ nihil inueni
enti. ait: Ne iraſcatur dn̄s meus q̄ corā te aſ
ſurgere nequeo: qꝛ iuxta conſuetudinē femina
rum nūc accidit mihi. Sic deluſa ſollicitudo q̄/
rentis ē. Tumēſq; iacob cū iurgio. ait. Quam
ob culpā meā ⁊ ob qd̄ peccatum meū ſic exarſi/
ſti poſt me. ⁊ ſcrutat⁹ es oēm ſupellectilē meā.
Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia dom⁹ tue.
Pone hic corā fratribus meis ⁊ fratribus tuis: ⁊
iudicent iter me ⁊ te. Ideirco viginti annis fui
tecū: oues tue ⁊ capre ſteriles non fuerunt: arie
tes gregis tui nō comedi: nec captū a beſtia oſ
di tibi. Ego dāmnum oē reddebam. Quicquid
furtim peribat a me exigebas die noctuq; eſtu
vrgebar ⁊ gelu: fugiebatq; ſomnus ab oculis
meis. Sicq; per viginti annos i domo tua ſer
uiui tibi: quatuordecim pro filiabus. ⁊ ſex p̄ gre
gibus tuis. Immutaſti q̄ꝫ mercedeꝫ meā decē
vicib⁹. Niſi deus patris mei abraham ⁊ timor
iſaac fuiſſet mihi: forſitan modo nudū me di/
miſiſſes. Afflictionē meā ⁊ laborem manuum
meaꝝ reſpexit dn̄s: ⁊ arguit te heri. Rn̄dit ei la
ban. Filie mee ⁊ filij ⁊ greges tui ⁊ oīa que cer
nis mea ſunt. Quid poſſum facere filijs ⁊ ne/
potibus meis. Veni ḡ ⁊ ineam⁹ fed⁹: vt ſit te/
ſtimoniū īter me ⁊ te. Tulit itaq; iacob lapidē
⁊ erexit illū in titulum. Dixitq; fratribus ſuis.
Afferte lapides. Qui ꝯgregantes fecerunt tu
mulū. Comederuntq; ſuper eum. Quē voca/
uit laban tumulū teſtis. ⁊ iacob aceruū teſtimo
nij. vterq; iuxta ꝓprietatē lingue ſue. Dixitq;
laban. tumulus iſte teſtis erit inter me ⁊ te ho/
die. Et iccirco appellatū eſt nomē eius galaad.
i. tumulus teſtis. Et adiecit laban. Intueatur
⁊ iudicet dn̄s inter nos qn̄ receſſerimus a nobiſ
ſi afflixeris filias meas. ⁊ ſi introduxeris alias
vxores ſup eas. Nullus ſermonis nr̄i teſtis ē
abſq; deo qui preſens reſpicit. Dixitq; rurſus
ad iacob. En tumulus hic ⁊ lapis quē erexi int
me ⁊ te teſtis erit. Tumul⁹ inq̄; iſte ⁊ lapis ſunt
in teſtimonium: ſi aut ego tranſiero illum per/
gens ad te: aut tu preterieris malum mihi cogi
tans. Deus abraam ⁊ deus nachor: iudicet int
nos: deus patris eoꝝ. Iurauit ergo iacob p
timorē patris ſui iſaac imolatiſq; victimis i mō
te vocauit fratres ſuos vt ederent panē. Qui
cum comediſſent manſerunt ibi. Laban vo
de nocte conſurgens. oſculatus eſt filios ⁊ fili/
as ſuas. ⁊ benedixit illis: reuerſuſq; eſt in lo/
cum ſuum.

XXXII

Iacob aūt abijt in itinere q̄ ceperat: fue/
runtq; ei obuiā angeli dei. Quos cū
vidiſſet ait. Caſtra dei ſunt hec. Et ap
pellauit nomē loci illi⁹ manaim. i. caſtra. Miſit
aūt ⁊ nuncios an̄ ſe ad eſau frēm ſuum in terra
ſeyr. in regione edom: p̄cepitq; eis dicens. ſic
loquimini dn̄o meo eſau. Hec dicit frater tuuſ
iacob. Apud laban pegrinat⁹ ſū. ⁊ fui vſq; i p̄
ſentē diem. Hēo boues ⁊ aſinos ⁊ oues ⁊ ſer
uos ⁊ ancillas: mittoq; nunc legationē ad dn̄ꝫ
meum vt inueniam gratiam in conſpectu tuo.
Reuerſiq; ſunt nuncij ad iacob dicentes. Ve
nimus ad eſau frēm tuū: ⁊ ecce ꝓperat in occur
ſuꝫ tuū cū q̄dringētis viris. Timuit iacob val
de. ⁊ pterritus diuiſit pplm q̄ ſecū erat: greges
q̄ꝫ ⁊ oues ⁊ boues ⁊ camelos i duas turmaſ di
cens. Si venerit eſau ad vnā turmā ⁊ pcuſſe/
rit eā: alia turma q̄ reliqua eſt ſaluabit̄. Dixitq;
iacob. Deus pr̄is mei abraham. ⁊ deus patriſ
mei iſaac. dn̄e qui dixiſti mihi: reuertere in ter
ram tuā ⁊ in locū natiuitatis tue. ⁊ bn̄faciā tibi
minor ſum cūctis miſerationib⁹ tuis ⁊ veritate
tua quā expleſti ſeruo tuo. In baculo meo trā
ſiui iordanem iſtum. ⁊ nunc cum duabus tur/
mis regredior. Erue me de manu fratris mei
eſau. qꝛ valde eum timeo: ne forte veniens per
cutiat matres cum filijs. Tu locutus es q̄ be/

bñfaceres mihi. ⁊ dilatares ſemen meum ſicut
arenã maris. q̄ p̄ multitudine numerari nõ po
teſt. Cũq3 dormiſſet ibi nocte illa: ſꝑauit de his
q̄ habebat munera eſau fratri ſuo. capras ducē
tas. hircos viginti. oues ducētas: arietes vigi
ti. camelos fetas cũ pullis ſuis triginta. vaccas
quadraginta. ⁊ tauros viginti. aſinas viginti.
⁊ pullos earum decē. Et miſit per manus ſer/
uorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges. dixit
q3 pueris ſuis. Antecedite me. ⁊ ſit ſpatium in
ter gregē ⁊ gregē. Et p̄cepit priori dicēs. Si ob
uiũ habueris frēm meũ eſau. ⁊ interrogauerit
te. cuiꝰ es aut quo vadis: aut cuiꝰ ſunt iſta q̄ ſe
queris. rñdebis. Serui tui iacob. Mũera mi/
ſit dño ſuo eſau. ipſe quoq3 poſt nos venit. Si
militer dedit mãdata ſecundo ⁊ tertio ⁊ cunctis q
ſeq̄bant greges dicēs. Hiſdē verbis loquimini
ad eſau cũ inueneritis eũ. ⁊ addetis. Ipſe quoq3
ſeruꝰ tuus iacob. iter noſtrũ inſequit. Dixit. n.
Placabo illũ muneribus que p̄cedũt. ⁊ poſtea
videbo illũ. Forſitan ꝓpitiabit mihi. Preceſ
ſerũt itaq3 munera añ eũ. ipſe vero manſit nocte
in illa i caſtris. Cunq3 mature ſurrexiſſet tulit
duas vxores ſuas ⁊ totidē famulas cũ vndecim
filijs: ⁊ tranſiuit vadũ iaboch. Tranſductiſq3
oibus q̄ ad ſe ptinebãt. manſit ſolus. ⁊ ecce vir
luctabat cũ eo vſq3 mane. Qui cũ videret ꝙ eũ
ſuperare nõ poſſet. tetigit neruũ femoris eiꝰ ⁊ ſta
tim emarcuit. Dixitq3 ad eũ. Dimitte me. Iã
n. aſcēdit aurora. Rñdit. Nõ dimittam te niſi
bñdixeris mihi. Ait ergo. Quod eſt nomen ti
bi. Rñdit Iacob. At ille. Neq̄q̄3 inquit iacob
appellabit nomen tuum: ſed iſrl. Quõ ſi ꝯtra
deũ fortis fuiſti quãto magis ꝯ hoies. p̄ualebis.
Interrogauit eũ iacob. Dic mihi quo appella
ris noie. Rñdit. Cur q̄ris nomē meũ qd ē mi
rabile. Et bñdixit ei in eodem loco. Vocauitq3
iacob nomē loci illiꝰ phanuel. dicens. Vidi do
minum facie ad faciem: ⁊ ſalua facta eſt aia mea
Ortuſq3 eſt ei ſtatim ſol poſtq3 trãſgreſſus eſt
phanuel. Ipſe vero claudicabat pede. Quã ob
cãm nõ comedũt neruũ filij iſrl q emarcuit i fe/
more iacob vſq3 in p̄ntē diē. eo ꝙ tetigerit ner
uũ femoris eiꝰ ⁊ obſtupuerit. XXXIII

Leuans autē iacob oculos. vidit veni
entē eſau. ⁊ cum eo quadringētos vi/
ros. Diuiſitq3 filios lye ⁊ rachel am/
barumq3 famularũ. ⁊ poſuit vtrãq3 ancillam ⁊
liberos earũ in p̄ncipio. lyam vero ⁊ filios eiuſ
in ſecũdo loco. rachel autē ⁊ ioſeph nouiſſimos
Et ipſe pgrediēs adorauit pronus in terrã ſepti
es donec appropinquaret frater eiꝰ. Currens
itaq3 eſau obuiã fratri ſuo ãplexatꝰ eſt eũ. ſtrin
genſq3 collũ eius ⁊ oſculans eũ fleuit. leuatiſq3
oculis vidit mulieres ⁊ paruulos earum. ⁊ ait
Quid ſibi volunt iſti: ⁊ ſi ad te ptineant. Re/
ſpondit. paruuli ſunt quos donauit mihi deus
ſeruo tuo. Et appropinquãtes ãcille ⁊ filij earũ
incuruati ſunt. Acceſſitq3 lya cum pueris ſuis
⁊ cũ ſilr adoraſſent. extremi ioſeph ⁊ rachel ado
rauerunt. Dixitq3 eſau. Que nã ſunt iſte tur/
me quas obuiam habui. Rñdit. Vt inuenirem
grãm corã dño meo. At ille ait: habeo plurima
frater mi: ſint tua tibi. Dixitq3 iacob. Noli ita
obſecro: ſed ſi inueni gratiã in oculis tuis acci
pe munuſculũ de manibus meis. Sic enim vidi
faciē tuã: quaſi viderim vultũ dei. Eſto mihi
propitius. ⁊ ſuſcipe benedictionem quã attuli
tibi. ⁊ quã dõauit mihi deus tribuēs oia. Vix
fratre cõpellēte ſuſcipiens ait: Gradiamur ſi/
mul eroq3 ſociꝰ itineris tui. Dixitq3 iacob: no
ſti dñe mi ꝙ paruulos habeã teneros. ⁊ oueſ ⁊
boues fetaſ mecũ. quas ſi plus i ambulãdo fe/
cero laborare: morient vna die cuncti greges.
Precedat dñs meus ante ſeruũ ſuũ. ⁊ ego ſe/
quar paulatī veſtigia eiꝰ. ſicut videro paruulos
meos poſſe donec veniã dñm meũ in ſeyr. Re
ſpondit eſau. Oro te vt de pplo q mecũ ē. ſaltē
ſocij remaneant vie tue. Non ē inquit neceſſe
hoc vno tñ indigeo vt inueniam grãm in con
ſpectu tuo dñe mi. Reuerſus eſt itaq3 illo die
eſau itinere quo venerat in ſeyr. Et iacob vēit
in ſochot: vbi edificata domo ⁊ fixis tentorijs
appellauit nomen loci illius ſochot. i. taberna/
cula. Trãſiuitq3 in ſalem vrbē ſichimorũ q̄ ē in
terra chanaan. poſtq3 reuerſus ē de meſopota
mia ſyrie. ⁊ habitauit iuxta oppidũ. emitq3 ptē
agri i qua fixerat tabernacula. a filijs emor prīſ
ſichem centum agnis. ⁊ erecto ibi altari inuo/
cauit ſuper illud fortiſſimum deum iſrahel.

Egreſſa eſt autē dina fi/ XXXIIII
lia lye vt videret mulieres regionis il
lius. Quam cum vidiſſet ſichem filius
emor euei p̄nceps terre illiꝰ. adamauit e. ⁊ ra
puit. ⁊ dormiuit cũ illa: vi opprimēs virginem.
Et cõglutinata ē aia eiꝰ cũ ea: triſtēq3 deliniuit
blanditijs ⁊ pgens ad emor prēm ſuũ: accipe in
quit mihi puellã hãc ꝯiugē. Qd cũ audiſſet ia/
cob abſentibꝰ filijs ⁊ in paſtu pecorum occupa/
tis: ſiluit donec redirent. Egreſſo autem emor
patre ſichem vt loqueret ad iacob. ecce filij eiuſ
veniebant de agro: auditoq3 quod acciderat.
irati ſunt valde: eo ꝙ fedã rem operatꝰ eēt i iſrl.
⁊ violata filia iacob rem illicitam perpetraſſet

Locutus ē itaqꝫ emor ad eos. Sichem filij mei
adheſit aīa filie veſtre. Date eā illi vxorē ⁊ iun
gamus viciſſim cōnubia. Filias veſtras tradi
te nobis. ⁊ filias nr̄as accipite. ⁊ habitate no/
biſcum: Terra in ptāte vr̄a eſt: exercete. nego
ciamini: ⁊ poſſidete eā. Sed ⁊ ſichem ad prem
⁊ ad frēs eius ait: Inueniā grām corā vobiſ ⁊
queciqꝫ ſtatueritis dabo. Augete dotē ⁊ mu/
nera poſtulate. ⁊ libenter tribuā qđ petieritis:
tm̄ date mihi puellam hanc vxorē. Responde
runt filij iacob: ſichem ⁊ patri eiꝰ in dolo: ſeuiē
tes ob ſtuprū ſororis. Nō poſſumus facere qđ
petitis: nec dare ſororē noſtrā hoi incircunciſo
qđ illicitū ⁊ nephariū eſt apud nos. Sed i hoc
valebimus federari. Si volueritis eē ſiles nr̄i
⁊ circuncidať in vobis oīs maſculini ſexus: tūc
dabimꝰ ⁊ accipiemꝰ mutuo filias vr̄as ac nr̄as
⁊ habitabimus vobiſcū. erimuſqꝫ vnꝰ ppl's. ſi
aūt circūcidi nolueritis: tollemꝰ filiā nr̄am ⁊ re
cedemus. Placuit oblatio eoꝝ emor ⁊ ſichem
filio eius: nec diſtulit adoleſcens qn ſtatim qđ
petebatur expleret. Amabat. n. puellam valde
⁊ erat inclitus in oī domo pr̄is ſui. Ingreſſiqꝫ
portā vrbis locuti ſunt ad pplm. Viri iſti paci
fici ſunt. ⁊ volunt habitare nobiſcum. Negoci
emur in terra ⁊ exerceam eā: q̄ ſpacioſa ⁊ lata/
cultoribus indiget. Filias eoꝝ accipiemꝰ vxo/
res: ⁊ nr̄as illis dabimꝰ. Vnū eſt q̄ differť tan
tū bonū. Si circumcidamus maſculos nr̄os ri
tū gentis imitātes. ⁊ ſubā eoꝝ ⁊ pecora ⁊ cūcta
q̄ poſſident nr̄a erūt. Tm̄ i h̄ acqeſcamꝰ. ⁊ ha/
bitātes ſil' vnū efficiamꝰ pplm. Aſſenſiqꝫ ſunt
oēs circūciſis cūctis marībꝰ. Et ecce die tertio
qū grauiſſimus vulnerū dolor eſt. arrepť duo
filij iacob. ſymeon ⁊ leui fratres dine gladijs.
ingreſſi ſunt vrbē cōfidenter: interfectiſqꝫ oī/
bus maſculiſ. emor ⁊ ſichem pariter necauerūt
tollētes dinā de domo ſichem ſororē ſuā. Qui
bus egreſſis irruerunt ſup̱ occiſos ceteri filij ia
cob. ⁊ depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtu/
pri: oues eoꝝ ⁊ armenta ⁊ aſinos. cunctaqꝫ va
ſtantes que in domibꝰ ⁊ in agris erāt. paruu/
los q̄ꝫ eoꝝ ⁊ vxores duxerunt captiuas. Qui/
bus ꝑpetratis audacť. iacob dixit ad ſymeon ⁊
leui. turbaſtis me. ⁊ odioſum feciſtiſ me chana
neis ⁊ pherezeis habitatoribꝰ tre huiꝰ. Nos pau
ci ſumus: illi cōgregati percutiēť me. ⁊ delebor
ego ⁊ domꝰ mea. Rn̄derunt. Nunqd vt ſcorto
abuti debuere ſorore noſtra: XXXV

Interea locutus ē deus ad iacob. Sur
ge ⁊ aſcende bethel ⁊ habita ibi. Fac/
qꝫ altare dn̄o qui apparuit tibi qn̄do
fugiebas eſau fratrem tuum. Iacob vo cōuo
cata oī domo ſua ait: Abijcite deos alienos q̄ i
me/dio vr̄i ſunt ⁊ mundamini: ac mutate veſti
menta veſtra. Surgite ⁊ aſcēdamꝰ i bethel vt
fa ciamus ibi altare dn̄o qui exaudiuit me i die
tribulatōis mee. ⁊ ſocius fuit itineris mei. De
derunt ergo ei oēs deos alienos q̄s hēbant: ⁊ i
aures que erant in auribꝰ eoꝝ. At ille infodit
eas ſubter terebinthū: q̄ eſt poſt vrbē ſichem.
Cūqꝫ pfecti eſſent: terror dei inuaſit oēs p̱ cir/
cuitū ciuitates. ⁊ nō ſunt auſi pſequi recedētes.
Venit igitur iacob luzam: q̄ eſt in tra chanaan
cognomēto bethel: ipſe ⁊ oīs ppl's cū eo. Edi/
ficauitqꝫ ibi altare. ⁊ appellauit nomē loci illiꝰ
domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cum fu
geret frēꝫ ſuū. Eodē tpe mortua eſt delbora nu
trix rebecce. ⁊ ſepulta eſt ad radices bethel ſub
ter quercum: vocatūqꝫ ē nomē loci illius q̄rcuſ
fletus. Apparuit aūt iterum deus iacob poſtq̄ꝫ
reuerſus eſt de meſopotamia ſyrie: ⁊ venit ī be
thel: benedixitqꝫ ei dicens. Non vocaberis vl
tra iacob: ſed iſrahel erit nomē tuū. Et appella
uit eū iſrľ. Dixitqꝫ ei: Ego deus oīpotēs: Cre
ſce ⁊ multiplicare: gentes ⁊ populi nationū ex
te erunt. Reges de lumbis tuis egredientur:
terrāqꝫ quā dedi abraham ⁊ iſaac. dabo tibi ⁊
ſemini tuo poſt te. Et receſſit ab eo. Ille vo ere
xit titulum lapideuꝫ. in loco quo locutus fuerat
ei deus libans ſuper eū libamina. ⁊ effundens
oleum: vocanſqꝫ nomē illiꝰ loci bethel. Egreſ
ſus aūt inde venit verno tpe ad terrā q̄ ducit ef
frathā. In qua cum parturiret rachel. ob diffi/
cultatem partus periclitari cepit. Dixitqꝫ ei ob
ſtetrix. Noli timere: q2 ⁊ hunc habebis filium
Egrediente aūt aīa pre dolore ⁊ iminente iam
morte. vocauit nomen filij ſui bennoni. i. filius
doloris mei. Pater vo appellauit eum benia
min. i. filius dextre. Mortua eſt ergo rachel ⁊
ſepulta eſt in via que ducit effrathaꝫ. hec ē beth
leem. Erexitqꝫ iacob titulum ſuper ſepulchruꝫ
eius. Hic eſt titulus monumēti rachel vſqꝫ in
preſentē diē. Egreſſus inde fixit tabernaculum
trans turrē gregis. Cūqꝫ habitaret in illa re/
gione: abijt ruben. ⁊ dormiuit cū bala concubi
na pr̄is ſui. Qđ illū minime latuit. Erant autē
filij iacob duodecim. Filij lye primogenitꝰ ru/
ben: ⁊ ſymeon ⁊ leui: iudas ⁊ iſachar ⁊ zabulō
Filij rachel: ioſeph ⁊ beniamin. Filij bale ācil
le rachelis: dan ⁊ neptalim. Filij zelphe ācille
lye. gad ⁊ aſer. Hi ſunt filij iacob: qui nati ſūt
ei in meſopotamia ſyrie. Venit etiam ad iſaac
patrē ſuum in mambre ciuitatis arbee hec eſt

chron. in qua peregrinatus eſt abrahā ⁊ iſaac
Et cōpleti ſunt dies iſaac centū octoginta āno/
rum: conſumptuſqꝫ etate mortuus eſt. ⁊ appo
ſitus ē populo ſuo ſenex ⁊ plenus dierum. ⁊ ſe
pelierunt eū eſau ⁊ iacob filij ſui. XXXVI
HE aūt ſunt generatiōes eſau. ipſe ē e/
dom. Eſau accepit vxores de filiabus
chanaan. ada filiam elom ethei ⁊ ooli/
bama filiam ane filij ſebeon euei. Baſemath q̄
qꝫ filiā iſmahel ſororem nabaioth. Peperit āt
ada eliophaz. Baſemath genuit rahuel. Ooli
bama genuit iehus ⁊ ihelon ⁊ chore. Hi filij
eſau qui nati ſunt ei in terra chanaan. Tulit au
tem eſau vxores ſuas filios ⁊ filias ⁊ omnem
animā domus ſue ⁊ ſubſtantiam ⁊ pecora ⁊ cū
cta que habere poterat in terra chanaā. ⁊ abijt
in alteram regionem. receſſitqꝫ a fratre ſuo ia/
cob. Diuites enim erant valde. ⁊ ſimul habi/
tare non poterant: nec ſuſtinebat eos terra pe/
regrinationis eorum pre multitudine gregum
Habitauitqꝫ eſau in monte ſeyr ipſe eſt edom
He autem ſunt generationes eſau patris edō
in monte ſeyr. ⁊ hec nomina filiorum eius. Eli
phaz filius ada: vxoris eſau. Rahuel quoqꝫ fi
lius baſemath vxoris eius. Fueruntqꝫ eliphaz
filij: theman. omar. ſepho. ⁊ gathan. ⁊ ce
nez. ⁊ chore. Erat autem thamna concubina
eliphaz filij eſau: que peperit ei amalech. Hi
ſunt filij ada vxoris eſau. Filij autem rahuel:
naath ⁊ zara ſemma ⁊ meza. Hi filij baſemath
vxoris eſau. Iſti quoqꝫ erant filij oolibama fi/
lie ane filij ſebeon. vxoris eſau. quos genuit ei
iehus ⁊ ihelon ⁊ chore. Hi duces filiorꝫ eſau
Filij eliphaz primogeniti eſau: dux themā. dux
omar. dux ſephua. dux cenez. dux chore. dux
gatham. dux amalech. Hi filij eliphaz in terra
edom: ⁊ hi filij ada. Hi quoqꝫ filij rahuel filij
eſau. Dux naath: dux zara. dux ſema. dux me
za. Hi autem duces rahuel: in terra edō. Iſti
filij baſemath vxoris eſau. Hi autē filij ooliba
ma vxoris eſau. Dux iheus. Dux ihelon. dux
chore. Hi duces oolibama filie ana vxoris eſau
Iſti ſunt filij eſau ⁊ hi duces eorum. ipſe ē edō
Iſti ſunt filij ſeyr horrei habitatores terre: lo/
than ⁊ ſobal ⁊ ſebeon ⁊ anan ⁊ diſon ⁊ eſer ⁊
diſan. Hi duces horrei filij ſeyr: in terra edō:
Facti ſunt autem filij lothan. horrei ⁊ eman.
Erat autem ſoror lothan thamna. Et iſti filij ſo
bal: aluhan ⁊ maneeth ⁊ ebal ſephi ⁊ onan. Et
hi filij ſebeon: achia ⁊ anan. Iſte eſt anan qui
inuenit aquas calidas in ſolitudine: cum paſce
ret aſinas ſebeon patris ſui. Habuitqꝫ filium
diſan ⁊ filiam oolibama. Et iſti filij diſan: ab/
daz ⁊ ieſban ⁊ iethran ⁊ charan. Hi quoqꝫ filij
eſer: balaannan: ⁊ zeuan ⁊ achan. Habuit au
tem filios diſan hus ⁊ aran. Hi duces horreo
rum. Dux lothan: dux ſobal. dux ſebeon. dux
ana. dux diſon. dux eſer. dux diſan. Iſti duces
horreorum: qui imperauerunt in terra ſeyr. Re/
ges autem qui regnauerunt in terra edom: an
teqꝫ haberent regē filij iſrael. fuerunt hi: Ba
lach filius beor: nomenqꝫ vrbis eius denaba.
Mortuus eſt autē balach: ⁊ regnauit ꝓ eo io/
bab filius zare de boſra. Cūqꝫ mortuus eēt io
bab: regnauit pro eo huſan de terra themano/
rū. Hoc quoqꝫ mortuo: regnauit pro eo ad/
ad filius badadi qui percuſſit madian in regio
ne moab. ⁊ nomē vrbis eiꝰ auith. Cūqꝫ mortu
us eſſet adad: regnauit pro eo ſemla de maſre
cha. Hoc quoqꝫ mortuo regnauit pro eo ſaul
de fluuio rooboth. Cumqꝫ ⁊ hic obiſſet. ſucceſ/
ſit in regnum balanan filius achobor. iſto quo
qꝫ mortuo: regnauit pro eo adad. nomenqꝫ vr
bis eius phou. Et appellabatur vxor eius mee
zabel filia matreth. filie mizaach. Hec ergo no
mina ducū eſau in cognationibus ⁊ locis ⁊ vo
cabulis ſuis: dux thamna. dux aluha. dux ie/
theth. dux oolibama. dux ela. dux phinon. dux
cenez. dux themā. dux mabſar. dux madihel
dux hirā. Hi duces edom habitantes in terra
imperij ſui: ipſe eſt eſau pater idumeorū. Ha/
bitauit autem iacob in terra chanaan in qua pa
ter ſuus peregrinatus eſt. ⁊ he ſunt generatio/
nes eius. XXXVII
IOſeph cum ſedecim eſſet annorꝫ pa
ſcebat gregem cum fratribus ſuis ad/
huc puer. Et erat cū filijs bale ⁊ zelphe
vxorū patris ſui: accuſauitqꝫ fratres ſuos apō
patrem crimine peſſimo. Iſrael aūt diligebat
ioſeph ſuper omnes filios: eoqꝫ in ſenectute ge
nuiſſet eum. Fecitqꝫ ei tunicam polymitā. Vi
dentes aūt fratres eius q̄ a patre plus cunctis
filijs amaretur. oderant eum: nec poterant ei
quicq̄ꝫ pacifice loqui. Accidit quoqꝫ vt viſū ſo
mnium referret fratribꝰ ſuis: que cauſa maio/
ris odij ſeminariū fuit. Dixitqꝫ ioſeph fratribus
ſuis. Audite ſomniū meū quod vidi. Putabā
nos ligare manipulos in agro. ⁊ q̄ſi conſurge
re manipulū meū ⁊ ſtare: veſtroſqꝫ manipulos
circūſtātes adorare manipulū meū. Reſpōderūt
frēs eius. Nūqd rex noſter eris: aut ſubijcie/
mur ditioni tue. Hec ergo cauſa ſomniorū at/
qꝫ ſermonum: inuidie ⁊ odij fomitem miniſtra
uit. Aliud quoqꝫ vidit ſomniū qḋ narrans fra

tribus ait: Vidi per ſomniū: q̄ſi ſolem ⁊ lunā
⁊ ſtellas vndecim adorare me. Quod cum prī
ſuo ⁊ fratribus retuliſſet: increpauit eū pr̄ ſu⁹
⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū q̄ꝺ vidiſti.
Nū ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui adorabimus
te ſuper terram. Inuidebant ei igit̄ fratres ſui
pater vo rē tacit⁹ conſiderabat. Cūq̄ȝ fratres
illius in paſcendis gregib⁹ prīs morarent̄ in ſi
chem. dixit ad eū iſrl': Fratres tui paſcūt oues
in ſichimis. veni mittam te ad eos. Quo rn̄dē
te. preſto ſum ait: Vade ⁊ vide ſi cuncta pſpe/
ra ſint erga frēs tuos ⁊ pecora. ⁊ renuncia mi
hi qd agat̄. Miſſus de valle ebron venit in ſi/
chem. Inuenitq̄ȝ eū vir errantē in agro. ⁊ in/
terrogauit quid q̄reret. At ille rn̄dit. Fratres
meos quero. Indica mihi: vbi paſcant greges
Dixitq̄ȝ ei vir. Receſſerūt de loco iſto. Audi/
ui aūt eos dicentes. Eam⁹ in dothaim. Perre
xit itaq̄ȝ ioſeph poſt frēs ſuos ⁊ inuenit eos in
dothaim. Qui cū vidiſſent eū procul: an̄q̄ȝ ac/
cederet ad eos cogitauerūt illū occidere. ⁊ mu/
tuo loquebant̄. Ecce ſomniator venit. Venite
occidam⁹ eū. ⁊ mittamus in ciſternā veterem.
Dicemuſq̄ȝ: fera peſſima deuorauit eū. ⁊ tunc
apparebit quid illi proſint ſomnia ſua. Audiēs
aūt hec ruben. nitebat̄ liberare eū de manibus
eoꝝ. ⁊ dicebat: Nō interficiam⁹ aīam eius. nec
effundam⁹ ſanguinē: ſed proijcite eū in ciſternā
hanc veterē que eſt in ſolitudine: manuſq̄ȝ ve/
ſtras ſeruate innoxias. Hoc aūt dicebat volens
eripere eū de manibus eoꝝ. ⁊ reddere prī ſuo.
Confeſtim igit̄ vt puenit ad frēs ſuos. nuda/
uerunt eū tunica talari ⁊ polymita: miſeruntq̄ȝ
eū in ciſternā veterē que nō hēbat aquā. Et ſe
dentes vt comederēt panē viderūt iſmahelitas
viatores venire de galaad. ⁊ camelos eoꝝ por/
tantes aromata ⁊ reſinam ⁊ ſtacten in egyptū
Dixit ergo iudas fratribus ſuis. Quid nobis
prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum. ⁊ ce/
lauerimus ſanguinem ipſius. Melius ē vt ve
nundet̄ iſmahelitis. ⁊ manus noſtre non pol/
luant̄. Frater enim ⁊ caro noſtra eſt. Acquie/
uerunt fratres ſermonib⁹ illius. ⁊ pretereunti/
bus madianitis negociatoribus: extrahentes
eū de ciſterna vendiderunt eum iſmahelitis vi
ginti argenteis: qui duxerunt eum in egyptū.
Reuerſuſq̄ȝ ruben ad ciſternam non inuenit
puerum: ⁊ ſciſſis veſtibus pergens ad fratres
ſuos ait. Puer non comparet. ⁊ ego quo ibo.
Tulerunt autem tunicam eius. ⁊ in ſanguine
hedi quem occiderant tinxerunt: mittentes qui
ferrent ad patrem. ⁊ dicerēt. Hanc inuenim⁹
vide vtrum tunica filij tui ſit an non. Quā cū
cognouiſſet pater ait. Tunica filij mei eſt. Fe/
ra peſſima comedit eū: beſtia deuorauit ioſeph
Sciſſiſq̄ȝ veſtibus: indutus eſt cilitio: lugens
filium ſuum multo tempore. Cōgregatis autē
cūctis liberis eius: vt lenirent dolorem patris
noluit conſolationem accipere. ſed ait. Deſcen
dam ad filiū meū lugens in infernū. Et illo p/
ſeuerante in fletu: madianite vendiderunt io/
ſeph in egypto. phutifari eunucho pharaonis
magiſtro militum.

XXXVIII

Eo dē tēpore deſcendens iudas a fratri
bus ſuis. diuertit ad virum odollami/
tem noīe hiram: viditq̄ȝ ibi filiā homi/
nis chananei vocabulo. Sue. Et accepta vxo/
re ingreſſus eſt ad eam. Que cōcepit ⁊ peperit
filium. ⁊ vocauit nomen eius her. Ruſūq̄ȝ ↄ
cepto fetu natū filiū vocauit onan. Tertiū quo/
q̄ȝ peperit quem appellauit ſela. Quo nato pa
rere vltra ceſſauit. Dedit autem iudas vxorem
primogenito ſuo her. noīe thamar. Fuit quo/
q̄ȝ her primogenit⁹ iude. nequā in cōſpectu dn̄i
⁊ ________ ab eo occiſus eſt. Dixit ergo iudas ad onā
filiū ſuū. Ingredere ad vxorē frīs tui ⁊ ſocia/
re illi vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciēs nō
naſci ſibi filios. introiens ad vxorē fratris ſui.
ſemen fundebat in terram: ne liberi fratris no
mine naſcerentur. Et iccirco percuſſit eū dn̄s.
eo q̄ rem deteſtabilē faceret. Quāobrem dixit
iudas thamar nurui ſue. Eſto vidua in domo
patris tui: donec creſcat ſela filius meus. Ti/
mebat enim ne ⁊ ipſe moreret̄ ſicut fratres ei⁹.
Que abijt ⁊ habitauit i domo prīs ſui. Euolu
tis aūt multis annis. mortua eſt Sue vxor iu/
de. Qui poſt luctū cōſolatiōe ſuſcepta aſcende/
bat ad tonſores ouium ſuarum ipſe ⁊ hiras opi
lio gregis odollamita in thāmas. Nūciatūq̄ȝ ē
thamar q̄ ſocer illius aſcenderet in thāmas: ad
tondendas oues. Que depoſitis viduitatis ve
ſtibus. aſſumpſit theriſtrū. ⁊ mutato habitu ſe/
dit in biuio itineris q̄ꝺ ducit thāmam: eo q̄ cre
uiſſet ſela ⁊ non eum accepiſſet maritū. Quam
cū vidiſſet iudas: ſuſpicatus eſt eſſe meretricē.
Operuerat. n. vultum ſuum ne agnoſceretur.
Ingrediēſq̄ȝ ad eā. ait: Dimitte me vt coeam
tecū. Neſciebat enim q̄ nurus ſua eſſet. Qua
rn̄dēte. qd dabis mihi vt fruaris ↄcubitu meo
dixit. Mittam tibi hedū de gregibus. Ruſū/
q̄ȝ illa dicente patiar. q̄ꝺ vis ſi dederis mihi ar
rabonem donec mittas quod polliceris. ait iu/
das. Quid tibi vis pro arabone dari. Reſpon
dit. Annulum tuū ⁊ armillam. ⁊ baculū quem

manu teneo. Ad vnum igitur coitum mulier
ꝯcepit. ⁊ ſurgens abijt: depoſitoꝫ habitu quē
ſumpſerat induta eſt viduitatis veſtibꝰ. Miſit
autem iudas hedum per paſtorē ſuum odolla/
mitem: vt reciperet pignus qđ dederat mulieri
Qui cū non inueniſſet eā: interrogauit hoīes
loci illius. Vbi eſt mulier q̄ ſedebat in biuio.
Reſpondentibus cunctis non fuit in loco iſto
meretrix. reuerſus eſt ad iudā. ⁊ dixit ei. Non
inueni eā. Sed ⁊ hoīes loci illius dixerunt mi
hi: nunq̄ꝫ ſediſſe ibi ſcortū. Ait iudas. Habe/
at ſibi. Certe mendacij arguere nos nō poteſt
Ego miſi hedū quē promiſeram. ⁊ tu non in/
ueniſti eam. Ecce autē poſt tres menſes nun/
ciauerunt iude dicentes. Fornicata eſt thamar
nurus tua. ⁊ videt̄ vterus illius intumeſcere.
Dixitq̄ꝫ iudas. Producite eā vt comburatur
Que cum duceret̄ ad penā: miſit ad ſocerū ſuū
dicens. De viro cuius hec ſunt concepi. Co/
gnoſce cuius ſit annulus ⁊ armilla ⁊ baculus.
Qui agnitis muneribꝰ ait. Juſtior me eſt: q̄
nō tradidi eam ſela filio meo. Attamē vltra nō
cognouit eam. Jnſtante aūt partu: apparuerūt
gemini in vtero: atq̄ꝫ ī ipſa effuſiōe infantium
vnus ꝓtulit manū: in qua obſtetrix ligauit coc
cinū dicens: Jſte egredietur prior. Jllo vero re/
trahente manū egreſſus eſt alter. Dixitq̄ꝫ mu/
lier. Quare diuiſa eſt ꝓpter te maceria. Et ob
hanc cām vocauit nomē eius phares. Poſtea
egreſſus eſt frater eius. in cuius manu erat coc
cinum. quem appellauit zaram

XXXIX

Igitur ioſeph ductus eſt in egyptum.
emitq̄ꝫ eū phutifar eunuchus pharao
nis princeps exercitus ſui. vir egypti
us de manu iſmahelitarum: a quibus ꝑductus
erat. Fuitq̄ꝫ dn̄s cū eo: ⁊ erat vir in cunctis ꝓ/
ſpere agens. Habitauitq̄ꝫ ī domo dn̄i ſui: qui
optime nouerat dn̄m eſſe cū eo. ⁊ oīa q̄ gereret
ab eo dirigi in manu illius. Jnuenitq̄ꝫ ioſeph
grām corā dn̄o ſuo. ⁊ miniſtrabat ei. A quo p̄/
poſitus oībꝰ gubernabat creditā ſibi domū. ⁊
vniuerſa que ei tradita fuerant. Bn̄dixitq̄ꝫ do
minus domui egyptij ꝓpter ioſeph. ⁊ multipli
cauit tam in edibꝰ q̄ꝫ in agris cunctā eiꝰ ſubām
Nec quicq̄ꝫ aliud nouerat. niſi panē quo veſce
bat̄. Erat aūt ioſeph pulchra facie ⁊ decorus aſ
pectu. Poſt multos itaq̄ꝫ dies. iniecit dn̄a ſua
oculos ſuos in ioſeph. ⁊ ait: Dormi mecū. qui
nequaq̄ꝫ acquieſcēs operi nephario. dixit ad eā
Ecce dn̄s meus oībus mihi traditis. ignorat
quid habeat in domo ſua: nec quicq̄ꝫ eſt q̄ non
in mea ſit poteſtate: vel non tradiderit mihi. p̄
ter te que vxor eiꝰ es. Quō ergo poſſū hoc ma
lū facere. ⁊ peccare in dn̄m meū. Huiuſcemo/
di verbis per ſingulos dies loquebant̄. ⁊ muli
er moleſta erat adoleſcenti. ⁊ ille recuſabat ſtu/
prum. Accidit aūt quadā die vt intraret ioſeph
domū. ⁊ operis quippiā abſq̄ꝫ arbitris faceret.
⁊ illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius dice/
ret: Dormi mecū. Qui relicto in manu eiꝰ pal
lio fugit. ⁊ egreſſus eſt foras. Cumq̄ꝫ vidiſſet
mulier veſtē in manibus ſuis. ⁊ ſe eſſe contem
ptam: vocauit ad ſe hoīes domus ſue. ⁊ ait ad
eos. En introduxit virum hebreum vt illude/
ret nobis. Jngreſſus eſt ad me vt coiret mecū
Cūq̄ꝫ ego ſuccla maſſem. ⁊ audiſſet vocē meā
reliquit palliū qđ tenebam: ⁊ fugit foras. Jn ar
gumentū ergo fidei retentū palliū oſtendit ma
rito reuertēti domū. ⁊ ait: Jngreſſus eſt ad me
ſeruus hebreus. quē adduxiſti. vt illuderet mi
hi. Cūq̄ꝫ audiſſet me clamare: reliquit pallium
qđ tenebā: ⁊ fugit foras. His auditis dn̄s ⁊ ni
mium credulus verbis coniugis iratus eſt val
de. tradiditq̄ꝫ ioſeph in carcerē vbi vincti regiſ
cuſtodiebant̄. ⁊ erat ibi clauſus. Fuit aūt dn̄s
cum ioſeph: ⁊ miſertus ē illius. ⁊ dedit ei grām
in ꝯſpectu principis carceris. Qui tradidit in
manu illius vniuerſos vinctos q̄ in cuſtodia te
nebant̄. ⁊ quicquid fiebat ſub ipſo erat: nec no
uerat aliqđ cūctis ei creditis. Dn̄s. n. erat cū il
lo ⁊ oīa opera eius dirigebat.

XL

His itaq̄ꝫ geſtis: accidit vt peccarēt duo
eunuchi. pincerna regis egypti ⁊ piſtor
dn̄o ſuo. Jratuſq̄ꝫ contra eos pharao
nam alter pincernis preerat alter piſtoribꝰ mi/
ſit eos in carcerem principis militū in q̄ erat vi
ctus ⁊ ioſeph. Et cuſtos carceris tradidit eos
ioſeph: ⁊ qui miniſtrabat eis. Aliquantulū tē/
poris fluxerāt. ⁊ illi in cuſtodia tenebant̄. Vi/
deruntq̄ꝫ ambo ſomniū nocte vna: iuxta inter
pretationem congruā ſibi. Ad quos cū introiſ
ſet ioſeph mane ⁊ vidiſſet eos triſtes. ſciſcitatꝰ
eſt dicēs: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies ve
ſtra. Qui reſpōderunt: Somniū vidimꝰ ⁊ nō
eſt qui interpretetur nobis: Dixitq̄ꝫ ad eos io/
ſeph: Nunquid nō dei eſt interpretatio. Refer
te mihi qđ videritis. Narrauit prior prepoſitꝰ
pincernarū ſomniū ſuum. Videbam corā me
vitē in qua erant tres propagines creſcere pau
latim in gēmas. ⁊ poſt flores vuas matureſce
re: calicemq̄ꝫ pharaōis in manu mea. Tuli er
go vuas ⁊ expreſſi in calicem quē tenebā: ⁊ tra
didi poculum pharaoni. Rn̄dit ioſeph. Hec
eſt interpretatio ſomnij. Tres ꝓpagines. tres

adhuc dies ſūt poſt quos recordabitur pharao miniſterij tui. ⁊ reſtituet te in gradum priſtinū: dabiſq; ei calicem iuxta officium tuum ſicut ante facere conſueueras. Tantum memento mei cum tibi bene fuerit, ⁊ facies mecū miſericordiam: vt ſuggeras pharaoni: vt educat me ꝺ iſto carcere. quia furtim ſublatus ſum de terra hebreorum, ⁊ hec innocens in lacum miſſus ſum Videns piſtorum magiſter ꝙ prudenter ſomnium diſſoluiſſet. ait. Et ego vidi ſomnium ꝙ tria caniſtra farine haberem ſuper caput meū, ⁊ in vno caniſtro qḋ erat excelſius portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſtoria: aueſq; comedere ex eo. Reſpōdit ioſeph. Hec eſt interpretatio ſomnij. Tria caniſtra. tres adhuc dies ſūt poſt quos auferet pharao caput tuum: ac ſuſpendet te in cruce. ⁊ lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius pharaonis erat. Qui faciēs grāde conuiuiū pueris ſuis recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarū ⁊ piſtorꝝ ꝓncipis: reſtituitq; alterū in locū ſuū vt porrigeret ei poculū. alterū ſuſpēdit in patibulo: vt coniectoris veritas ꝓbaretur Et cū ſuccedentibus ꝓſperis p̄poſitus pincernarū oblitus eſt interpretis ſui. XLI

Poſt duos annos vidit pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium. de quo aſcendebant ſeptem boues pulchre ⁊ craſſe nimis, ⁊ paſcebant̄ in locis paluſtrib⁹. Alie q̃z ſeptē emergebant de flumine fede confecteq; macie. ⁊ paſcebant̄ in ipa amnis ripa in locis virentib⁹: deuorauerūtq; eas quarū mira ſpēs ⁊ habitudo corporꝝ erat. Et ꝑgefact⁹ pharao rurſū dormiuit. ⁊ vidit alterū ſomnium. Septem ſpice pullulabant i culmo vno plene atq; formoſe: alie q̊z totidē ſpice tenues ⁊ ꝑcuſſe vredine oriebantur: deuorantes omnem ꝓorū pulchritudinem. Euigilans pharao poſt quietē. ⁊ facto mane pauore ꝑterrit⁹, miſit ad oēs coiectores egypti: cūctoſq; ſapientes ⁊ accerſitis. narrauit ſomniū. nec erat qui interp̄taret̄. Tūc demū reminiſcēs magiſter pincernarū ait. Cōfiteor peccatū meū. Irat⁹ rex ſeruis ſuis me ⁊ magiſtrū piſtorꝝ retrudi iuſſit in carcerē ꝓncipis militum: vbi vna nocte vterq; vidimus ſomniū: preſagiū futurorꝝ. Erat ibi puer hebreus eiuſdem ducis militū famulus: cui narrantes ſomnia. audiuimus qcqd poſtea rei ꝓbauit euentus. Ego enim redditus ſum officio meo. ⁊ ille ſuſpenſus ē in cruce. Protinus ad regis iperiū eductū de carcere ioſeph totonderūt ac veſte mutata obtulerunt ei. Cui ille ait. Vidi ſomnia nec ē qui ediſſerat. q̄ audiui te ſapientiſſime coniicere. Rūdit ioſeph. Abſq; me de⁹ rūdebit ꝓſpera pharaoni. Narrauit ergo pharao q̄ viderat. Putabā me ſtare ſuꝑ ripaꝫ fluminis. ⁊ ſeptē boues ꝺ amne conſcendere, pulchras nimis ⁊ obeſis carnibus: q̄ in paſtu paludis directa carpebāt. Et ecce has ſequebātur alie ſeptē boues intantū deformes ⁊ macilēte: vt nunq̃z tales i terra egypti viderim. Que deuoratis ⁊ ꝯſūptis ꝓorib⁹. nullū ſaturitat̄ dedere veſtigiū: ſed ſimili macie ⁊ ſqualore torpebant. Euigilans. rurſus ſopore depreſſus vidi ſomniū. Septem ſpice pullulabāt in culmo vno plene atq; pulcherrime. Alie q̊z ſeptem tenues ⁊ percuſſe vredine oriebant̄ e ſtipula que priorū pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coiectoribus ſomniū. ⁊ nemo ē qui ediſſerat Rūdit ioſeph. Somniū regis vnū ē. Que facturus ē de⁹ oſtēdit pharaoni. Septē boues pulchre ⁊ ſeptem ſpice plene. ſeptē vbertatis anni ſūt: eandēq; vim ſomnij cōprehendūt. Septē quoq; boues tenues atq; macilente q̄ aſcenderūt poſt eas ⁊ ſeptē ſpice tenues ⁊ vento vrente ꝑcuſſe, ſeptē anni vētura ſūt famis. q hoc ordine cōplebunt̄. Ecce ſeptē anni veniēt fertilitatis magne in vniuerſa terra egypti: quos ſequent̄ ſeptē anni alij tāte ſterilitat̄: vt obliuiōi tradat̄ cūcta retro abundantia. Conſūptura ē enim fames omnē terrā, ⁊ vbertatis magnitudinē ꝑditura ē inopie magnitudo. Qḋ autem vidiſti ſecūdo. ad eandem rē ꝑtinens ſomniū firmitatis indiciū ē: eo ꝙ fiat ſermo dei ⁊ velocius impleat̄. Nūc ergo ꝓuideat rex virū ſapientē ⁊ induſtriū ⁊ p̄ficiat eū terre egypti q ꝯſtituat p̄poſitos p cūctas regiōes. ⁊ quintam ꝑtē fructuū. per ſeptē annos fertilitatis q iam nūc futuri ſunt. ꝯgreget in horrea. ⁊ omne frumentum ſub pharaonis ꝑtāte cōdat̄. ſeruetur q; in vrbib⁹ ⁊ p̄paret̄ future ſeptē annorꝝ fami. que oppꝛ̄ſſura ē egyptū. ⁊ nō ꝯſumet̄ terra inopia. Placuit pharaoni ꝯſiliū. ⁊ cūct̄ miniſtris eius Locutuſq; ē ad eos. Nō inuenire poterim⁹ talē virū q ſpū dei plenus ſit. Dixit ḡ ad ioſeph. Quia oſtēdit tibi de⁹ oia q̄ locut⁹ es: nūqd ſapiētiorē ⁊ ꝯſilem tui inuenire potero. Tu eris ſuꝑ domū meā. ⁊ ad tui oris imperiū cūct⁹ populus obediet. Vno tm̄ regni ſolio precedam te. Dixitq; rurſū pharao ad ioſeph. Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram egypti. Tulitq; ānulum de manu ſua ⁊ dedit eū in manu ei⁹. veſtiuitq; eū ſtola byſſina. ⁊ collo torquem auream circūpoſuit. Fecitq; eū aſcendere ſuper currū

ſuū ſecundū clamante p̄cone: vt oēs corā eo genuflecterēt. ⁊ prepoſitū eſſe ſcirent vniuerſe terre egypti. Dixit quoqꝫ rex egypti ad ioſeph Ego ſū pharao. Abſqꝫ tuo imꝑio non mouebit quiſqꝫ manū aut pedē in oī trā egypti. Vertitqꝫ nomē eiꝰ. ⁊ vocauit eū lingua egyptiaca. ſaluatorē mūdi. Deditqꝫ illi vxorē. aſſenec filiā phutifaris ſacerdotis eliopoleos. Egreſſus eſt itaqꝫ ioſeph ad trā egypti. Triginta annorū erat qū ſtetit in ꝯſpectu regis pharaonis. ⁊ circuiuit oēs regiōes egypti. Venitqꝫ fertilitas ſeptē annorū. ⁊ in manipulos redacte ſegetes cōgregate ſunt in horrea egypti. Omis etiam frugū abundātia. in ſingulis vrbibꝰ ꝯdita ē Tantaqꝫ fuit abundātia tritici: vt arene maris coequaret. ⁊ copia menſurā excederet. Natiqꝫ ſunt ioſeph filij duo anteqꝫ veniret fames. quos peperit ei aſſenec filia phutifaris ſacerdotis elioleos. Vocauitqꝫ nomē p̄mogeniti manaſſes dicens. Obliuiſci me fecit deus oīum laborum meoꝝ. ⁊ domus pr̄is mei. Nomē quoqꝫ ſecūdi appellauit effraim dicēs. Creſcere me fecit deus in terra paupertatis mee. Igit̄ trāſactis ſeptē vbertatis annis q̄ fuerāt in egypto: ceperunt venire ſeptē anni inopie. quos p̄dixerat ioſeph. ⁊ in vniuerſo orbe fames p̄ualuit. In cūcta etiā tra egypti fames erat. Qua eſuriēte. clamauit pplꝫ ad pharaonē alimenta petēs. Quibus ille rn̄dit. Ite ad ioſeph. ⁊ quicquid ipſe vobis dixerit. facite. Creſcebat aūt quotidie fames in omni terra: aperuitqꝫ ioſeph vniuerſa horrea. ⁊ vendebat egyptijs. Nā ⁊ illos oppreſſerat fames Oēſqꝫ ꝓuincie veniebāt ī egyptū vt emerent eſcas: ⁊ malū inopie temperarēt. XLII

tue mihi quando depꝛecer ꝓ te ⁊ ꝓ ſeruis tuis
⁊ ꝓ populo tuo: vt abigantur rane a te: ⁊ a do
mo tua. ⁊ a ſeruis tuis. ⁊ a populo tuo: ⁊ tñ in
flumine remaneant. Qui reſpõdit. Cras. At
ille iuxta inquit verbum tuum faciam: vt ſcias
quoniam non eſt ſicut dñs deus noſter. ⁊ rece
dent rane a te: ⁊ a domo tua ⁊ a ſeruis tuis. ⁊ a
populo tuo: ⁊ tantum in flumine remanebunt
Egreſſiqꝫ ſunt moyſes ⁊ aaron a pharaone. ⁊
clamauit moyſes ad dñm ꝓ ſponſione ranarũ
quã ꝯdixerat pharaoni. Fecitqꝫ dñs iuxta ver
bum moyſi: ⁊ moꝛtue ſunt rane de domibus ⁊
de villis. et de agris. Congregaueruntqꝫ eas i
immenſos aggeres: et computruit terra. Videns
aũt pharao ꝙ data eẽt requies. ingrauauit coꝛ ſu
um et nõ audiuit eos ſicut ꝑceperat dñs. Dixit/
qꝫ dñs ad moyſen. Loquere ad aaron. Extẽ/
de virgã tuã et percute puluerẽ terre. et ſint cy
nifes in vniuerſa terra egypti. Feceruntqꝫ ita
Et extẽdit aaron manũ. virgã tenẽs. ꝑcuſſitqꝫ
puluerẽ tre: et facti ſũt cynifes i hoibꝰ et iumẽ
tis. Oĩs puluis terre verſus ẽ i cynifes ꝑ totã

terram egypti. Feceruntq; ſimiliter malefici in
cantationibus ſuis vt educerent cynifes: ⁊ nõ
potuerũt. Eruntq; cynifes tam in hoib⁹ q̃ȝ i iu
mentis. Et dixerunt malefici ad pharaonem.
Digit⁹ dei eſt hic. Induratũq; ẽ cor pharaõis
⁊ nõ audiuit eos ſicut p̃ceperat dñs. Dixitq; quo
q; dñs ad moyſen. Conſurge diluculo ⁊ ſta co
ram pharaone. Egredieť. n. ad aquas. Et di/
ces ad eũ: Hec dicit dñs: Dimitte populũ me
um vt ſacrificet mihi. Q̄ ſi nõ dimiſeris eũ: ec/
ce ego mittã in te ⁊ in ſeruos tuos ⁊ in populũ
tuũ ⁊ in domos tuas oẽ genus muſcaꝝ. ⁊ im/
plebunť oẽs domus egyptioꝝ muſcis diuerſi
generis. ⁊ vniuerſa terra in qua fuerint. Faciã
q; mirabile in die illa terrã ieſſen in qua pplus
meus eſt vt non ſint ibi muſce. ⁊ ſcias q̃m ego
dñs in medio terre. ponãq; diuiſionẽ int̃ pplȝ
meũ ⁊ pplm tuũ. Cras erit ſignũ iſtud. Fecit/
q; dñs ita. Et venit muſca grauiſſima i domoſ
pharaonis ⁊ ſeruoꝝ eius ⁊ in oẽm terrã egy/
pti corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſciſ
Vocauitq; pharao moyſen ⁊ aaron. ⁊ ait eis.
Ite ⁊ ſacrificate deo veſtro in terra hac. Et ait
moyſeſ. Non põt ita fieri. Abhominatões. n.
egyptioꝝ imolabim⁹ dño deo noſtro. Q̄ ſi ma
ctauerimus ea que colunt egyptij corã eis lapi
dib⁹ nos obruent. Viã triũ dieꝝ pergemus i
ſolitudinẽ ⁊ ſacrificabimus dño deo noſtro ſi/
cut precepit nobis. Dixitq; pharao. Ego di/
mittam vos vt ſacrificetis dño deo vr̃o in de/
ſerto. veruñ longius ne abeatis. Rogate pro
me. Et ait moyſes: Egreſſus a te orabo dñm:
⁊ recedet muſca a pharaone ⁊ a ſeruis ſuis ⁊ a
populo eius cras. Verũtñ noli vltra fallere: vt
nõ dimittas populũ ſacrificare dño. Egreſſuſ/
q; moyſes a pharaone orauit dominũ. Qui fe
cit iuxta verbũ illius. ⁊ abſtulit muſcas a pha/
raone ⁊ a ſeruis ſuis ⁊ a populo eius. Non ſu
perfuit nec vna quidem. Et ingrauatum ẽ cor
pharaonis ita vt nec hac quidem vice dimitte/
ret populum. IX

Dixit aũt dñs ad moyſẽ. Ingredere ad
pharaonẽ ⁊ loquere ad eum. Hec di/
cit dñs deus hebreoꝝ. Dimitte popu/
lum meũ vt ſacrificet mihi. Quod ſi adhuc re/
nuis ⁊ retines eos: ecce manus mea erit ſuper
agros tuos: ⁊ ſuper equos. ⁊ aſinos. ⁊ came/
los. ⁊ oues. ⁊ boues. peſtis valde grauis. Et
faciet dñs mirabile int̃ poſſeſſiones iſrael ⁊ poſ
ſeſſiones egyptioꝝ: vt nil oĩo pereat ex his q̃ p
tinent ad filios iſrael. Conſtituitq; dñs tẽpus
dicens: Cras faciet dñs verbum iſtud in terra

Fecit ergo dñs verbũ hoc altera die: ⁊ mortua
ſunt oĩa aĩantia egyptiorum. De aĩalib⁹ vo fi
liorũ iſrael nihil oĩo perijt. Et miſit pharao ad
videndũ nec erat quicq; mortuũ de his q̃ poſſi
debat iſrael. Ingrauatũq; eſt cor pharaonis ⁊.
nõ dimiſit populuȝ. Et dixit dñs ad moyſen ⁊
aaron: Tollite plenas manus cineris de cami
no: ⁊ ſpargat illũ moyſes in celũ corã pharaõe
ſitq; puluis ſuper oẽm terram egypti. Erunt
enim in hoibus ⁊ iumẽtis vlcera ⁊ veſice tur
gentes in vniuerſa terra egypti. Tuleruñtq; ci/
nerẽ de camino ⁊ ſteterunt coram pharaone. ⁊
ſparſit illum moyſes in celum. Factaq; ſũt vl
cera veſicarũ turgentiũ in hoibus ⁊ iumentis:
nec poterant malefici ſtare corã moyſe ꝓpt vl/
cera que in illis erant. ⁊ in oĩ terra egypti. In/
durauitq; dñs cor pharaonis. ⁊ nõ audiuit eoſ
ſicut locut⁹ eſt dñs ad moyſen. Dixit quoq; do
minus ad moyſen: Mane cõſurge ⁊ ſta coraȝ
pharaone: ⁊ dices ad eũ: Hec dicit dñs de⁹ he
breoꝝ. Dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi:
q2 in hac vice mittã oẽs plagas meas ſuper cor
tuũ ⁊ ſuper ſeruos tuos. ⁊ ſuper populũ tuum
vt ſcias q̄ non ſit ſimilis mei in oĩ terra. Nũc
enim extendens manũ ꝑcutiã te ⁊ populũ tuũ
peſte peribiſq; de terra. Idcirco aũt poſui te vt
oſtendã in te fortitudinẽ meã ⁊ narreť nomen
meũ in omni terra. Adhuc retines populũ me
um. ⁊ non vis eũ dimittere. En pluã cras hac
ipſa hora grandines multã nimis: qualis non
fuit in egypto a die qua fundata eſt vſq; in p̃ns
tp̃s. Mitte ergo iã nũc ⁊ cõgrega iumẽta tua:
⁊ oĩa q̃ hẽs in agro. Hoies. n. ⁊ iumẽta ⁊ vni
uerſa que inuenta fuerint foris. nec cõgregata
de agris: cecideritq; ſuper ea grando: morieť.
Qui timuit verbũ dñi de ſeruis pharaonis. fe/
cit cõfugere ſeruos ſuos ⁊ iumenta in domos:
qui aũt neglexit ſermonẽ dñi: dimiſit ſeruos ſu
os ⁊ iumenta in agris. Et dixit dñs ad moyſen
Extende manũ tuã in celũ: vt fiat grando i vni
uerſa terra egypti ſup hoies ⁊ ſup iumẽta ⁊ ſu/
per oẽm herbã agri in terra egypti. Extendit/
q; moyſes virgã in celũ. ⁊ dñs dedit tonitrua
⁊ grandinẽ ac diſcurrentia fulgura ſuper terrã
Pluitq; dñs grandinem ſuper terrã egypti ⁊
grando ⁊ ignis mixta pariter ferebantur. Tã
teq; fuit magnitudinis. quanta ante nunq̃ȝ ap
paruit in vniuerſa terra egypti ex quo gens il/
la condita eſt. Et percuſſit grando in oĩ terra
egypti cuncta que fuerunt in agris ab hoie vſ/
q; ad iumentã. Cunctaq; herbam agri percuſ
ſit grando. ⁊ omne lignum regionis confregit

Tātū in terra ieſſen vbi erant filij iſrael . grādo
nō cecidit. Miſitqꝫ pharao ⁊ vocauit moyſen
⁊ aaron: dicens ad eos. Peccaui etiam nunc.
Dñs iuſtus ⁊ ego ⁊ populus meus ipij . Ora
te dñm vt deſinant tonitrua dei ⁊ grādo : vt di
mittam vos . ⁊ nequaq̄ꝫ hic vltra maneatis. ait
moyſes. Cum egreſſus fuero de vrbe. extēdā
palmas meas ad dominum. ⁊ ceſſabunt toni/
trua ⁊ grando non erit: vt ſcias q2 domini ē ter
ra. Noui aūt ꝙ ⁊ tu ⁊ ſerui tui necduꝫ timeatis
dominū deum. Linū ergo ⁊ ordeū leſum ē . eo
qꝫ ordeū eſſet virens: ⁊ linū iam folliculos ger
minaret. Triticū autē ⁊ far non ſunt leſa. quia
ſerotina erant. Egreſſuſqꝫ moyſes a pharao/
ne ex vrbe. tetendit manus ad dominū. ⁊ ceſſa
uerunt tonitrua ⁊ grādo. nec vltra ſtillauit plu
uia ſuper terram. Videns aūt pharao ꝙ ceſſaſ
ſet pluuia ⁊ grando ⁊ tonitrua. auxit peccatum
⁊ ingrauatū eſt cor eiꝰ ⁊ ſeruorum illius ⁊ indu/
ratū nimis: nec dimiſit iſrael ſicut p̄ceperat do
minus per manū moyſi. X

Et dixit dñus ad moyſen. Ingredere
ad pharaonem. Ego enī induraui cor
eius ⁊ ſeruorum illius vt faciam ſigna
mea hec in eo: ⁊ nares in auribꝰ filij tui ⁊ nepo
tū tuorum. quotiens contriuerim egyptios ⁊
ſigna fecerim in eis. ⁊ ſciatis q2 ego dñs. In/
troierunt ergo moyſes ⁊ aaron ad pharaonem
⁊ dixerunt ei. Hec dicit dñs deus hebreorum.
Uſqꝫquo non vis ſubijci mihi. Dimitte popu
lū meū vt ſacrificet mihi. Sin aūt reſiſtis ⁊ nō
vis dimittere eū: ecce ego inducā cras locuſtaꝫ
ī fines tuos q̄ operiet ſupficiē ire. ne quicq̄ꝫ eiꝰ
appareat ſed comedatur qđ reſiduū fuit grandi
ni. Corrodet. n. oia ligna q̄ germinant ī agris
⁊ implebunt domos tuaſ ⁊ ſeruoꝝ tuoꝝ ⁊ oīuꝫ
egyptiorū: quam non viderunt patres tui ⁊
aui ex quo orti ſunt ſuper terrā vſqꝫ in p̄ſētē diē
Auertitqꝫ ſe ⁊ egreſſus eſt a pharaone. Dixe/
runt autē ſerui pharaonis ad eū. Uſqꝫquo pa
tiemur hoc ſcandalū. Dimitte hoīes vt ſacrifi
cent dño deo ſuo. Nōne vides ꝙ perierit egy/
ptus. Reuocaueruntqꝫ moyſen ⁊ aaron ad pha
raonem. Qui dixit eis. Ite ſacrificate dño deo
veſtro. Qui nā ſunt qui ituri ſunt. Ait moyſeſ
Cū paruulis noſtris ⁊ ſenioribus pergemus:
cū filijs ⁊ filiabus cū omībꝰ ⁊ armentis. Eſt. n.
ſolēnitas dñi dei noſtri. Et reſpondit pharao.
Sic dñs ſit vobiſcū. Quō ego dimittaꝫ vos ⁊
paruulos vr̄os cui dubiū eſt qđ peſſime cogitetiſ
Non fiat ita: ſed ite tm̄ viri ⁊ ſacrificate domino
Hoc enī ⁊ ipſi petiſtis. Statimqꝫ eiecti ſūt de cō
ſpectu pharaonis. Dixit aūt dñs ad moyſen:
Extende manū tuā ſuper terrā egypti ad locu
ſtā vt deſcendat ſuper terrā ⁊ deuoret oēꝫ her/
bam que reſidua fuit grādini. Et extēdit moy
ſes virgā ſuper terrā egypti. ⁊ dñs induxit vē
tū vrentē tota die illa ⁊ nocte. Et mane facto:
ventus vrens leuauit locuſtaſ. Que aſcēderūt
ſuper vniuerſā terrā egypti. ⁊ ſederunt in cun
ctis finibꝰ egyptiorū innumerabiles qualeſ an
te illud tempus non fuerant nec poſtea future
ſunt. Operueruntqꝫ vniuerſā ſuperficiē terre
vaſtantes oia. Deuorata ē igit̄ herba terre. ⁊
quicquid pomoꝝ in arboribꝰ fuit q̄ grando di/
miſerat. Nihil qꝫ oīo virens relictū eſt ī lignis
⁊ in herbis terre: ī cūcta egypto. Quā ob rem fe
ſtinus pharao vocauit moyſen ⁊ aaron. ⁊ di
xit eis. Peccaui in dominū deū veſtrū ⁊ ī vos.
Sed nunc dimittite peccatū mihi ēt hac vice: ⁊
rogate dominū deū veſtrū vt auferat a me mor
tē iſtam. Egreſſuſqꝫ eſt moyſes de conſpectu
pharaonis: ⁊ orauit dñm. Qui flare fecit ven/
tū ab occidente vehementiſſimū ⁊ arreptam lo
cuſtā proiecit in mare rubrū Nō remanſit nec
vna qdē in cunctis finibꝰ egypti. Et indura/
uit dominꝰ cor pharaonis. nec dimiſit filios iſ/
rael. Dixit aūt dñs ad moyſen: Extēde manū
tuā in celū: ⁊ ſint tenebre ſup terrā egypti: tam
denſe vt palpari q̄ant. Extenditqꝫ moyſes ma
nū in celum. ⁊ facte ſunt tenebre horribiles in
vniuerſa terra egypti. Tribus diebꝰ nemo vi
dit fratrem ſuuꝫ: nec mouit ſe de loco in q̄ erat
Ubicunqꝫ aūt habitabant filij iſrl̄ lux erat. Vo
cauitqꝫ pharao moyſen ⁊ aarō. ⁊ dixit eis. Ite
ſacrificate domino. Oues tm̄ veſtre ⁊ armen/
ta remaneant: paruuli veſtri eāt vobiſcuꝫ. Ait
moyſes: Hoſtias q̄qꝫ ⁊ holocauſta dabis no/
bis: que offeramus domino deo noſtro. Cun
cti greges pergent nobiſcū. Nō remanebit ex
eis vngula que neceſſaria ſunt in cultū domini
dei noſtri: preſertim cū ignoremus quid debe/
at immolari donec ad ipſum locum perueniamꝰ.
Indurauit aūt dominus cor pharaonis ⁊ no/
luit dimittere eos. Dixitqꝫ pharao ad moyſen
Recede a me . ⁊ caue ne vltra videas faciem
meam. Quocūqꝫ die apparueris mihi. morie
ris. Reſpondit moyſes: Ita fiat vt locutus eſt
Non videbo vltra faciē tuā. XI

Et dixit dominus ad moyſen. Adhuc
vna plaga tangā pharaonem ⁊ egyp/
tum ⁊ poſt hec dimittet vos ⁊ exire cō/
pellet. Dices ergo omni plebi vt poſtulet vir
ab amico ſuo ⁊ mulier a vicina ſua vaſa argen

teā ⁊ aureā ⁊ veſtē. Dabit autem dominꝰ gra
tiam populo ſuo coꝛam egyptijs. Fuitqꝫ moy
ſes vir magnus valde in terra egyptij corā ſer
uis pharaonis ⁊ omni populo. Et ait. Hec di
cit dominus. Media nocte ingrediar in egyp
tum. ⁊ moꝛietur omne pꝛimogenitum in terra
egyptioꝝ: a pꝛimogenito pharaonis qui ſedet
in ſolio eius vſqꝫ ad pꝛimogenitū ancille que ē
ad molā. ⁊ omnia pꝛimogenita iumentorum.
Eritqꝫ clamoꝛ magnus in vniuerſa terra egy/
pti: qualis nec ante fuit: nec poſtea futurus eſt.
Apud omnes aūt filios iſrael non mutiet caniſ
ab homine vſqꝫ ad pecus. vt ſciatis quanto mi
raculo diuidat dominꝰ egyptijos ⁊ iſrael. De
ſcendentqꝫ omnes ſerui tui iſti ad me ⁊ adoꝛa/
bunt me dicentes. Egredere tu ⁊ omnis popu
lus qui ſubiectus ē tibi. Poſt hec egrediemur
Et exiuit a pharaone. iratus nimis. Dixit au/
tem dn̄s ad moyſen. Non audiet vos pharao
vt multa ſigna fiant in terra egypti. Moyſes
autem ⁊ aaron fecerunt omnia ſigna: ⁊ oſten/
ta que ſunt coꝛam pharaone. ⁊ indurauit domi
nus coꝛ pharaonis: nec dimiſit filios iſrael de
terra ſua.

XII

Dixit qꝫ dn̄s ad moyſen ⁊ aaron in ter/
ra egypti. Menſis iſte vobis pꝛincipi
um menſium: pꝛimus erit in menſibuſ
anni. Loquimini ad vniuerſum cetū filiorum
iſrael. ⁊ dicite eis: Decima die menſis huiꝰ tol
lat vnuſquiſqꝫ agnū per familias ⁊ domos ſu/
as. Sin aūt minoꝛ eſt numeruſ vt ſufficere poſ
ſit ad veſcendum agnū aſſumet vicinum ſuum
qui cōiunctus ē domui eiꝰ iuxta numeꝝ aiaruꝫ
que ſufficere poſſint ad eſū agni. Erit aūt agnuſ
abſqꝫ macula maſculus āniculus. Iuxta quem
ritū tolletis ⁊ hedum: ⁊ ſeruabitis eum vſqꝫ ad
quartādecimam diem menſis huius. Immola
bitqꝫ eum vniuerſa multitudo filioꝝ iſrael ad
veſperā. ⁊ ſument de ſanguine eius ac ponent
ſuper vtrūqꝫ poſtem. ⁊ in ſuperliminaribꝰ do
moꝝ in quibus comedent illum. Et edent car
nes nocte illa aſſas igni: ⁊ azimos panes cū la/
ctucis agreſtibus. Nō comedetis ex eo crudū
quid. nec coctum aqua: ſed aſſum tm̄ igni. Ca/
put cum pedibus eius ⁊ inteſtinis voꝛabitis:
nec remāebit quicqꝫ ex eo vſqꝫ mane. Si quid
reſiduum fuerit igne combure tis. Sic autē co
medetis illū. Renes veſtros accingetis. ⁊ cal/
ciamenta habebitis in pedibus. tenentes bacu
los in manibus: ⁊ comedetis feſtināter. Eſt
enim phaſe. i. tranſitus domini. Et tranſibo ꝑ
terram egypti nocte illa percutiāqꝫ omne pri/
mogenitū in terra egypti. ab hoīe vſqꝫ ad pe
cus. ⁊ in cunctis dijs egyptifaciaꝫ iudicia. ego
dominus. Erit aūt ſanguis vobis in ſignum ī
edibꝰ in quibus eritis. ⁊ videbo ſanguinem ⁊
tranſibo vos: nec erit ī vobis plaga diſperdēs
quādo percuſſero terrā egypti. Habebitis aūt
hunc diē in monimentū ⁊ celebꝛabitis eā ſolē/
nem dn̄o in generationibꝰ veſtris. cultu ſempi
terno. Septē diebꝰ azima comedetis. In die ꝓ
mo nō erit fermētū in domibꝰ vr̄is. Quicūqꝫ
comederit fermētatū. peribit aīa illa de iſrael. a
pꝛimo die vſqꝫ ad diē ſeptimū. Dies ꝓma erit
ſancta atqꝫ ſolēnis: ⁊ dies ſeptima eadē feſtiui
tate venerabilis. Nihil operis facietis ī eis. ex
ceptis que ad veſcendū pertinent: ⁊ obſeruabi
tis azima. In eadem enim ipſa die educā exer
citum veſtrum de terra egypti. ⁊ cuſtodietis di
em iſtum in generationes veſtras ritu ꝑpetuo
Pꝛimo menſe quartadecima die mēſis ad ve
ſperam. comedetis azima. vſqꝫ ad diem viceſi
mā pꝛimā eiuſdem menſis ad veſperam. Sep
tem diebus fermentatū non inuenietur in do/
mibus veſtris. Qui comederit fermentatū. pe
ribit aīa eius de cetu iſrael: tam de aduenis qꝫ
de indigenis terre. Oē fermentatū non come
detis. In cūctis habitaculis veſtris edetis azi/
ma. Vocauit aūt moyſes oēs ſenioꝛes filioꝝ
iſrael. ⁊ dixit ad eos. Ite tollentes aial per fa/
milias veſtras: ⁊ imolate phaſe. Faſciculūqꝫ
hyſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine ⁊ aſ
pergite ex eo ſuperliminare ⁊ vtrūqꝫ poſtem.
Nullus veſtrū egrediať oſtiū domus ſue vſqꝫ
mane. Tranſibit. n. dn̄s percutiens egyptios
Cūqꝫ viderit ſanguinē in ſupliminari ⁊ ī vtro
qꝫ poſte tranſcendet oſtiū domꝰ. ⁊ non ſinet ꝑ/
cuſſoꝛem ingredi domos vr̄as: ⁊ ledere. Cu/
ſtodi verbū iſtud legitimū tibi ⁊ filijs tuis vſqꝫ
in eternum. Cūqꝫ introieritis terrā quam dn̄s
deus daturus eſt vobis vt pollicitꝰ eſt: obſerua
bitis cerimonias iſtas. Et cū dixerint vobis fi/
lij vr̄i. que ē iſta religio. Dicetis eis. Victima
tranſitus dn̄i eſt: qn̄ tranſiuit ſup domos filio/
rū iſrael ī egypto. percutiēs egiptios. ⁊ domoſ
nr̄as liberans. Incuruatuſqꝫ ppl̄us adorauit.
Et egreſſi filij iſrael fecerūt ſicut preceperat do
minus moyſi ⁊ aaron. Factum eſt autem ī no
ctis medio. percuſſit dn̄s oē pꝛimogenitū ī ter
ra egypti: a pꝛimogenito pharaonis q̄ in ſolio
eius ſedebat vſqꝫ ad pꝛimogenituꝫ captiue que
erat in carcere: ⁊ omne pꝛimogenitum iumen/
toꝝ. Surrexitqꝫ pharao nocte ⁊ omnes ſerui
eius cunctaqꝫ egyptꝰ: ⁊ oꝛtꝰ eſt clamoꝛ magnꝰ

in egypto: Neqꝫ enī erat domus in qua nō ia
ceret mortuus. Vocatiſqꝫ pharao moyſe ⁊ aa/
ron nocte. ait: Surgite egredimini a pplo me
vos ⁊ filij iſrl. Ite ⁊ imolate dn̄o ſicut dicitis.
Oues veſtras ⁊ armenta aſſumite vt petiera/
tis: ⁊ abeuntes benedicite mihi. Vrgebantqꝫ
egyptij pplm iſrl de terra exire velociter dicen
tes. Omnes moriemur. Tulit igit̃ ppls cōſp
ſam farinā anteq̄ꝫ fermentaret: ⁊ ligans in pal
lijs poſuit ſuper humeros ſuos. Feceruntqꝫ fi
lij iſrl ſicut preceperat dn̄s moyſi: ⁊ petierūt ab
egyptijs vaſa argentea ⁊ aurea veſteq̄ꝫ pluri/
mā. Dn̄s aūt dedit gratiā populo corā egyp
tijs vt comodarent eis ⁊ ſpoliauerūt egyptios.
Profectiqꝫ ſunt filij iſrl de ramaſſe in ſochot
ſexcenta fere milia peditū viroꝝ: abſqꝫ paruu/
lis ⁊ mulieribus. Sed ⁊ vulgus promiſcuū in
numerabile aſcendit cū eis: oues ⁊ armenta ⁊
animantia diuerſi generis multa nimis. Coxe
runtqꝫ farinam quā dudum de egypto conſper
ſam tulerant. ⁊ fecerūt ſubcinericios panes azi
mos. Neqꝫ enim poterat fermentari cogētib⁹
exire egyptijs. ⁊ nullā facere ſinentibus moraꝫ
nec pulmenti quicq̄ꝫ occurrerat pparare. Ha/
bitatio aūt filioꝝ iſrl qua manſerunt in egypto
fuit quadringentoꝝ ⁊ triginta annoꝝ. Quibus
expletis: eadē die egreſſus eſt oīs exercitus do
mini de terra egypti. Nox eſt iſta obſeruabilis
dn̄i: qn̄ eduxit eos de terra egypti. Hāc obſer
uare debent oēs filij iſrael in generationib⁹ ſu
is. Dixitqꝫ dn̄s ad moyſen ⁊ aaron. Hec ē re
ligio phaſe. Oīs alienigena nō comedet ex eo
Omnis autem ſeruus emptitius circūcidet̃. ⁊ ſic
comedet. Aduena ⁊ mercennarius non edent
ex eo. In vna domo comedet̃: nec efferetis de
carnibus eius foras: nec os illius confringetis
Omnis cetus filioꝝ iſrl faciet illud. Qꝫ ſi quis pe
regrinoꝝ in vrām voluerit tranſire coloniā et
facere phaſe dn̄i: circumcidet̃ prius oē maſculi
num eius. ⁊ tunc rite celebrabit: eritqꝫ ſicut indi/
gena terre. Si quis aūt circūciſus nō fuerit: nō
veſcet̃ ex eo. Eadē lex erit indigene ⁊ colono q
peregrinatur apud vos. Feceruntqꝫ oēs filij
iſrael ſicut preceperat dn̄s moyſi ⁊ aaron ⁊ ea/
dem die eduxit dn̄s filios iſrael de terra egypti
per turmas ſuas. XIII

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens:
Sanctifica mihi oē primogenitum qd̾
aperit vuluā in filijs iſrael tā de homi
nibus q̄ꝫ de iumentis. Mea ſūt .n. oīa. Et ait
moyſes ad pplm. Memētote diei huius i qua
egreſſi eſtis de egypto ⁊ de domo ſeruitutis:
qm̄ in manu forti eduxit vos dn̄s de loco iſto:
vt nō comedatis fermentatū panem. Hodie
egredimini mēſe nouaꝝ frugū. Cūqꝫ introdu
xerit te dn̄s in terram chananei ⁊ ethei. ⁊ āmor
rei. ⁊ euei. ⁊ iebuſei. quā iurauit patribus tuis
vt daret tibi terrā fluentē lacte ⁊ melle: celebra
bis hūc morē ſacrorum menſe iſto. Septē die
bus veſceris azimis: ⁊ in die ſeptimo erit ſolen
nitas dn̄i. Azima comedetis ſeptē diebus. nō
apparebit apud te aliquid fermentatū. nec i cū/
ctis finibus tuis. Narrabiſqꝫ filio tuo in die il
lo dicens. Hoc eſt qd̾ fecit mihi dn̄s qn̄ egreſ/
ſus ſum de egypto. Et erit quaſi ſignum i ma/
nu tua: ⁊ quaſi monimentū an̄ oculos tuos: ⁊
vt lex dn̄i ſemper ſit in ore tuo. In manu enim
forti eduxit te dn̄s de egypto. Cuſtodies huiuſ
cemodi cultū ſtatuto tpe a dieb⁹ in dies. Cūqꝫ
introduxerit te dn̄s in terram chananei. ſicut iu
rauit tibi ⁊ fratrib⁹ tuis. ⁊ dederit tibi eam. ſe/
parabis oē quod aperit vuluam dn̄o. ⁊ qd̾ pri/
mitiuū eſt in pecoribus tuis. Quicquid habue
ris maſculini ſexus: conſecrabis dn̄o. Primo
genitū aſini mutabis oue quod ſi nō redemerꝭ
interficies. Oē aūt primogenitum hoīs de fili
is tuis precio redimes. Cumqꝫ interrogauerit
te filius tuus cras. dicens: quid eſt hoc. reſpon
debis ei. In manu forti eduxit nos dn̄s de egy
pto de domo ſeruitutis. Nā cū induratus eſſet
pharao ⁊ nollet nos dimittere: occidit dn̄s oē
primogenitū in terra egypti. a primogenito ho
minis vſqꝫ ad primogenitū iumentoꝝ. Idcir/
co imolo dn̄o oē quod aperit vuluam maſculi/
ni ſexus. ⁊ oīa primogenita filiorū meoꝝ redi/
mo. Erit igitur quaſi ſignū in manu tua ⁊ qua
ſi appenſum quid. ob recordationē an̄ oculos
tuos: eo q̄ in manu forti eduxit vos dn̄s d̾ egy
pto. Igitur cū emiſiſſet pharao populū. nō co
duxit dn̄s per viam terre philiſtijm que vicina
eſt: reputans ne forte peniteret eum. ſi vidiſſet
aduerſum ſe bella conſurgere. ⁊ reuerteretur
in egyptū ſed circūduxit per viā deſerti. que eſt
iuxta mare rubrū. Et armati aſcenderunt filij
iſrael de terra egypti. Tulit quoqꝫ moyſes oſ/
ſa ioſeph ſecum: eo q̄ adiuraſſet filios iſrael di
cens. Viſitabit vos deus: efferte oſſa mea hinc
vobiſcum. Profectiqꝫ de ſochot caſtrameta
ti ſunt in etham: in extremis finibus ſolitudinis
Dn̄s aūt p̄cedebat eos: ad oſtendendā viam p
diem in colūna nubis: ⁊ per noctem in colūna
ignis. vt dux eſſet itineris vtroqꝫ tēpore. Nū
q̄ꝫ defuit colūna nubis per diē nec colūna ignis
per noctem coram populo. XIIII

LOcutus ē aūt dñs ad moyſen dicens.
Loquere filijs iſrl̃. Reuerſi caſtramē
tentur e regiōe phiahiroth: que eſt inter
magdalū ⁊ mare ꝯtra beelſephon. In conſpe
ctu ei⁹ caſtra ponetis ſup mare. Dicturuſq̄ eſt
pharao ſup filijs iſrael. Coartati ſunt in terra.
concluſit eos deſertū. Et indurabo cor ei⁹. ac ꝑ
ſequet̃ vos: ⁊ glorificabor in pharaone. ⁊ in oī
exercitu eius: ſcientq̄ egyptij .q̄r ego ſum dñs
Feceruntq̄ ita. Et nunciatū ē regi egyptioꝝ ꝙ
fugiſſet populus. Immutatūq̄ eſt cor pharao
nis ⁊ ſuoꝝ eius ſup populū. ⁊ dixerūt. Quid
voluim⁹ facere: vt dimitteremus iſrl̃ ne ſuiret no
bis. Iūxit ergo currū. ⁊ oēm populū ſuū aſſū/
pſit ſecū. Tulitq̄ ſexcentos curr⁹ electos: ⁊ quic/
quid in egypto curuū fuit: ⁊ duces totius exerci/
tus. Indurauitq̄ dñs cor pharaonis regis egy
pti. ⁊ perſecutus eſt filios iſrael. At illi egreſſi
erāt in manu excelſa. Cūq̄ perſequerent̃ egy/
ptij veſtigia p̄cedentiū: repperūt eos i caſtris
ſup mare. Omnis equitatus ⁊ curr⁹ pharaonis
⁊ vniuerſus exercitus erāt i phiahiroth ꝯ beel/
ſephon. Cūq̄ appropinquaſſet pharao. leuan
tes filij iſrael oculos. viderūt egyptios poſt ſe
et timuerūt valde. Clamaueruntq̄ ad dñm. et di
xerunt ad moyſen. Forſitan nō erāt ſepulchra
in egypto. ideo tuliſti nos vt moreremur ī ſoli
tudine. Quid hoc facere voluiſti. vt educeres
nos ex egypto. Nonne iſte eſt ſermo quem loq̄
bamur ad te in egypto. dicentes: recede a no/
bis vt ſeruiamus egyptijs. Multo enim melius
erat ſeruire eis: q̄ꝫ mori i ſolitudine. Et ait moy
ſes ad populum. Nolite timere. State et vide
te magnalia dñi. que facturus eſt hodie. Egy/
ptios enim quos nūc videtis. nequaq̄ vltra vi
debitis vſq̄ in ſempiternū. Dñs pugnabit ꝓ
vobis: et vos tacebitis. Dixitq̄ dñs ad moy/
ſen. Quid clamas ad me. Loquere filijs iſrael
vt ꝓficiſcant̃. Tu aūt eleua virgā tuā et exten
de manū tuā ſuper mare et diuide illud: vt gra
diant̃ filij iſrael i medio mari ꝑ ſiccū. Ego aūt
indurabo cor egyptioꝝ vt ꝑſequantur vos. et
glorificabor in pharaone: et in oī exercitu eius
et in curribus et in eq̄tib⁹ illius. Et ſcient egy/
ptij q̄r ego ſū dñs: cū glorificat⁹ fuero i pharao
ne: et in currib⁹ atq̄ in eq̄tibus eius. Tolleſq̄
ſe angelus dñi qui p̄cedebat caſtra iſrael. abijt
poſt eos. ⁊ cū eo pariter columna nubis p̄ora dimit
tēs. poſt tergū ſtetit inter caſtra egyptioꝝ ⁊ ca
ſtra iſrael. Et erat nubes tenebroſa. ⁊ illumi/
nās noctē: ita vt ad ſe inuicē toto noctis tp̄e ac/
cedere nō valerēt. Cūq̄ extēdiſſet moyſes ma
nū ſuper mare. abſtulit illud dñs flante vento
vehementi ⁊ vrente tota nocte. ⁊ vertit i ſiccū.
Diuiſaq̄ eſt aqua: ⁊ ingreſſi ſūt filij iſrl̃ ꝑ me/
diū ſicci maris. Erat eni aqua quaſi mur⁹ a de
xtera eoꝝ ⁊ leua. Perſequēteſq̄ egyptij igreſ
ſi ſūt poſt eos: ⁊ oīs eq̄tat⁹ pharaonis. curr⁹ ei⁹
⁊ eq̄tes ꝑ mediū maris. Iāq̄ aduenerat vigi/
lia matutina. ⁊ ecce reſpiciēs dñs ſuper caſtra
egyptioꝝ per colūnam ignis ⁊ nubis: interfe/
cit exercitū eoꝝ. ⁊ ſubuertit rotas curruū. fere/
bant̃q̄ i ꝓfūdū. Dixerūt ergo egyptij. Fugi
amus iſrahelē. dñs eni pugnat ꝓ eis ꝯtra nos
Et ait dñs ad moyſen. Extende manū tuā ſup
mare. vt reuertant̃ aque ad egyptios ſup cur/
rus ⁊ eq̄tes eoꝝ. Cūq̄ extendiſſet moyſes ma
nū ꝯtra mare. reuerſū eſt p̄mo dilūculo ad p̄o/
rem locū. Fugiētibuſq̄ egyptijs occurrerunt
aque ⁊ inuoluit eos dñs i medijs fluctib⁹. Re
uerſeq̄ ſūt aque: ⁊ operuerunt currus ⁊ equites
cūcti exercitus pharaonis. q̄ ſequentes ingreſſi
fuerāt mare: nec vnus q̄dē ſuꝑfuit ex eis. Fi/
lij aūt iſrael ꝑrexerunt per mediū ſicci maris: ⁊
aq̄ eis erāt quaſi ꝓ muro a dextris ⁊ a ſiniſtris
Liberauitq̄ dñs i die illo iſrl̃ de manu egypti
orū: ⁊ viderūt egyptios mortuos ſup litt⁹ ma/
ris. ⁊ manū magnā quā exercuerat dñs contra
eos. Timuitq̄ ppl̃s dñm. ⁊ crediderūt dño. ⁊
moyſi ſeruo eius. XV

TUnc cecinit moyſes ⁊ filij iſrl̃. carmen
hoc domino. ⁊ dixerunt. Cantem⁹ do
mino glorioſe enim magnificatus eſt.
equū ⁊ aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo
mea ⁊ laus mea dñs ⁊ factus eſt mihi in ſalutē
Iſte deus meus ⁊ glorificabo eū: deus patris
mei ⁊ exaltabo eum. Dñs quaſi vir pugnator:
omnipotēs nomē eius: currus pharaōis ⁊ ex
ercitū eius ꝓiecit in mare. Electi p̄ncipes eius
ſubmerſi ſunt in mari rubro: abyſſi operuerūt
eos: deſcēderūt in ꝓfundū quaſi lapis. Dexte
ra tua dñe magnificata ē in fortitudine: dextera
tua dñe percuſſit inimicū: ⁊ in multitudine glo
rie tue depoſuiſti aduerſarios meos. Miſiſti
iram tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulā: ⁊ in
ſpū furoris tui congregate ſūt aque. Stetit vn
da fluens: congregati ſūt abyſſi in medio mari
Dixit inimicus. perſequar ⁊ ꝯprehēdam: diui
dā ſpolia: iplebit aīa mea. Euaginabo gladiū
meū: interficiet eos manus mea. Flauit ſpūs
tuus ⁊ operuit os mare: ſubmerſi ſūt quaſi plū
bū in aquis vehemētibus. Quis ſimilis tui in
fortibus dñe: quis ſimilis tui magnific⁹ i ſctītate
terribilis atq̄ laudabilis ⁊ faciens mirabilia.

Extendiſti manũ tuam ⁊ deuorauit eos terra: dux fuiſti i miſericordia tua. pplo quē redemiſti Et portaſti eũ in fortitudine tua: ad habitaculũ ſcm̃ tuum. Aſcenderũt ppli ⁊ irati ſunt: dolores obtenuerunt habitatores philiſtijm. Tunc conturbati ſunt pricipes edom: robuſtos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaan. Irruat ſuper eos formido ⁊ pauor: i magnitudine brachij tui. Fiant immobiles q̃ſi lapis. donec pertranſeat populus tuus domine: donec pertranſeat ppl's tuus iſte quē poſſediſti. Introduces eos ⁊ plantabis in mōte hereditatis tue: firmiſſimo habitaculo tuo qđ operatus es dñe. Sanctuarium tuum domine: qđ firmauerunt manus tue: dñs regnabit i eternũ ⁊ vltra. Ingreſſus eſt eniȝ eques pharao cum curribus ⁊ equitibus eius i mare: ⁊ reduxit ſuper eos dñs aquas maris. Filij autē iſrael ambulauerũt p ſiccũ i medio ei⁹. Sũpſit ergo maria pphetiſſa: ſoror aaron. tympanuȝ in manu ſua: egreſſeq̃ȝ ſũt oēs mulieres poſt eā cũ tympanis ⁊ choris. q̄bus p̄cinebat dicēs. Cātem⁹ dño. glorioſe. n. magnificat⁹ ē: equũ ⁊ aſcenſorem deiecit in mare. Tulit aũt moyſes iſrael de mari rubro: ⁊ egreſſi ſunt in deſertuȝ ſur: Ambulaueruntq̃ȝ tribus dieb⁹ p ſolitudinem ⁊ nō īueniebant aquam. Et venerũt in marath. nec poterant bibere aquas de marath. eo q͏̄ eſſent amare. Vnde ⁊ congruum loco nomen inpoſuit. vocās illum marath. i. amaritudinem. Et murmurauit ppl's ꝯtra moyſen dicens. Quid bibemus. At ille clamauit ad dominum. Qui oſtēdit ei lignum. qđ cũ miſiſſet in aquas: i dulcedinem verſe ſunt. Ibi ꝯſtituit ei p̄cepta atq̃ȝ iudicia. ⁊ ibi temptauit eũ dicens. Si audieris vocem dñi dei tui. ⁊ qđ rectũ eſt corā eo feceris ⁊ obedieris mandatis eius. cuſtodierisq̃ȝ omnia p̄cepta illius: cunctum languorē quem poſui in egypto nō inducam ſuper te. Ego enim dñs ſanator tuus. Venerũt aũt in helim filij iſrael vbi erãt duodeciȝ fōtes aquaꝝ ⁊ ſeptuaginta palme. ⁊ caſtrametati ſũt iuxta aq̄s. XVI

Profectiq̃ȝ de helim venit omnis multitudo filioꝝ iſrael in deſertuȝ ſyn: quod eſt inter helim ⁊ ſynai: quītadecima die menſis ſecundi poſtq̃ȝ egreſſi ſunt de terra egypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum iſrael contra moyſen ⁊ aaron in ſolitudie. Dixeruntq̃ȝ filij iſrael ad eos. Vtinaȝ mortui eſſem⁹ p manũ domini i terra egypti. quādo ſedebam⁹ ſup ollas carniũ: ⁊ comedebam⁹ panē in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud vt occideretis omnem multitudinem fame. Dixit autem dominus ad moyſen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediat̃ populus ⁊ colligat que ſufficiunt per ſingulos dies: vt temptem eum: vtꝝ ambulet in lege mea an non. Die autem ſexto parent q͏̄ inferant. ⁊ ſit duplum q̃ȝ colligere ſolebāt per ſingulos dies. Dixeruntq̃ȝ moyſes ⁊ aaron ad omnes filios iſrael. Veſpere ſcietis q͏̄ domin⁹ eduxerit vos de terra egypti. ⁊ mane videbitis gloriaȝ domini. Audiui enim murmur veſtrũ contra dominum. Nos vero quid ſumus quia muſitaſtis contra nos. Et ait moyſes. Dabit vobis dominus veſpere carnes edere ⁊ mane panes in ſaturitate. eo q͏̄ audierit murmurationes veſtras quibus murmurati eſtis contra eũ. Nos enim quid ſumus. Nec contra nos ē murmur veſtrũ: ſed contra dominũ. Dixit quoq̃ȝ moyſes ad aaron. Dic vniuerſe congregatiōi filiorũ iſrael. Accedite corā domino. Audiuit enim murmur veſtrum. Cũq̃ȝ loqueretur aaron ad omnem cetũ filioꝝ iſrael: reſpexerũt ad ſolitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus ē aũt dominus ad moyſen dicēs. Audiui murmuratiōes filioꝝ iſrael. Loquere ad eos. Veſpere comedetis carnes. ⁊ mane ſaturabimini panibus: ſcietiſq̃ȝ q͏̄ ego ſum dominus deus veſter. Factũ ē ergo veſpere ⁊ aſcēdens coturnix cooperuit caſtra. mane quoq̃ȝ ros iacuit per circuitũ caſtroꝝ. Cũq̃ȝ operuiſſet ſuperficiē terre: apparuit in ſolitudine minutum ⁊ quaſi pilo tuſũ in ſimilitudinē pruine ſup terram. Qđ cũ vidiſſent filij iſrael. dixerũt ad inuicem. Manhu. Qđ ſignificat: quid eſt hoc. Ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait moyſes. Iſte ē panis quem dominus dedit vobis ad veſcendũ. Hic eſt ſermo quem precepit vobis dominus. Colligat vnuſquiſq̃ȝ ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita. Iuxta numerũ animarũ veſtrarũ q̄ habitant in tabernaculo. ſic tolletiſ. Feceruntq̃ȝ ita filij iſrael. ⁊ collegerũt alius plus. alius minus ⁊ menſi ſunt ad menſuram gomor. Nec q pl⁹ collegerāt habuit amplius. nec qui minus parauerat repperit minus: ſed ſinguli iuxta id qđ edere poterant ꝯgregauerũt. Dixitq̃ȝ moyſes ad eos nullus relinquat ex eo i mane. Qui nō audierũt eũ: ſed dimiſerit qdā ex eis vſq̃ȝ mane: ⁊ ſcatere cepit vermibus atq̃ȝ ꝯputruit. Et iratus eſt ꝯ͏̄ eos moyſes. Colligebāt aũt mane ſinguli quantũ ſufficere poterat ad veſcendum Cũq̃ȝ incaluiſſet ſol: liqueſiebat. In die autem

ſexta collegerunt cibos duplices. i. duo gomor per ſingulos hoīes. Venerūt aūt oēs ꝑncipes multitudinis ⁊ narrauerūt moyſi. Qui ait eis Hoc ē qḋ locutus ē dn̄s. Requies ſabbati ſanctificata ē dn̄o. Cras quodcūq; opandū ē facite. ⁊ que coquēda ſūt coquite. Quicquid āt reliquū fuerit. reponite vſq; in mane. Feceruntq; ita vt ꝑceperat moyſes: ⁊ nō ꝯputruit: neq; vermis inuent⁹ ē in eo. Dixitq; moyſes. Comedite illud hodie: qꝛ ſabbatū eſt dn̄o. non inuenieť hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbatū ē dn̄o: idcirco nō inenieť. Venitq; ſeptima dies. ⁊ egreſſi de pplo vt colligerēt non inuenerūt. Dixit aūt dn̄s ad moyſen. Vſq;quo non vultis cuſtodire mandata mea ⁊ legē meā? Videte q̄ dn̄s dederit vobis ſabbatū. ⁊ ꝓpter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſ ⁊ nullus egrediať de loco ſuo die ſeptimo. Et ſabbatiȝauit populus die ſeptimo. Appellauitq; dom⁹ iſrael nomē ei⁹ man. Qḋ erat quaſi ſemē coriādri albū. guſtuſq; eius quaſi ſimile cū melle. Dixit aūt moyſes. Iſte ē ſmo quē precepit dn̄s. Imple gomor ex eo ⁊ cuſtodiatur in futuras retro gn̄ationes vt nouerint panē quo alui vos i ſolitudie qn̄ educti eſtis de terra egypti. Dixitq; moyſes ad aarō. Sume vas vnū ⁊ mitte ibi man. quātū pōt cape gomor. ⁊ repone corā dn̄o ad ſuandū in generatiōes veſtras ſicut ꝑcepit dn̄s moyſi. Poſuitq; illud aaron in tabernaculo reſeruandū. Filij aūt iſrael comederūt man quadraginta annis: donec venirēt in terrā habitabilē. Hoc cibo aliti ſūt vſq; quo tāgerēt fines terre chanaan. Gomor autē decima pars ē ephi.

XVII

Igitur ꝓfecta omnis multitudo filiorū iſrael ḋ deſerto ſyn. ꝑ manſiōes ſuas iuxta ſermonē dn̄i caſtrametati ſunt i raphidim. vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus ꝯ moyſen ait. Da nobis aquā vt bibamus. Quibus reſpondit moyſes Quid iurgamini ꝯtra me: ⁊ cur tēptatis dn̄m Sitiuit ergo ibi populus pre aque penuria. ⁊ murmurauit ꝯtra moyſen dicens. Cur feciſti nos exire de egypto: vt occideres nos ⁊ liberos noſtros ac iumēta ſiti. Clamauit aūt moyſes ad dn̄m dicens. Quid faciam populo huic Adhuc paululum ⁊ lapidabit me. Et ait dominus ad moyſen. Antecede populū. ⁊ ſume tecū de ſeniorib⁹ iſrael. ⁊ virgā qua ꝑcuſſiſti fluuiū tolle in manu tua ⁊ vade. En ego ſtabo ibi coram te ſupra petrā oreb. ꝑcutieſq; petram, ⁊ exibit ex ea aqua vt bibat populus. Fecit moyſes ita corā ſenioribus iſrael. Et vocauit nomē loci illius. tēptatio. ꝓpter iurgiū filioꝝ iſrael. ⁊ qꝛ tēptauerūt dn̄m. dicētes. Eſt ne deus i nobis. an nō. Venit aūt amalech ⁊ pugnabat cōtra filios iſrl̄ in raphidim. Dixitq; moyſes ad ioſue. Elige viros. ⁊ egreſſus pugna ꝯ amalech cras. Ego ſtabo in vertice collis: habens virgam dei in manu mea. Fecit ioſue vt locutus erat moyſes. ⁊ pugnauit ꝯ amalech. Moyſes aūt ⁊ aaron ⁊ hur. aſcēderūt ſup vticē collis. Cūq; leuaret moyſes man⁹. vincebat iſrael. Sin aūt paululum remiſiſſet: ſupabat amalech. Man⁹ aūt moyſi erāt graues. Sumētes igiť lapidē poſuerūt ſubter eū in quo ſedit. Aaron aūt ⁊ hur ſuſtentabāt manus eius ex vtraq; pte. Et factū ē vt man⁹ illius nō laſſarentur vſq; ad occaſū ſolis. Fugauitq; ioſue amalech ⁊ populū eius in ore gladij. Dixit autē dn̄s ad moyſen. Scribe hoc ob monimentū in libro ⁊ trade aurib⁹ ioſue. Delebo eni memoriā amalech ſub celo. Edificauitq; moyſes altare. ⁊ vocauit nomen eius. dominus exaltatio mea dicens. Quia manus ſolius domini ⁊ bellū dei erit contra amalech: a generatione in generationem.

XVIII

Cumq; audiſſet iethro ſacerdos madian. cognatus moyſi omnia que fecerat dn̄s moyſi i iſrael populo ſuo. ⁊ q̄ eduxiſſet dn̄s iſrael de egypto. tulit ſephorā vxorē moyſi quam remiſerat. ⁊ duos filios eius quorum vnus vocabatur gerſan. dicente patre aduena fui in terra aliena: alter vero eliezer: deus eni ait patris mei adiutor meus: ⁊ eruit me de gladio pharaōis. Venit ergo iethro cognatus moyſi ⁊ filij eius ⁊ vxor eius ad moyſen in deſertū: vbi erat caſtrametat⁹ iuxta montē dei ⁊ mandauit moyſi dicēs. Ego iethro cognat⁹ tuus venio ad te: ⁊ vxor tua: ⁊ duo filij tui cum ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui adorauit ⁊ oſculatus ē eum. Salutaueruntq; ſe mutuo verbis pacificis. Cūq; intraſſet tabernaculū: narrauit moyſes cognato ſuo cuncta q̄ fecerat dn̄s pharaoni ⁊ egyptijs, ꝓpter iſrl̄: vniuerſumq; laborē q aſcēdiſſet eos in itinere: ⁊ q̄ liberauerat eos dn̄s. Letatuſq; ē iethro ſup oībus bonis q̄ fecerat dn̄s iſraheli. eo q̄ eruiſſet eum de manu egyptioꝝ. Et ait. Benedict⁹ dn̄s qui liberauit vos de manu egyptiorum ⁊ de manu pharaonis. q eruit populū ſuū de manu egypti Nunc cognoui qꝛ magnus dn̄s ſup oēs deos eo q̄ ſupbe egerint ꝯ eos. Obtulit ḡ iethro co

gnatus moyſi holocauſta ⁊ hoſtias dño: vene/
runtq̄ʒ aaron ⁊ omnes ſeniores filioꝝ iſrael vt
comederēt panē cū eo corā dño. Altera aūt die
ſedit moyſes vt iudicaret pplm: qui aſſiſtebat
moyſi a mane vſq̄ʒ ad veſperam. Qđ cū vidiſ
ſet cognatus eiꝰ oia. ſ. q̄ agebat in populo. ait
Quid eſt qđ facis in plebe. Cur ſolus ſedes: ⁊
oīs ppl's preſtolat̄ de mane vſq̄ʒ ad veſperam.
Cui rñdit moyſes. Venit ad me ppl's querens
ſentētiā dei. Cūq̄ʒ acciderit eis aliqua diſcepta
tio. veniunt ad me vt iudicem inter eos ⁊ oſten
dam ꝓcepta dei ⁊ leges eiꝰ. At ille. Non bonā
īqt rem facis. Stulto labore conſumeris: ⁊ tu
⁊ ppl's iſte qui tecū eſt. Vltra vires tuas eſt ne
gocium. Solus illđ nō poteris ſuſtinere ſʒ au/
di ỽba mea atq̄ʒ ꝯſilia: ⁊ erit dñs tecum. Eſto
tu pplo in his que ad deū ꝑtinent vt referas q̄
dicunt̄ ad eū: oñdaſq̄ʒ populo cerimonias ⁊ ri/
tū colendi. viāq̄ʒ per quā ingredi debeāt. ⁊ opꝰ
qđ facere debeāt. Prouide aūt de oī plebe vi/
ros ſapiētes ⁊ timētes deū in qbus ſit ỽitas. ⁊
q oderit auaritiā ⁊ ꝯſtitue ex eis tribunos ⁊ cē
turiones. ⁊ qnquagenarios. ⁊ decanos qui iu/
dicent pplm oī tpe. Quicqd autē maius fuerit
referant ad te. ⁊ ipſi minora tm̄modo iudicent
leuiuſq̄ʒ ſit tibi. partito in alios onere. Si hoc
feceris: iplebis impiū dñi: ⁊ ꝓcepta eiꝰ poteris
ſuſtentare: ⁊ oīs hic populus reuertetur ad lo/
ca ſua cū pace. Quibꝰ auditis. moyſes fecit oia
q̄ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de
cūcto iſrl'. conſtituit eos principes populi tribu
nos. ⁊ centuriones ⁊ qnquagenarios: ⁊ deca/
nos. q iudicarent plebē dñi oī tēpore. Quicqd
aūt grauius erat referebāt ad eum. faciliora tā
tūmō iudicantes. Dimiſitq̄ʒ cognatū ſuū: qui
reuerſus abijt in terrā ſuam. XIX

MEnſe tertio egreſſionis iſrl' de terra egy
pti: in die hac venerunt in ſolitudinē
ſynai. Nā ꝓfecti de raphidim ⁊ perue
nientes vſq̄ʒ in deſertū ſynai. caſtrametati ſunt
in eodem loco: ibiq̄ʒ iſrl' fixit tentoria e regione
montis. Moyſes aūt aſcendit in montē ad de
um. Vocauitq̄ʒ eum dñs de monte: ⁊ ait: h̄ di
ces domui iacob. ⁊ annūciabis filijs iſrl'. Vos
ipſi vidiſtis q̄ fecerim egyptijs. quō portauerī
vos ſup alas aqlarū. ⁊ aſſumpſerim mihi. Si
ergo audieritis vocē meam: ⁊ cuſtodieritis pa
ctū meū. eritis mihi in peculiū de cunctis popu
lis. Mea eſt. n. oīs terra ⁊ vos eritis mihi in
regnū ſacerdotale: ⁊ gēs ſcā. Hec ſūt ỽba que
loqris ad filios iſrl'. Venit moyſes ⁊ conuoca
tis maioribus natu populi expoſuit omnes ſer
mones quos mādauerat dñs. Reſpōditq̄ʒ oīs
populus ſimul. Cūcta q̄ locutꝰ ē dñs faciemus
Cūq̄ʒ retuliſſet moyſes verba populi ad dñm
ait ei dñs. Iam nunc veniam ad te in caligine
nubis: vt audiat me populus loquentem ad te.
⁊ credat tibi in ꝑpetuum. Nūciauit ergo moy
ſes verba populi ad dñm. Qui dixit ei. Vade
ad populum. ⁊ ſcifica illos hodie ⁊ cras. lauēt
q̄ʒ veſtimēta ſua: ⁊ ſint parati in diē tertiū. In
die enī tertio deſcendet dñs corā oī plebe ſuper
montem ſynai. Cōſtitueſq̄ʒ terminos populo
ꝑ circuitū: ⁊ dices ad eos. Cauete ne aſcenda/
tis in montem: nec tangatis fines illiꝰ. Oēs q
tetigerit montē. morte morietur. Manꝰ non tan
gēt eū: ſed lapidibus opprimet̄: aut cōfodietur
iaculis. Siue iumentū fuerit ſiue hō non viuet
Cū ceperit clāgere buccina. tūc aſcēdāt in mō
tē. Deſcēditq̄ʒ moyſes de monte ad populū: ⁊
ſanctificauit eū. Cūq̄ʒ lauiſſent veſtimenta ſua
ait ad eos. Eſtote parati in diē tertiū: ⁊ ne ap/
propinquetis vxoribus veſtris. Iāq̄ʒ aduene
rat tertius dies ⁊ mane inclaruerat: ⁊ ecce cepe
runt audiri tonitrua. ac micare fulgura: ⁊ nu/
bes denſiſſima operire montem. Clangorq̄ʒ
buccine vehementius ꝑſtrepebat. ⁊ timuit ppl's
qui erat in caſtris. Cūq̄ʒ eduxiſſet eos moyſes
in occurſum dei de loco caſtroꝝ. ſteterūt ad ra/
dices montis. Totus autem mons ſynai fuma
bat. eo ꝙ deſcendiſſet dominus ſuper eū i igne
⁊ aſcenderet fumꝰ ex eo quaſi de fornace. Erat
q̄ʒ oīs mons terribilis: ⁊ ſonitus buccine pau
latim creſcebat in maius: ⁊ ꝓlixius tendebat̄.
Moyſes loquebat̄ ⁊ dñs reſpondebat ei. De/
ſcenditq̄ʒ dñs ſuper montē ſynai in ipſo mōtis
vertice: ⁊ vocauit moyſen in cacumē eiꝰ. Quo
cū aſcendiſſet. dixit ad eū. Deſcēde ⁊ cōteſtare
populū: ne forte velit tranſcēdere terminos ad
vidēdū dñm: ⁊ ꝑeat ex eis plurima multitudo
Sacerdotes q̄ʒ q accedūt ad dñm ſanctificētur
ne ꝑcutiat eos. Dixitq̄ʒ moyſes ad dñm. Nō
poterit vulgus aſcendere in mōtem ſynai. Tu
enim teſtificatus es. ⁊ iuſſiſti dicēs. Pone ter
minos circa montem ⁊ ſanctifica illū. Cui aūt
dñs. Vade ⁊ deſcende. aſcendeſq̄ʒ tu ⁊ aaron
tecū. Sacerdotes aūt ⁊ populus nō trāſeāt ter
minos: nec aſcendant ad dñm: ne forte interfi/
ciat illos. Deſcenditq̄ʒ moyſes ad populum: ⁊
omnia narrauit eis. XX

LOcutuſq̄ʒ ē dñs cūctos ſmones hos.
Ego ſum dominus deus tuꝰ. q eduxi
te de terra egypti: de domo ſeruitutis.
Nō habebis deos alienos coram me. Nō faci

ea tibi ſculptile: neqꝫ omnē ſimilitudinē que ē
in celo deſup. ⁊ que i terra deorſū: nec eoꝝ que
ſūt in aquis ſub terra. Nō adorabis ea neqꝫ co
les. Ego eni ſū dn̄s deꝰ tuꝰ fortis zelotes: viſi/
tās iniqtatē patrū i filios. in tertiā ⁊ quartā ge/
nerationē eoꝝ q oderūt me. ⁊ faciēs miaꝫ i mi
lia. his q diligūt me ⁊ cuſtodiūt precepta mea.
Nō aſſumes nomē dn̄i dei tui i vanū. Nec. n.
habebit inſontem dn̄s eū: qui aſſūpſerit nomē
dn̄i dei ſui fruſtra. Memento vt diem ſabbati
ſanctifices. Sex diebꝰ operaberis. ⁊ facies omnia
opa tua. Septimo aūt die ſabbatū dn̄i dei tui ē
Nō facies oē opus in eo. tu ⁊ filiꝰ tuꝰ ⁊ filia tua
ſeruus tuus ⁊ ancilla tua: iumentū tuū ⁊ adue/
na. qui eſt itra portas tuas. Sex eni diebus fe/
cit deus celū ⁊ terrā. mare ⁊ oia que in eis ſunt
⁊ requieuit in die ſeptimo. Iccirco benedixit dn̄s
diei ſabbati. ⁊ ſanctificauit eū. Honora patreꝫ
tuū ⁊ matrē tuā: vt ſis longeuꝰ ſuper terrā quā
dn̄s deus tuus dabit tibi. Non occides. Non
mechaberis. Non furtū facies. Nō loqueris ꝯ
ꝓximū tuū falſū teſtimoniū. Non concupiſces
domū ꝓximi tui. Nec deſiderabis vxorē eius
nō ſeruū. nō ancillā. nō bouē. nō aſinum. nec
omnia que illius ſūt. Cūctꝰ aūt populus vide/
bat voces ⁊ lampades ⁊ ſonitū buccine. montē
qꝫ fumantē: ⁊ perterriti ac pauore ꝯcuſſi. ſtete
rūt ꝓcul dicentes moyſi. Loquere tu nobis ⁊
audiemus. Non loquatur nobis dn̄s: ne forte
moriamur. Et ait moyſes ad ppl'm. Nolite ti/
mere. Vt enim ꝓbaret vos venit deꝰ. ⁊ vt ter
ror illiꝰ eſſet in vobis: ⁊ nō peccaretis. Stetitqꝫ
populus de lōge: moyſes aūt acceſſit ad caligi/
nē i qua erat deꝰ. Dixitqꝫ p̄terea dn̄s ad moy
ſen. Hec dices filijs iſrael. Vos vidiſtis qꝛ de
celo locutus ſim vobis. Nō facietis deos argē
teos: nec deos aureos facietis vobis. Altare d̄
terra facietis mihi. ⁊ offeretis ſuper eo holocau
ſta. ⁊ pacifica veſtra. oues veſtras ⁊ boues i oi
loco in quo memoria fuerit nois mei. Veniaꝫ
ad te ⁊ benedicā tibi. Qđ ſi altare lapideū fece/
ris mihi: nō edificabis illud de ſectis lapidibus
Si eni leuaueris cultrū tuū ſuper eo polluetur
Nō aſcendes per gradus ad altare meū: ne re
ueleť turpitudo tua.

XXI

Hec ſūt iudicia q̄ ꝓpones eis. Si eme/
ris ſeruū hebreū: ſex annis ſeruiet tibi
in ſeptimo egredieť liber gratis. Cum
quali veſte intrauerit: cū tali exeat. Si habens
vxorē: ⁊ vxor egredieť ſimul. Sin aūt dn̄s dede
rit illi vxorem. ⁊ peperit filios ⁊ filias: mulier
⁊ liberi eius erunt dn̄i ſui: ipſe vero exibit cum
veſtitu ſuo. Qđ ſi dixerit ſeruus diligo domi/
nū meū ⁊ vxorem ac liberos. nō egrediar liber
offerat eū dn̄s dijs ⁊ applicabiť ad oſtium ⁊ po
ſtes: perforabitqꝫ aurem eius ſubula. ⁊ erit ei
ſeruus in ſeculū. Si qs vendiderit filiā ſuā i fa
mulā. nō egredieť ſicut ancille exire ꝯſueuerūt
Si diſplicuerit oculis dn̄i ſui cui tradita fuerit
dimittet eā. populo autem alieno vendendi nō
habebit poteſtatē. ſi ſpreuerit eam. Si aūt filio
ſuo deſponderit eam: iuxta morem filiarum fa
ciet illi. Qđ ſi alterā ei acceperit. prouidebit pu
elle nuptias ⁊ veſtimēta: ⁊ preciū pudicitie nō
negabit. Si tria iſta non fecerit. egredieť gra/
tis abſqꝫ pecunia. Qui percuſſerit hominē vo
lens occidere. morte moriať. Qui autem nō ē
inſidiatus. ſed deus illum tradidit in manꝰ eiꝰ
ꝯſtituā tibi locū in quo fugere debeat. Si quis
per induſtriam occiderit ꝓximū ſuū ⁊ per inſi/
dias: ab altari meo auelles eū vt moriať. Qui
percuſſerit patrē ſuū aut matrē. morte moriať.
Qui maledixerit patri ſuo vł matri. morte mo
riať. Qui furatus fuerit hominē ⁊ vēdiderit
eū: conuictus noxe. morte moriatur. Si rixati fu
erint viri ⁊ percuſſerit alter ꝓximū ſuū lapide
vel pugno: ⁊ ille mortuus non fuerit ſed iacue
rit i lectulo. ſi ſurrexerit ⁊ ambulauerit foris ſu
per baculū ſuū: innocēs erit qui percuſſerit. ita
tamen vt operas eiꝰ ⁊ impenſas in medicos re
ſtituat. Qui percuſſerit ſeruū ſuū vel ancillam
virga. ⁊ mortui fuerint in manibꝰ eiꝰ: criminis
reꝰ erit. Si aūt vno die vel duobꝰ ſuperuixerit
nō ſubiacebit pene: qꝛ pecunia illius eſt. Si ri/
xati fuerint viri ⁊ percuſſerit qs mulierē p̄gnā
tē ⁊ abortiuū quidē fecerit: ſed ipſa vixerit ſub/
iacebit dāno quantū maritꝰ mulieris expetierit
⁊ arbitri iudicauerint. Si autem mors eiꝰ fue/
rit ſubſecuta: reddet animā ꝓ anima. oculū ꝓ
oculo. dentem ꝓ dente. manum ꝓ manu. pedē
ꝓ pede. aduſtionē ꝓ aduſtione. vulnꝰ ꝓ vul/
nere. liuorē ꝓ liuore. Si percuſſerit quiſpiam
oculū ſerui ſui aut ancille ⁊ luſcos eos fecerit: di
mittet eos liberos ꝓ oculo quem eruit. Dentē
quoqꝫ ſi excuſſerit ſeruo vel ancille ſue: ſimilr̄
dimittet eos liberos. Si bos cornu percuſſerit
virū aut mulierē ⁊ mortui fuerint. lapidibꝰ ob
rueť ⁊ nō comedenť carnes eiꝰ. dn̄s quoqꝫ bo
uis innocēs erit. Qđ ſi bos cornupeta fuerit ab
heri ⁊ nudiuſtertius: ⁊ conteſtati ſūt dominū
eius: nec recluſerit eum. occideritqꝫ virū aut
mulierem. ⁊ bos lapidibus obrueť. ⁊ dn̄m eiꝰ
occident. Qđ ſi preciū fuerit ei impoſitū. dabit
ꝓ aīa ſua qcqd fuerit poſtulatus. Filiū quoqꝫ

⁊ filiā ſi cornu ꝑcuſſerit: ſil'i ſnie ſubiacebit. Si
ſeruū ancillāq; iuaſerit: triginta ſiclos argenti
dn̄o dabit: bos ꝟo lapidibus opprimet. Si q̄s
apuerit ciſternā ⁊ foderit ⁊ nō opuerit eā; ceci
deritq; bos aut aſinus in eā: reddet dn̄s ciſter
ne preciū iumētoꝝ. qđ autē mortuū eſt: ipſi⁹
erit. Si bos alienus bouem alterius vulnera/
uerit ⁊ ille mortuus fuerit: vendent bouem vi/
uū ⁊ diuidēt ꝑciū: cadauer autē mortui inter ſe
diſpartient. Si autē ſciebat q̄ bos cornupeta eſ
ſet ab heri ⁊ nudiuſtertius. ⁊ non cuſtodiuit eū
dominus ſu⁹. reddet bouem pro boue. ⁊ cada/
uer integrum accipiet. XXII.

Si q̄s furatus fuerit bouem aut ouem.
⁊ occiderit vel vēdiderit. quinq; boues
ꝓ vno boue reſtituet. ⁊ quattuor oues.
ꝓ vna oue. Si effringens fur domū ſiue ſuffo
diēs fuerit inuent⁹. ⁊ accepto vulnere mortu⁹
fuerit: ꝑcuſſor non erit reus ſanguinis. Quod
ſi orto ſole hoc fecerit. homicidiū ꝑpetrauit
⁊ ipſe moriat̄. Si non habuerit qđ ꝓ furto red
dat. ipſe venūdabit̄. Si inuentū fuerit apud eū
quod furatus eſt viuens ſiue bos ſiue aſin⁹ ſi/
ue ouis. duplū reſtituet. Si leſerit q̄ſpiam agrū
vel vineam. ⁊ dimiſerit iumentū ſuum vt depa
ſcat̄ aliena: q̄cq̄d optimū habuerit in agro ſuo
vel in vinea pro dāni eſtimatione reſtituet. Si
egreſſus ignis inuenerit ſpicas ⁊ comprehen/
derit aceruos frugū ſiue ſtantes ſegetes i agris
reddet dānū q̄ ignem ſuccenderit. Si q̄s cōmē
dauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam
⁊ ab eo q̄ ſuſceperat furto ablata fuerint: ſi inue
nit̄ fur. duplū reddet. Si latet fur: domin⁹ do/
mus applicabit̄ ad deos: ⁊ iurabit q̄ non extē/
derit manū in rem proximi ſui ad ꝑpetrandā
fraudem tam in boue q̄ꝫ in aſino ⁊ oue ac veſti
mento. ⁊ q̄cq̄d damnū inferre poteſt. Ad deos
vtriuſq; cauſa perueniet. ⁊ ſi illi iudicauerit. du
plū reſtituet proximo ſuo. Si q̄s cōmendaue/
rit proximo ſuo bouem. aſinū. ouē. ⁊ oē iumē
tū ad cuſtodiā. ⁊ mortuū fuerit. aut debilitatum
vel captū ab hoſtib⁹. nulluſq; hoc viderit iuſ/
iurandū erit in medio q̄ non extenderit manū
ad rem proximi ſui: ſuſcipietq; dn̄s iuramentū
⁊ ille reddere non coget̄. Qđ ſi furto ablatum
fuerit reſtituet dānū domino. Si comeſtū a be
ſtia. deferat ad eū qđ occiſū eſt. ⁊ non reſtituet.
Qui a ꝓximo ſuo q̄cq; hoꝝ mutuo poſtulaue/
rit: ⁊ debilitatū aut mortuū fuerit dn̄o non pſen
te: reddere ꝯpellet̄. Qđ ſi impn̄tiarū dn̄s fuerit
nō reſtituet maxime ſi ꝯductū venerat ꝓ merce/
de opis ſui. Si ſeduxerit q̄s ꝟginē necdū de/
ſponſatā. dormieritq; cū ea. dotabit eā: ⁊ habe
bit eam vxorem. Si pater virginis dare nolu
erit: reddet pecuniam iuxta modū dotis quam
virgines accipere cōſueuerūt. Maleficos nō
patieris viuere. Qui coierit cū iumento morte
moriat̄. Qui immolat dijs occidetur: p̄ter do
mino ſoli. Aduenam nō cōtriſtabis: neq; affli
ges eū. Aduene enī ⁊ ipſi fuiſtis in terra egy/
pti. Vidue ⁊ pupillo nō nocebitis. Si leſeritis
eos. vociferabunt̄ ad me. ⁊ ego audiam clamo
rē eoꝝ ⁊ idignabit̄ furor me⁹: percutiāq; vos
gladio ⁊ erūt vxores veſtre vidue: ⁊ filij veſtri
pupilli. Si pecuniam mutuam dederis popu/
lo meo pauperi q̄ habitat tecū. nō vrgebis eum
quaſi exactor: nec vſuris opprimes. Si pign⁹
a ꝓximo tuo acceperis veſtimētū: ante ſolis oc
caſū reddes ei. Ipm̄ enī ē ſolū quo opit̄ indu/
mētū carnis ei⁹: nec habet aliud in quo dormi
at. Si clamauerit ad me exaudiā eū: q: miſeri/
cors ſū. Dijs nō detrahes. ⁊ ꝓ̄ncipi populi tui
nō maledices. Decimas ⁊ primitias tuas non
tardabis offerre. Primogenitū filioꝝ tuorum
dabis mihi. De bobus q̄ꝫ ⁊ omib⁹ ſimiliter fa/
cies. Septem dieb⁹ ſit cū matre ſua: die octaua
reddes eū mihi. Viri ſancti eritis mihi. Carnē
q̄ a beſtijs fuerit pregustata. nō comedetis: ſed
ꝓijcietis canib⁹. XXIII

Non ſuſcipies vocem mendacij: nec iū
ges manū tuā vt ꝓ impio dicas falſū
teſtimoniū. Non ſequeris turbam ad
faciendū malū: nec in iudicio plurimoꝝ acqui/
eſces ſententie. vt a vero deuies. Pauperis q̄ꝫ
non miſereberis in iudicio. Si occurreris bo
ui inimici tui. aut aſino errāti: reduc ad eū. Si
videris aſinū odientis te iacere ſub onere. non
pertrāſibis ſed ſubleuabis cū eo. Nō declina/
bis in iudiciū pauꝑis. Mendaciū fugies. In
ſontē ⁊ iuſtū nō occides: q: aduerſator impiū.
Nec accipies munera: que etiam excecant pru/
dentes. ⁊ ſubuertūt verba iuſtoꝝ. Peregrino
moleſtus non eris. Scitis enim aduenarū ani
mas: q: ⁊ ipſi peregrini fuiſtis in terra egypti.
Sex annis ſeminabis terram tuam ⁊ congre/
gabis fruges ei⁹. Anno autē ſeptimo dimittes
eam ⁊ requieſcere facies: vt comedāt pauperes
populi tui. ⁊ quicquid reliquū fuerit. edant be/
ſtie agri. Ita facies in vinea ⁊ in oliueto tuo.
Sex diebus operaberis. ſeptimo die ceſſabis
vt requieſcat bos ⁊ aſinus tuus. ⁊ refrigeretur
filius ancille tue ⁊ aduena. Omnia que dixi vo
bis cuſtodite. ⁊ per nomen externoꝝ deoꝝ nō
iurabitis: neq; audietur ex ore veſtro. Tribus

vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebratis. Solēnitatem quoqꝫ azimorum cuſtodies. Septem diebus comedetis azima ſicut p̄cepi tibi tēpore menſis nouorum: quando egreſſus es de egypto. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Et ſolēnitatem menſis p̄miciorum operis tui. queciīqꝫ ſeminaueris i agro ſolēnitatem quoqꝫ in exitu anni quando ↄgregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter i anno apparebit omne maſculinum tuū coram domino deo tuo. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem victime tue: nec remanebit adeps ſolēnitatis mee vſqꝫ mane. Primitias frugū terre tue deferes in domū domini dei tui. Nō coques hedū in lacte matris ſue. Ecce ego mittam angelum meū qui precedat te ⁊ cuſtodiat i via: ⁊ introducat in locū quem preparaui. Obſerua eum ⁊ audi vocem eius. nec contēnēdum putes: quia non dimittet cum peccaueris. ⁊ eſt nomen meū in illo. Qđ ſi audieris vocem eius ⁊ feceris omnia que loquor. inimicus ero inimicis tuis. ⁊ affligam affligentes te. Precedetqꝫ te angelus meus. ⁊ introducet te ad amorreū ⁊ etheū ⁊ pherezeum. chananeūqꝫ ⁊ eueum ⁊ iebuſeū: quos ego conteram. Non adorabis deos eorum: nec coles eos. Non facies opera eorū ſed deſtrues eos. ⁊ confringes ſtatuas eorū. Seruietiſqꝫ domino deo veſtro: vt benedicam panibus tuis ⁊ aquis. ⁊ auferā infirmitatē đ medio tui. Non erit infecūda nec ſterilis in terra tua. Numerum dierū tuorum implebo. Terrorem meū mittā in precurſū tuū. ⁊ occidā omnē populū ad quē ingredieris. Cūctorūqꝫ inimicorū tuorum coram te terga vertam: emittens ſcabrones prius qui fugabūt eueū ⁊ chananeum ⁊ etheū antequā introeas. Nō eijciā eos a facie tua anno vno ne terra in ſolitudinem redigatur ⁊ creſcant contra te beſtie. Paulatim expellam eos de conſpectu tuo: donec augearis ⁊ poſſideas terram. Ponam autem terminos tuos a mari rubro vſqꝫ ad mare paleſtinorum. ⁊ a deſerto vſqꝫ ad fluuium. Tradam in manibus veſtris habitatores terre. ⁊ eijciā eos de ↄſpectu veſtro. Nō inibis cū eis fedus. nec cū dijs eorū. Nō habitēt in terra tua: ne forte peccare te faciant in me ſi ſeruieris dijs eorum. qđ tibi certe erit in ſcandalū.

XXIIII

Moyſi quoqꝫ dixit. Aſcēde ad dnm̄. tu ⁊ aaron. nadab ⁊ abiu. ⁊ ſeptuaginta ſenes ex iſrael. ⁊ adorabitis ꝑcul. Soluſqꝫ moyſes aſcendet ad dnm̄: ⁊ illi non appropinquabūt: nec populus aſcēdet cū eo. Venit ergo moyſes: ⁊ narrauit plebi omnia verba dn̄i atqꝫ iudicia. Reſpōditqꝫ oīs ppl's vna voce. Omnia verba dn̄i q̄ locutus ē. faciemus. Scripſit aūt moyſes vniuerſos ſermones dn̄i. ⁊ mane cōſurgēs edificauit altare dn̄o ad radices mōtis ⁊ duodecī titulos p duodecim tribus iſrl'. Miſitqꝫ iuuenes de filijs iſrael. ⁊ obtulerūt holocauſta. immolaueruntqꝫ victimas pacificas domino vitulos duodecim. Tulit itaqꝫ moyſes dimidiam partem ſanguinis ⁊ miſit in crateras. partē aūt reſiduā fudit ſuper altare. Aſſumenſqꝫ volumen federis. legit audiente populo. Qui dixerūt. Omnia q̄ locutus ē dn̄s faciemus. ⁊ erimus obedientes. Ille vero ſūptū ſanguinē reſperſit in populū. Et ait. Hic ē ſanguis federis qđ pepigit dn̄s vobiſcū: ſuper cunctis ſermonibus his. Aſcenderūtqꝫ moyſes ⁊ aaron nadab ⁊ abiu ⁊ ſeptuaginta de ſenioribus iſrael. ⁊ viderūt deū iſrl'. Sub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphyrini. ⁊ quaſi celū cū ſerenū ē. Nec ſup eos q̄ ꝑcul receſſerant de filijs iſrael. miſit manū ſuam. Viderūtqꝫ deū. ⁊ comederūt ac biberunt. Dixit aūt dn̄s ad moyſen. Aſcende ad me in montem ⁊ eſto ibi: daboqꝫ tibi tabulas lapideas et legem ac mandata que ſcripſi: vt doceas filios iſrael. Surrexerūt moyſes ⁊ ioſue miniſter eius aſcendenſqꝫ moyſes in montem dei ſenioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis aaron ⁊ hur vobiſcū: ſi quid natū fuerit queſtionis. ⁊ referetis ad eos. Cūqꝫ aſcendiſſet moyſes. operuit nubes montem ⁊ habitauit gloria dn̄i ſup ſynai tegens illum nube ſex diebus. Septimo aūt die vocauit eū dn̄s de medio caliginis. Erat autē ſpēs glorie dn̄i quaſi ignis ardēs ſup verticē montis. in ↄſpectu filiorum iſrael. Ingreſſuſqꝫ moyſes mediū nebule. aſcēdit in mōtē. ⁊ fuit ibi quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus.

XXV

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens. Loquere filijs iſrael vt tollāt mihi primitias. Ab oī hoīe q̄ offert vltroneus accipietis eas. Hec ſūt aūt que accipe debetis. Aurū ⁊ argētū ⁊ es ⁊ hyacinthū ⁊ purpuram coccūqꝫ bis tinctū et byſſū et pilos caprarum et pelles arietum rubricatas pelleſqꝫ hyacinthinas et ligna ſethim: oleū ad luminaria ↄcinnāda. aromata in vnguentū et thymiamata boni odoris: lapides onychinos et gemmas ad ornandū ephot et rationale. Facientqꝫ mihi ſcūariū et habitabo ī medio eorum. iuxta oēm ſimilitudinē tabernaculi qđ oſtēdā tibi. et omnium vaſorum in cultū eius. Sicqꝫ facietis illud. Archā de lignis

ſethim cōpingite: cuius longitudo hēat duos
⁊ ſemis cubitos. latitudo cubitum ⁊ dimidium
altitudo cubitū ſilr̄ ac ſemiſſem. ⁊ deaura/
bis eā auro mundiſſimo intus ⁊ foris. Faci/
eſq; ſupra. coronā aureā ꝑ circuitū. ⁊ quattuor
circulos aureos q̄s pones per quattuor arche
angulos. Duo circuli ſunt in latere vno ⁊ duō
in altero. Facies q̄z vectes de lignis ſethim. ⁊
opies eos auro. Induceſq; ꝑ circulos qui ſūt
in arche lateribus. ut portet̄ i eis. Qui ſp erūt
i circulis: nec vnq̄; extrahent̄ ab eis. Ponesq̄
q; in archa teſtificationē quam dabo tibi. Fa/
cies ⁊ ꝓpitiatoriū de auro mūdiſſimo. Duos
cubitos ⁊ dimidium tenebit longitudo eius: ⁊
cubitum ac ſemiſſem latitudo. Duos q̄z cheru
bin aureos ⁊ productiles facies ex vtraq; par/
te oraculi. Cherub vnus ſit in latere vno. ⁊
alt in altero. Vtrūq; latus propitiatorij tegant
expandentes alas ⁊ operientes oraculū: reſpi
ciantq; ſe mutuo verſis vultibus i ꝓpitiatoriū.
q̄ opienda ē archa: in q̄ pones teſtimonium qđ
dabo tibi. Inde p̄cipiā ⁊ loquar ad te: ſupra ꝓ/
pitiatoriū. s. ac de medio duoꝝ cherubin q̄ erūt
ſuper archā teſtimonij. cuncta que mandabo ꝑ
te filijs iſrael. Facies ⁊ mēſaz de lignis ſethim
habentē duos cubitos longitudinis: ⁊ in latitu
dine cubitū. ⁊ in altitudine cubitū ac ſemiſſem:
⁊ inaurabis eaz auro puriſſimo. Facieſq; illi
labium aureū per circuitū: ⁊ ipſi labio coronaz
interraſilem altam quattuor digitis: ⁊ ſuper il/
lam alterā coronam aureolā. Quattuor q̄z cir/
culos aureos preparabis. ⁊ pones eos in quat
tuor angulis eiuſdē mēſe per ſingulos pedes.
Subter coronā erūt circuli aurei: vt mittantur
vectes per eos: ⁊ poſſit menſa portari. Ipſos
quoq; vectes facies de lignis ſethim ⁊ circūda
bis auro ad ſubuehendam menſam. Parabis
⁊ acetabula ac phialas. thuribula ⁊ cyathos in
quib9 offerenda ſunt libamina ex auro puriſſi/
mo. ⁊ pones ſupra menſam panes propoſitio/
nis in cōſpectu meo ſemp. Facies ⁊ cādelabrū
ductile de auro mūdiſſimo: haſtile eius ⁊ cala/
mos cyphos ⁊ ſperulas ac lilia ex ipſo ꝓcedētia
Sex calami egredient̄ de laterib9. tres ex vno
latere: ⁊ tres ex altero. Tres cyphi quaſi in nu
cis modū per calamos ſingulos. ſperuleq; ſi/
mul ⁊ lilia ⁊ tres ſimiliter cyphi inſtar nucis in
calamo altero. ſperuleq; ſimul ⁊ lilia. Hoc erit
opus ſex calamorum: que producendi ſūt de ha
ſtili. In ipſo aūt candelabro erunt quattuor cy
phi in nucis modum: ſperuleq; per ſingulos ⁊
lilia. Sperule ſub duobus calamis per tria lo/
ca. qui ſimul ſex fiunt ꝓcedentes de haſtili vno
⁊ ſperule igitur ⁊ calami ex ipſo: erunt vniuer
ſa ductilia ex auro puriſſimo. Facies ⁊ lucer/
nas ſeptem: pones eas ſuper candelabrum vt
luceant ex aduerſo. Emunctoria quoq; ⁊ vbi ea
que emuncta ſunt extinguantur. fiant de auro
puriſſimo. Omne pondus candelabri cū vni/
uerſis vaſis ſuis habebit talentū auri puriſſimi
Inſpice ⁊ fac ſcḋm exemplar qđ tibi in mōte mō
ſtratum eſt. XXVI

Tabernaculū vero ita facies. Decem cor/
tinas de byſſo retorta ⁊ hyacintho ac
purpura coccoq; bis tincto variatas o/
pere plumario facies. Longitudo cortine vni
us habebit vigintiocto cubitos: latitudo quattu
or cubitorum erit. Vnius menſure fient vni/
uerſa tentoria. Quinq; cortine ſibi iungentur
mutuo. ⁊ alie quinq; nexu ſimili coherebunt.
Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſūmita/
tibus facies cortinarum. vt poſſint inuicem co
pulari. Quinquagenas anſulas cortina habe/
bit in vtraq; parte ita inſertas: vt anſa cōtra an
ſam veniat: ⁊ altera alteri poſſit aptari. Facies
⁊ quinquaginta circulos aureos qb9 cortinarū
vela iungenda ſunt. vt vnū tabernaculuz fiat.
Facies ⁊ ſaga cilicina vndecim. ad operiendū
tectum tabernaculi. Longitudo ſagi vni9 habe
bit triginta cubitos. ⁊ latitudo quattuor. Equa
erit menſura ſagorū omniū. E quibus quinq;
iunges ſeorſum. ⁊ ſex ſibi mutuo copulabis. ita
vt ſextum ſagū in fronte tecti. duplices. Faci/
es ⁊ quinquaginta anſas in ora ſagi vni9 vt cō
iungi cū altero queant. ⁊ quinquaginta anſas i
ora ſagi alterius. vt cum altero copuletur. Fa/
cies ⁊ quinquaginta fibulas eneas quibus iun
gantur anſe: vt vnū ex omnib9 operimētū fiat.
Qđ aūt ſuperfuerit in ſagis que parant̄ tecto.
i. vnū ſagū qđ amplius eſt: ex medietate ei9 ope
ries tabernaculi poſteriora. ⁊ cubitus ex vna ꝑ
te pendebit. ⁊ alter ex altero qui plus ē in ſago/
rū longitudine. vtrūq; lat9 tabernaculi ꝓtegēs
Facies ⁊ operimentū aliud tecto de pellib9 arie
tum rubricatis. ⁊ ſuper hoc rurſum aliud ope/
rimentū de hyacinthinis pellibus. Facies ⁊ ta
bulas ſtantes tabernaculi de lignis ſethim: que
ſingule denos cubitos in longitudine habeāt.
⁊ in latitudine ſingulos ac ſemiſſem. In lateri
bus tabule due incaſtrature fient quibus tabu/
la alteri tabule cōnectat̄. Atq; in hūc modū cū/
cte tabule parabuntur. Quarū viginti erunt in
latere meridiano qđ vergit ad auſtrū: quibus
quadraginta baſes argenteas fundes: vt hinc

baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubij
ciant. In latere quoq; ſecundo tabernaculi qḋ
vergit ad aquilonē. viginti tabule erūt: quadra
ginta hn̄tes baſes argenteas. bine baſes ſingu
lis tabulis ſupponent. Ad occidentalē ꝟo pla
gā tabernaculi facies ſex tabulas: ⁊ rurſuȝ ali/
as duas que in angulis erigantur poſt tergum
tabernaculi. Erūtq; ſibi ꝯiuncte a deorſū vſq;
ad ſurſū. ⁊ vna oēs compago retinebit. Dua/
bus q̄ȝ tabulis que ī angulis ponende ſunt: ſi/
milis iūctura ſeruabit. Et erūt ſimul tabule oc
to: baſes eaꝝ argentee ſexdecim. duabꝰ baſibꝰ
ꝑ vnā tabulā ſupputatis. Facies ⁊ vectes de li
gnis ſethim quinq; ad ꝯtinēdas tabulas ī vno
latere tabernaculi. ⁊ quīq; alios ī altero. ⁊ eiuſ
dem numeri ad occidentalē plagā. qui mittent
per medias tabulas: a ſūmo vſq; ad ſummuȝ.
Ipſas quoq; tabulas deaurabis. ⁊ fūdes ī eis
annulos aureos ꝑ quos vectes tabulata ꝯtine
ant. quos opies laminis aureis. Et eriges ta/
bernaculū iuxta exemplar qḋ tibi in mōte mon
ſtratū eſt. Facies ⁊ velū de hyacintho ⁊ purpu
ra. coccoq; bis tincto ⁊ byſſo retorta. ope pluma
rio. ⁊ pulchra varietate ꝯtextū: qḋ appēdes an̄
q̄ttuor colūnas de lignis ſethim: que ipſe qdem
deaurate erūt. ⁊ habebunt capita aurea. ⁊ baſeſ
argenteas. Inſeret autē velū per circulos: in/
tra qḋ pones archā teſtimonij: quo ⁊ ſanctuarī
um ⁊ ſanctuarij ſanctuaria diuident. Pones
⁊ propitiatoriū ſuper archaȝ teſtimonij ī ſancta
ſanctoꝝ: mēſamq; extra velum ⁊ contra mēſaȝ
candelabrum in latere tabernaculi meridiano.
Menſa. n. ſtabit in parte aquilonis. Facies ⁊
tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho
⁊ purpura coccoq; bis tincto ⁊ byſſo retorta o/
pere plumario. ⁊ quinq; colūnas deaurabis li
gnoꝝ ſethim. ante quas ducetur tentoriū. q̄ruȝ
erunt capita aurea ⁊ baſes enee. XXVII

Facies ⁊ altare de lignis ſethim: qḋ hē
bit quinq; cubitos in lōgitudine. ⁊ to
tidē in latitudine. i. quadrū. ⁊ tres cubi
tos in altitudine. Cornua aūt per quattuor an/
gulos ex ipſo erunt. ⁊ operies illud ere. Facieſ
q; in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres
⁊ forcipes atq; fuſcinulas. ⁊ ignium receptacu/
la. Omnia vaſa ex ere fabricabis. Craticulāq;
in modum rethis eneaȝ: per cuius quattuor an
gulos erunt quattuor annuli enei quos pones
ſubter arulam altaris. Eritq; craticula vſq; ad
altaris medium. Facies ⁊ vectes altaris de li/
gnis ſethim duos. quos operies laminis eneiſ
⁊ induces per circulum. eruntq; ex vtroq; late
re altaris ad portandū. Non ſolidum ſed ina/
ne ⁊ cauum intrinſecus facies illud: ſicut tibi ī
monte monſtratum eſt. Facies ⁊ atrium taber/
naculi: in cuius auſtrali plaga contra meridieȝ
erunt tentoria de byſſo retorta. Centū cubitos
vnum latus tenebit in longitudine. ⁊ colūnas
viginti cum baſibus totidem eneis: que capita
cum celaturis ſuis habebunt argentea. Simi/
liter ⁊ in latere aquilonis per longum erunt tē
toria centum cubitorum colūne viginti. ⁊ baſeſ
enei eiuſdem numeri: ⁊ capita earum cum cela
turis ſuis argentea. In latitudine ꝟo atrij qḋ
reſpicit ad occidentem erunt tentoria per quin
quaginta cubitos. ⁊ colūne decem. baſeſq; toti/
dem. In ea quoq; atrij latitudine que reſpicit
ad orientem quinquaginta cubiti erunt. in qui
bus quindecim cubitorum tētoria lateri vno de
putabuntur. colūneq; tres ⁊ baſes totidem. ⁊ ī
latere altero erunt tentoria cubitos obti/
nentia quindecim. colūne tres. ⁊ baſes totideȝ
In introitu ꝟo atrij fiet tentorium cubitorū vi
ginti ex hyacintho ⁊ purpura. coccoq; bis tin/
cto ⁊ byſſo retorta. opere plumario. Colūnas
habebit quattuor cum baſibus totideȝ. Oēs co
lūne atrij per circuitum veſtite erunt argenteis
laminis: capitibus argenteis ⁊ baſibus eneis.
In longitudine occupabit atrium cubitos cen
tum: in latitudine quinquaginta: altitudo quin
q; cubitorum erit. Fietq; de byſſo retorta: ⁊ ha
bebit baſes eneas. Cuncta vaſa tabernaculi in
omnes vſus ⁊ cerimonias tam paxillos eiꝰ q̄ȝ
atrij. ex ere facies. Precipe filijs iſrael vt affe
rant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſi
mum. piloq; contuſum vt ardeat lucerna ſem/
per in tabernaculo teſtimonij extra velum qḋ
oppanſum eſt teſtimonio. ⁊ collocabunt eā aa/
ron ⁊ filij eius. ⁊ vſq; mane luceat corā domi/
no. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eo
rū corā filijs iſrael. XXVIII

Applica quoq; ad te aaron fratrem tuū
cum filijs ſuis de medio filioꝝ iſrael
vt ſacerdotio fungantur mihi. aaron.
nadab ⁊ abiu. eleazar ⁊ ithamar: facieſq; veſtē
ſanctam aaron fratri tuo in gloriam ⁊ decoreȝ.
Et loqueris cunctis ſapientibus corde quos re
pleui ſpiritu prudentie: vt faciant veſtes aaron
in quibꝰ ſanctificatus miniſtret mihi. Hec aūt
erunt veſtimenta que facient. Rationale ⁊ ſu/
perhumerale tunicam ⁊ lineaȝ ſtrictam. cydarim
⁊ baltheum. Facient fratri tuo aarō ⁊ filijs eiꝰ
veſtimenta ſancta: vt ſacerdotio fungantur mi
hi. Accipientq; auruȝ ⁊ hyacinthum ⁊ purpu

rum.coccīqꝫ bis tinctum ⁊ byſſum. Facient au
tem ſuperhumerale de auro ⁊ hyacintho ⁊ pur
pura.coccoqꝫ bis tincto ⁊ byſſo retorta. opere
polymito. Duas oras iunctas habebit in vtro
qꝫ latere ſūmitatū: vt in vnum redeant. Ipſa q̄
qꝫ textura ⁊ cuncta operis varietas erit ex au/
ro ⁊ hyacintho ⁊ purpura.coccoqꝫ bis tincto ⁊
byſſo retorta. Sumesqꝫ duos lapides onychi/
nos.⁊ ſculpes in eis nomina filiorū iſrael: ſex
nomina in lapide vno.⁊ ſex reliqua i altero iux
ta ordinem natiuitatis eorum. Opere ſculpto
ris ⁊ celatura gēmarij ſculpes eos nominibus
filiorum iſrael. incluſos auro atqꝫ circūdatos:
⁊ pones in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis. me/
moriale filijs iſrael. Portabitqꝫ aaron nomīa
eorū corā dño ſuper vtrunqꝫ humerum: ob
recordationem. Facies ⁊ vncinos ex auro: ⁊
duas cathenulas auri puriſſimi ſibi inuicē co
herentes: quas inſeres vncinis. Rationale q̄qꝫ
iudicij facies opere polymito iuxta texturā ſu/
perhumeralis: ex auro hyacītho ⁊ purpura.coc
coqꝫ bis tincto ⁊ byſſo retorta. Quadrangulū
erit ⁊ duplex. Menſuram palmi habebit. tam
in longitudine q̄ꝫ in latitudine. ponesqꝫ in eo
quattuor ordines lapidū. In primo verſu erit
lapis ſardius ⁊ thopacius ⁊ ſmaragdus. In ſe
cundo carbunculus ⁊ ſaphyrus ⁊ iaſpis. In
tertio ligurius achates ⁊ amethiſtus. In quar
to chryſolitꝰ onychinus ⁊ berillus. Incluſi au
ro erunt per ordines ſuos. habebūtqꝫ nomina
filiorum iſrael. Duodecim nominibꝰ celabunt
ſinguli lapides nominibus ſingulorū per duo
decim tribus. Facies in rationali cathenas ſi/
bi inuicem coherentes ex auro puriſſimo: ⁊ du
os annulos aureos quos pones in vtraqꝫ ra/
tionalis ſummitate cathenasqꝫ aureas iunges
annulis qui ſunt in marginibus eius: ⁊ ipſarū
cathenarum extrema duobus copulabis vnci
nis in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis qd̓ ratio/
nale reſpicit. Facies ⁊ duos ānulos aureos q̊s
pones i ſummitatibus rationalis. ⁊ in oris que
e regione ſunt ſuperhumeralis ⁊ poſteriora eiꝰ
aſpiciunt. necnon ⁊ alios duos annulos aure
os qui ponendi ſunt in vtroqꝫ latere ſuperhu/
meralis deorſum: qd̓ reſpicit contra faciē iūctu
re inferioris vt aptari poſſit cum ſuperhume/
rali. ⁊ ſtringatur rationale annulis ſuis cū an/
nulis ſuperhumeralis. vita hyacinthina vt ma/
neat iunctura fabrefacta. ⁊ a ſe inuicem rationa
le ⁊ ſuperhumerale nequeant ſeparari. Por/
tabitqꝫ aaron nomina filiorum iſrael in rationa
li iudicij ſuper pectus ſuum quando ingredie
ſanctuarium: memoriale corā domino i eternū
Pones autē in rationali iudicij doctrinā ⁊ ve
ritatē que erunt in pectore aaron quādo ingre/
dietur corā domino. ⁊ geſtabit iudiciū filiorū
iſrael in pectore ſuo. in conſpectu dñi ſemper.
Facies ⁊ tunicam ſuperhumeralis totam hya/
cinthinam in cuius medio ſupra erit capitium
⁊ ora per gyrū eius textilis: ſicut fieri ſolet i ex
tremis partiū veſtibus ne facile rumpant. De
orſum vero ad pedes eiuſdem tunice per circui/
tum quaſi mala punica facies ex hyacītho ⁊ pur
pura ⁊ cocco bis tincto: ⁊ byſſo retorta. mixtis i
medio tintinabulis. ita vt tintinabulū ſit aureū
⁊ malū punicū: rurſūqꝫ tintinnabulū aliud au
reum ⁊ malū punicum. Et veſtietur ea aaron
in officio miniſterij vt audiatur ſonitus quādo
ingreditur ⁊ egreditur ſanctuarium in conſpe
ctu domini. ⁊ non moriatur. Facies ⁊ laminā
de auro puriſſimo in qua ſculpes opere celato/
ris ſanctū domino. Ligabisqꝫ eam vitta hya/
cinthina. ⁊ erit ſuper thyaram imminens fronti
pontificis. Portabitqꝫ aaron iniquitates eorū
que obtulerunt ⁊ ſanctificauerunt filij iſrael. in
cunctis muneribus ⁊ donarijs ſuis. Erit autē
lamina ſemper in fronte eius vt placatus ſit ei
dominus. Stringesqꝫ tunicam byſſo ⁊ thyarā
byſſinam facies ⁊ baltheum opere plumarij.
Porro filijs aaron tunicas lineas parabis ⁊
baltheos ac thyaras in gloriam ⁊ decorem: ve
ſtiesqꝫ his omnibus aaron fratrem tuum ⁊ fili
os eius cum eo. ⁊ cunctorum conſecrabis ma/
nus: ſanctificabisqꝫ illos vt ſacerdotio fungan
tur mihi. Facies ⁊ feminalia linea vt operiant
carnem turpitudinis ſue. a renibus vſqꝫ ad fe/
mora. ⁊ vtentur eis aaron ⁊ filij eius. quando
ingredientur tabernaculum teſtimonij: vel qn̄
appropinquant ad altare vt miniſtrent in ſan/
ctuario: ne iniquitatis rei moriantur. Legiti/
mum ſempiternum erit aaron ⁊ ſemini eiꝰ poſt
eum.

XXIX

S Ed ⁊ hoc facies vt mihi i ſacerdotio ꝯ
ſecrent. Tolle vitulū de armēto ⁊ arie
tes duos īmaculatos: panesqꝫ azimos
⁊ cruſtulam abſqꝫ fermento que conſperſa ſint
oleo. lagana quoqꝫ azima. oleo lita. De ſimila
triticea cuncta facies. ⁊ poſita in caniſtro offe/
res: vitulū aūt ⁊ duos arietes ⁊ aaron ac filios
eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimo
nij. Cūqꝫ laueris patrē cum filijs ſuis aqua in
dues aaron veſtimentis ſuis. i. linea ⁊ tunica.
⁊ ſuperhumerali ⁊ rationali qd̓ cōſtringes pal
theo. ⁊ pones thyaram in capite eiꝰ ⁊ laminā

ſanctam ſuper thyaram. ⁊ oleū vnctionis fun/
des ſuper caput eius. atqꝫ hoc ritu conſecrabit᷑
Filios qꝫ illius applicabis ⁊ indues tunicis li/
neis. cingeſqꝫ baltheo aaron. ſ. ⁊ liberos eius.
⁊ impones eis mitras. eruntqꝫ ſacerdotes mihi
religione perpetua. Poſtqꝫ initiaueris man⁹
eoꝝ. applicabis ⁊ vitulū corā tabernaculo teſti
monij. Imponētqꝫ aaron ⁊ filij eius manus
ſuper caput illius. ⁊ mactabis eū i cōſpectu dn̄i
iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij: ſumptūqꝫ
de ſanguine vituli. pones ſuper corona altaris
digito tuo: reliquū aūt ſanguinem fundens iux
ta baſim eius. Sumes ⁊ adipem totū qui ope/
rit inteſtina ⁊ reticulū iecoris ac duos renes ⁊
adipem qui ſuper eos ē ⁊ offeres incenſuꝫ ſu
per altare. carnes ꝟo vituli ⁊ coriū ⁊ fimū com
bures foris extra caſtra: eo qꝫ pro peccato ſit.
Vnū quoqꝫ arietē ſumes ſuper cui⁹ caput po/
nent aaron ⁊ filij eius manus. quem cū macta
ueris. tolles de ſanguine eius ⁊ fundes circa al
tare: ipſū aūt arietem ſecabis in fruſtra: lotaqꝫ
inteſtina eius ⁊ pedes pones ſuper cōciſas car
nes ⁊ ſuper caput illius. ⁊ offeres totū arieteꝫ i
incenſū ſuper altare. Oblatio eſt dn̄o odor ſua
uiſſimus victime dn̄i. Tolles quoqꝫ arieteꝫ al
terū ſuper cuius caput aaron ⁊ filij eius ponēt
manus. Quem cū immolaueris. ſumes de ſan/
guine eiuſ ⁊ pones ſuper extremū auricule dex
tre aaron ⁊ filiorum eius. ⁊ ſuper pollices ma/
nus eorum ac pedis dextri. fundeſqꝫ ſanguinē
ſuper altare per circuitū. Cūqꝫ tuleris de ſāgui
ne qui eſt ſuper altare. ⁊ de oleo vnctiōis: aſp/
ges aaron ⁊ veſtes eius filios ⁊ veſtimenta eo
rū. Conſecratiſqꝫ ipſis ⁊ veſtibuſ. tolles adipē
de ariete ⁊ caudā ⁊ aruinā que operit vitalia. ac
reticulū iecoris ⁊ duos renes atqꝫ adipē qui ſu/
per eos eſt. armūqꝫ dextrū eo qꝫ ſit aries conſe
crationis: tortāqꝫ panis vnius cruſtulam con/
ſperſam oleo. laganum de caniſtro azimorum
qḋ poſitū eſt in conſpectu domini. ponеſqꝫ oīa
ſuper manus aaron ⁊ filioꝝ eius ⁊ ſanctifica/
bis eos: eleuās corā dn̄o. Suſcipieſqꝫ vniuer/
ſa de manib⁹ eoꝝ: ⁊ icēdes ſuper altare in holo
cauſtū odorem ſuauiſſimū in ꝯſpectu dn̄i. quia
oblatio eius eſt. Sumeſqꝫ pectuſculū de ariete
quo initiatus eſt aaron: ſanctificabiſqꝫ illud ele
uatū coram dn̄o. ⁊ cedet in partem ſuā. Sāctifi
cabiſqꝫ ⁊ pectuſculū conſecratū ⁊ armū quem
de ariete ſeparaſti quo initiatus eſt aaron ⁊ filij
eius. cedentqꝫ in partem aaron ⁊ filiorum ei⁹
iure perpetuo a filijs iſrael: quia primitiua ſunt
⁊ initia de victimis eorum pacificis que offe/
runt dn̄o. Veſtem aūt ſcām q̄ vtetur aaron. ha
bebūt filij ei⁹ p⁹ eū ut vngantur in ea: ⁊ conſe/
crent᷑ manus eoꝝ. Septē diebus vtet᷑ illa qui
pōtifex ꝓ eo fuerit ꝯſtitutus de filijs eius. ⁊ q
ingredie᷑ tabernaculū teſtimōij vt miniſtret i
ſāctuario. Arietem aūt ꝯſecratiōis tolles. ⁊
coques carnes ei⁹ in loco ſcō: qb⁹ veſcet᷑ aarō
⁊ filij eius. Panes qꝫ q ſunt i caniſtro in veſti
bulo tabernaculi teſtimonij comedent. ut ſit
placabile ſacrificiū. ⁊ ſanctificent᷑ offerentium
manus. Alienigena nō veſcet᷑ ex eis: qa ſancti
ſunt. Qḋ ſi remāſerit de carnib⁹ ꝯſecratis ſiue
de panib⁹ vſqꝫ mane. cōbures reliquias igni.
Non comedent᷑: qa ſcificata ſūt. Oia q̄ prece/
pi tibi facies ſup aaron ⁊ filijs eius. Septem
dieb⁹ ꝯſecrabis manus eoꝝ ⁊ vitulum ꝓ pctō
offeres p ſingulos dies ad expiandū. Mun/
dabiſqꝫ altare cū immolaueris expiationis ho/
ſtia ⁊ vnges illud i ſcificationē. Septem dieb⁹
expiabis altare ⁊ ſanctificabis. ⁊ erit ſcm̄ ſcōꝝ.
Ois qui tetigerit illud. ſcificabit᷑. hoc eſt qḋ fa
cies in altari. Agnos anniculos duos per ſin
gulos dies iugit᷑. vnum agnū mane ⁊ alterum
veſpe decimā pteꝫ ſimile cōſperſe oleo tuſo qḋ
hēat menſurā q̄rtaꝫ ptē hin. ⁊ vinū ad libandū
eiuſdem mēſure i agno vno. Alteꝝ ꝟo agnū
offeres ad veſperaꝫ. iuxta ritum matutine obla/
tionis: iuxta ea q̄ diximus in odorē ſuauitatis
Sacrificium eſt dn̄o deo oblatione ppetua i ge
nerationes veſtras: ad oſtium tabernaculi
teſtimonij coram dn̄o: vbi cōſtituā ut loq̄r ad
te. Ibiqꝫ p̄cipiaꝫ filijs iſrl': ⁊ ſcificabit᷑ altare
in gl'ia mea. Scificabo ⁊ tabernaculū teſtimo/
nij cum altari ⁊ aaron cum filijs ſuis: ut ſacer/
dotio fungant᷑ mihi. Et habitabo in medio fi/
lioꝝ iſrl'. eroqꝫ eis deus. ⁊ ſcient quia ego dn̄s
de⁹ eoꝝ q eduxi eos de tra egypti. ut manerē
inter illos: ego dn̄s deus ipſoꝝ. XXX

Facies qꝫ altare ad adolendū thymia/
ma de lignis ſethim: habens cubitum
lōgitudinis ⁊ alterum latitudinis. i. q̄/
drāgulum. ⁊ duos cubitos in altitudine. Cor
nua ex ipſo ꝓcedent. veſtieſqꝫ illud auro puriſ
ſimo tā craticulaꝫ eius qꝫ parietes per circuitū
⁊ cornua. Facieſqꝫ ei coronam aureolam per
gyrum. ⁊ duos ānulos aureos ſub corona per
ſingula latera: ut mittantur in eos vectes ⁊ alta
re portetur. Ipſos quoqꝫ vectes facies de lignis
ſethim ⁊ inaurabis. Poneſqꝫ altare ꝯ velū quod
ante archaꝫ pendet teſtimonij corā ꝓpitiatorio
q̄ tegit᷑ teſtimonium: vbi loq̄r tibi: ⁊ adolebit
incenſum ſup eo aaron. ſuaue fragrās. Mane

qn̄ cõponet lucernas incendet: illud ⁊ quando
collocat eas ad veſperꝫ vret thymiama ſempit/
num coram dn̄o in generatiões vr̄as. Nõ offe
retis ſup eo thymiama ꝯpoſitõis alteri⁹ nec ob
lationē ⁊ victimam. nec liba libabitis. Et dep̄/
cabitur aaron ſup cornua eius ſemel per annū
in ſanguie qđ oblatuꝫ eſt ꝓ pctō. ⁊ placabit ſup
eo in generatiõibus vr̄is. Scm̄ ſcõꝝ erit dn̄o.
Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen dicens. Qn̄ tule
ris ſummā filioꝝ iſrl̄ iuxta numerꝫ. dabunt ſingu
li p̄ciuꝫ ꝓ aiabus ſuis dn̄o. ⁊ nõ erit plaga in
eis cū fuerit recēſiti. Hoc aūt dabit ois q̄ trāſit
ad nomen: dimidium ſicli iuxta menſurā tēpli.
Siclus viginti obolos habꝫ. Media pars ſicli
offeret dn̄o. Qui habet ī numero a viginti an
nis ⁊ ſupra dabit p̄ciū. Diues nõ addet ad me
dium ſicli. ⁊ pauper nihil minuet. Suſceptāq;
pecuniam que collata eſt a filijs iſrael trades in
vſus tabernaculi teſtimonij. vt ſit monimentū
eoꝝ corā dn̄o. ⁊ ꝓpiciet aiabus eoꝝ. Locutuſ/
q; eſt domin⁹ ad moyſen dicēs. Facies ⁊ labi/
um eneū cū baſi ſua ad lauandū: poneſq; illud
inter tabernaculum teſtimonij ⁊ altare. Et miſ
ſa aqua. lauabunt in eo aaron ⁊ filij ei⁹ manus
ſuas ac pedes: qn̄ ingreſſuri ſunt tabernaculuꝫ
teſtimonij: ⁊ qn̄ acceſſuri ſunt ad altare: vt offe
rant in eo thymiama domino: ne forte moriant̄.
Legitimū ſempiternū erit ipſi ⁊ ſemini ei⁹ per
ſucceſſiões. Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſē dicēs
Sume tibi aromata prime myrrhe ⁊ electe q̄n
gentos ſiclos ⁊ cinamomi medium. i. ducentoſ
q̄nquaginta ſiclos. calami ſimiliter ducētos q̄nqua
ginta ſiclos. caſie aūt q̄ngentos ſiclos in ponde
re ſctuarij. oleum de oliuetis menſurā hin. Fa
cieſq; vnctionis oleū ſcm̄. vnguentū ꝯpoſitum
ope vnguentarij. ⁊ vnges ex eo tabernaculum
teſtimonij ⁊ archam teſtamenti: menſāq; cum
vaſis ſuis. candelabꝛuꝫ ⁊ vtenſilia eius altaria
thymiamatis ⁊ holocauſti: ⁊ vniuerſam ſupel/
lectilem q̄ ad cultum eoꝝ ptinet: ſanctificabiſq;
oia. ⁊ erūt ſcā ſcõꝝ. Qui tetigerit ea ſanctifica/
bit̄. Aaron ⁊ filios eius vnges: ſanctificabiſq;
eos vt ſacerdotio fungant̄ mihi. Filijs quoq;
iſrl̄ dices. Hoc oleū vnctiõis ſcm̄ erit mihi i ge
nerationes vr̄as. Caro hois nõ vnget̄ ex eo. ⁊
iuxta ꝯpoſitiõeꝫ eius nõ facietiſ aliud. q2 ſancti
ficatū eſt. ⁊ ſcm̄ erit vobiſ. Homo q̄cūq; tale cõ
poſuerit: ⁊ dederit ex eo alieno. exterminabitur
de pplō ſuo. Dixitq; domin⁹ ad moyſen. Su/
me tibi aromata ſtacten. ⁊ onycham. galbanen
boni odoris. ⁊ thus lucidiſſimum. equalis põ/
deris erunt omnia. Facieſq; thymiama cõpo/
ſitum opere vnguentarij mixtum diligenter et
purum ⁊ ſanctificatione digniſſimum. Cūq; i
tenuiſſimum puluerē vniuerſa contuderis. po
nes ex eo coram tabernaculo teſtimonij in quo
loco apparebo tibi. Sanctum ſanctoꝝ erit vo/
bis thymiama. Talem cõpoſitionem non faci
etis in vſus veſtros: q2 ſanctuꝫ ē dn̄o. Homo
q̄cūq; fecerit ſimile. vt odore illi⁹ ꝑfruat̄: peri/
bit de populis ſuis. XXXI

Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen dicens.
Ecce vocaui ex nomine beſeleel filiuꝫ
huri filij hur de tribu iuda: ⁊ impleui eū
ſpū dei. ſapientia ⁊ intelligentia ⁊ ſcientia ī om
ni opere ad excogitandum quicquid fabꝛe fieri
poteſt ex auro ⁊ argento ⁊ ere. marmore ⁊ gē/
mis. ⁊ diuerſitate lignorum. Deditq; ei ſociuꝫ
ooliab filium achiſamech de tribu dan. Et in
corde hominis erudit̄i poſui ſapientiam vt faci
ant cuncta que pꝛecepi tibi tabernaculum fede
ris. ⁊ archam teſtimonij. ⁊ propitiatorium qđ
ſuper eam eſt. ⁊ cuncta vaſa tabernaculi men/
ſamq; ⁊ vaſa eius. candelabꝛum puriſſimū cū
vaſis ſuis. ⁊ altaria thymiamatis ⁊ holocauſti
⁊ omnia vaſa eorum: labium cum baſi ſua: ve
ſtes ſanctas in miniſterio aaron ſacerdoti ⁊ fili
is eius: vt fungantur officio ſuo in ſacris: oleuꝫ
vnctionis ⁊ thymiama aromatum in ſanctua/
rio. Omnia que pꝛecepi tibi facient. Et locut⁹
eſt dominus ad moyſen dicēs. Loquere filijs
iſrael: ⁊ dices ad eos. Videte vt ſabbatum me
um cuſtodiatis: quia ſignū eſt inter me ⁊ vos
in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego
dn̄s q̄ ſctifico vos. Cuſtodite ſabbatū meū. Sā
ctū ē eni vobis. Qui polluerit illud morte mo
riet̄. Qui fecerit i eo opus ꝑibit aīa illi⁹ de me/
dio populi ſui. Sex dieb⁹ facietiſ op⁹: i die ſepti
mo ſabbatū ē. reqes ſcā dn̄o. Ois q̄ fecerit op⁹
in hac die. morietur. Cuſtodiāt filij iſrael ſabba/
tū ⁊ celebꝛēt illud in generatiõib⁹ ſuis. Pactū
ē ſempiternū inter me ⁊ filios iſrael: ſignūq; ꝑ
petuū. Sex enim diebus fecit dn̄s celū ⁊ terrā.
⁊ in ſeptimo ab omni opere ceſſauit. Deditq;
dn̄s moyſi cõpletis huiuſcemodi ſermonibus
in mõte ſynai. duas tabulas teſtimonij lapide/
as: ſcriptas digito dei. XXXII

Videns aūt popul⁹ q2 morā faceret moy
ſes deſcendendi de monte. ꝯgregatuſ
aduerſus aaron: dixit. Surge fac no/
bis deos q̄ nos precedāt. Moyſi enim huic vi
ro q̄ nos eduxit de terra egypti: ignoram⁹ quid
acciderit. Dixitq; ad eos aaron. Tollite inau/
res aureas de vxoꝝ filiorūq; ⁊ filiaꝝ vr̄aꝝ au

ribus.⁊ afferte ad me. Fecit populꝰ q̄ iuſſerat
deferēs in aures ad aaron. Quas cū ille acce-
piſſet: formauitqꝫ opere fuſorio ⁊ fecit ex eis vi
tulū conflatilē. Dixit: Hi ſunt dij tui iſrael qui
te eduxerunt de terra egypti. Quod cum vidiſ
ſet aaron edificauit altare corā eo.⁊ p̄conis vo
ce clamauit dicens: Cras ſolēnitas dn̄i ē. Sur
genteſqꝫ mane obtulerunt holocauſta ⁊ hoſti-
as pacificas.⁊ ſedit populꝰ mādu care ⁊ bibere
⁊ ſurrexerūt ludere. Locutꝰ ē aūt dn̄s ad moy
ſen dicens. Vade deſcende. peccauit populꝰ tu
us quem eduxiſti de terra egypti. Receſſerunt
cito de via quam oſtendiſti eis. Fecerūtqꝫ ſibi
vitulū conflatilē ⁊ adorauerunt. atqꝫ imolātes
ei hoſtias dixerunt: Iſti ſunt dij tui iſrael: qui
te eduxerunt de terra egypti. Rurſūqꝫ aīt dn̄s
ad moyſen: Cerno q̄ populus iſte dure ceruí-
cis ſit. Dimitte me vt iraſcatur furor meus cō
tra eos ⁊ deleam eos. faciāqꝫ te i gētē magnaꝫ
Moyſes aūt orabat dn̄m deum ſuum dicens:
Cur dn̄e iraſcitur furor tuus ꝯ pp̄lm tuū queꝫ
eduxiſti de terra egypti: in fortitudine magna:
⁊ in manu robuſta. Ne q̄ſo dicant egyptij: cal
lide eduxit eos vt interficeret in montibꝰ: ⁊ de
leret e terra quieſcat ira tua. Et eſto placabilis
ſuper nequitia populi tui. Recordare abrahaꝫ
⁊ iſaac ⁊ iſrael ſeruorꝫ tuorꝫ: quibus iuraſti per
temetipſum dicens. Multiplicabo ſemen ve-
ſtrū ſicut ſtellas celi.⁊ vniuerſam terrā hanc de
qua locutꝰ ſum dabo ſemini veſtro.⁊ poſſidebi
tis eā ſemp̄. Placatuſqꝫ eſt dn̄s ne faceret ma
lū qd̄ locutus fuerat aduerſus populuꝫ ſuum.
Et reuerſus eſt moyſes de monte portans du-
as tabulas teſtimonij in manu ſua. ſcriptas ex
vtraqꝫ parte.⁊ factas opere dn̄i. Scriptura q̄ꝫ
dei erat ſculpta in tabulis. Audiēs aūt ioſue tu
multū populi vociferātis dixit ad moyſē. Vlu
latꝰ pugne auditur in caſtris. Qui r̄ndit. Non
eſt clamor adhortantiū ad pugnā: neqꝫ vocife-
ratio compellentium ad fugam: ſed vocē cantā
tium ego audio. Cūqꝫ appropinquaſſet ad ca-
ſtra vidit vitulū ⁊ choros iratuſqꝫ valde. proie
cit de manu tabulas.⁊ confregit eas ad radicē
montis. Arripienſqꝫ vitulum quē fecerant. ꝯ
buſſit ⁊ contriuit vſqꝫ ad puluerem quē ſparſit
in aquā.⁊ dedit ex eo potum filijs iſrael. Dixit
qꝫ ad aaron. Quid tibi fecit hic populꝰ: vt idu
ceres ſuper eū peccatum maximū. Cui ille re-
ſpondit. Ne indignetur dn̄s meus. Tu. n. no
ſti populū iſtū q̄ pronus ſit ad malū. Dixerūt
mihi. Fac nobis deos qui nos precedant. Hu
ic. n. moyſi qui nos eduxit de terra egypti: ne-
ſcimus quid acciderit. Quibꝰ ego dixi. Quis
veſtrum habet aurū. Tulerunt ⁊ dederunt mi
hi.⁊ proieci illud in ignem: egreſſuſqꝫ eſt hic v
tulus. Videns ergo moyſes populū q̄ eēt nu
datus. ſpoliauerat enim eū aaron p̄pter igno-
miniam ſordis ⁊ inter hoſtes nudū cōſtituerat
⁊ ſtans in porta caſtrorꝫ ait. Si quis eſt dn̄i iun
gat̄ mihi. Congregatiqꝫ ſūt ad euꝫ omnes filij
leui. Quibꝰ ait: Hec dicit dn̄s deus iſrl̄. Po-
nat vir gladiū ſuper femur ſuū. Ite ⁊ redite d̄
porta vſqꝫ ad portā per mediū caſtrorꝫ. ⁊ occi-
dat vnuſquiſqꝫ frēm ſuū ⁊ amicum ⁊ proximū
ſuū. Feceruntqꝫ filij leui iuxta ſermonem moy
ſi: ceciderūtqꝫ in die illo quaſi vigintitria mi-
lia hominum. Et ait moyſes. Cōſecraſtis ma-
nus veſtras hodie domino. vnuſquiſqꝫ ī filio
⁊ in fratre ſuo vt det̄ vobis benedictio. Facto
aūt altero die locutus eſt moyſes ad populum.
Peccaſtis peccatū maximū. Aſcēdā ad dn̄m:
ſi quo mō quiuero eū deprecari pro ſcelere vr̄o
Reuerſuſqꝫ ad dn̄m ait: Obſecro. peccauit po
pulus iſte peccatū maximū: feceruntqꝫ ſibi de-
os aureos. Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi
non facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.
Cui reſpondit dn̄s. Qui peccauerit mihi dele-
bo eū de libro meo. Tu aūt vade.⁊ duc populū
iſtū quo locutus ſum tibi. Angelus meus pre-
cedet te. Ego aūt in die vltionis viſitabo ⁊ hoc
peccatū eorꝫ. Percuſſit aūt dn̄s populū p̄ rea
tu vituli quem fecerat aaron. XXXIII

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens:
vade aſcende de loco iſto tu ⁊ pp̄ls tu-
us quē eduxiſti de terra egypti. in terraꝫ
quā iuraui abrahā iſaac ⁊ iacob. dicens ſemini
tuo dabo eam.⁊ mittam precurſorē tui angelū:
vt eijciā chananeū ⁊ amorreū ⁊ etheū ⁊ phereze
um ⁊ eueū ⁊ iebuſeū.⁊ intres i terrā fluētē lac
te ⁊ melle. Nō. n. aſcendā tecū: q̄r pp̄lus dure
ceruicis ē. ne forte diſperdā te i via. Audiēſqꝫ
pp̄ls ſermonē hūc peſſimum luxit.⁊ nullus ex
more indutꝰ eſt cultu ſuo. Dixitqꝫ dn̄s ad moy
ſen: Loquere filijs iſrael. Populus dure cer-
uicis es. ſemel aſcendā i medio tui ⁊ delebo te.
Iā nūc depone ornatū tuū vt ſciam quid faciaꝫ
tibi. Depoſuerūt ergo filij iſrael ornatū ſuuꝫ a
monte oreb. Moyſes q̄ꝫ tollēs tabernaculū. te
tendit extra caſtra procul: vocauitqꝫ nomen eiꝰ
tabernaculū federis. Et oīs pp̄ls q̄ habebat ali
quā q̄ōnem: egrediebat̄ ad tabernaculū federiſ
extra caſtra. Cūqꝫ egrederet̄ moyſes ad taber
naculū. ſurgebat vniuerſa plebs ⁊ ſtabat vnuſ
quiſqꝫ in oſtio papylionis ſui: reſpiciebantqꝫ

tergū moyſi donec ingrederet̄ tētoriū. Ingreſ
ſo aūt illo tabernaculū federis: deſcendebat co/
lūna nubis ⁊ ſtabat ad oſtiū: loquebaturꝗꝫ dñſ
cū moyſe: cernentibus vniuerſis ꝙ colūna nu
bis ſtaret ad oſtiū tabernaculi. Stabātꝗꝫ ⁊ ipſi
⁊ adorabant per fores tabernaculoꝝ ſuoꝝ. Lo
quebat̄ aūt dñs ad moyſen a facie ad faciem: ſi/
cut ſolet loqui homo ad amicū ſuū. Cūꝗꝫ ille re
uerteret̄ in caſtra: miniſter eius ioſue filiꝰ nun
puer non recedebat de tabernaculo. Dixit aūt
moyſes ad dñm. Precipis vt educam populū
iſtū ⁊ nō idicas mihi quē miſſurus ſis mecū: p̄
ſertim cū dixeris, noui te ex nomine. ⁊ inueniſti
grām corā me. Si ergo inueni grām in ↄſpec/
tu tuo: oſtendā mihi faciē tuā vt ſciam te ⁊ inue
niā grām anī oculos tuos. Reſpice populū tuū
gentē hanc. Dixitꝗꝫ dñus: Facies mea p̄cedet
te. ⁊ requiem dabo tibi. Et ait moyſes: Si non
tu ipſe p̄cedas. ne educas nos de loco iſto. In
quo. n. ſcire poterimꝰ ego ⁊ pplſ tuus inueniſ/
ſe nos grām in conſpectu tuo. niſi ambulaue/
ris nobiſcū: vt glorificemur ab omnibꝰ popu/
lis qui habitant ſuper terram. Dixit autē dñs
ad moyſen: Et verbū iſtud quod locutꝰ es faci
am. Inueniſti. n. gratiā coram me. ⁊ teipſum
noui ex noīe. Qui ait: Oſtende mihi gloriā tu
am. Rñdit. Ego oſtendam omne bonū tibi. ⁊
vocabo in nomine dñi corā te. ⁊ miſerebor cui
voluero. ⁊ clemens ero in quem mihi placuerit
Rurſūꝗꝫ ait. Nō poteris videre faciem meā.
Nō enim videbit me hō ⁊ viuet. Et iteꝝ. Ec/
ce inquit eſt locus apō me. ⁊ ſtabis ſupra petrā
Cūꝗꝫ tranſibit gloria mea ponā te in foramine
petre. ⁊ protegā dextera mea donec trāſeā. Tol
lāꝗꝫ manū meā ⁊ videbis poſteriora mea. faci
em aūt meā videre nō poteris. XXXIIII

HEc deinceps p̄cide ait tibi duas tabulaſ
lapideas inſtar prioꝝ. ⁊ ſcribam ſuper
eas verba que habuerūt tabule q̄s fre/
giſti. Eſto paratus mane. vt aſcendas ſtatim i
montē ſynai: ſtabiſꝗꝫ mecū ſuper verticē mon
tis. Nullus aſcendat tecum: nec videatur quiſ
piam per totū montē: boues q̄ꝫ ⁊ oues non pa
ſcantur econtra. Excidit ergo duas lapideas q̄
les antea fuerant. ⁊ de nocte conſurgēs aſcēdit
in montē ſynai ſicut preceperat ei dñs: portanſ
ſecum tabulas. Cūꝗꝫ deſcendiſſet dñs p̄ nubē
ſtetit moyſes cū eo inuocans nomē dñi. Quo
tranſeūte corā eo. ait: Dñator dñe deus miſeri
cors ⁊ clemens. patiens ⁊ multe miſeratiōis ac
verax: qui cuſtodis miſericordiā in milia. q au
fers iniqtatem ⁊ ſcelera atꝗꝫ peccata. nulluſꝗꝫ
apud te per ſe inocens eſt. qui reddis iniqtatē
patrū filijs ac nepotibꝰ in tertiā ⁊ quartā proge
niē. Feſtinuſꝗꝫ moyſes curuatꝰ eſt pronꝰ i ter
ram. ⁊ adorans ait: Si inueni grām i conſpectu
tuo dñe: obſecro vt gradiaris nobiſcū. populꝰ
enim dure ceruicis ē: vt auferas iniqtates nrāſ
atꝗꝫ peccata noſꝗꝫ poſſideas. Rñdit dominꝰ:
Ego inibo pactū videntibꝰ cūctis: ſigna faciā
que nūꝗꝫ viſa ſunt ſuper terrā: nec in vllis gen
tibꝰ. vt cernat populꝰ iſte in cuiꝰ es medio. opꝰ
dñi terribile qd̄ facturꝰ ſum. Obſerua cuncta q̄
hodie mandaui tibi. Ego ipſe eijciam anī faciē
tuam āmorreū ⁊ chananeū ⁊ etheū: phereẓeū
quoꝗꝫ ⁊ eueū ⁊ iebuſeum. Caue ne vnꝗꝫ cū ha
bitatoribꝰ terre illiꝰ iungas amicitias. q ſunt tibi
in ruinam: ſed ⁊ aras eoꝝ deſtrue. cōfringe ſta
tuas: lucoſꝗꝫ ſuccide. Noli adorare deū alienū
Dñs zelotes nomē eius: deꝰ eſt emulator. Ne
ineas pactū cū hominibꝰ illaꝝ regionū: ne cum
fornicati fuerint cū dijs ſuis ⁊ adorauerit ſimu
lacra eoꝝ: vocet te quiſpiā vt comedas de imo
latis. Nec vxorē de filiabꝰ eoꝝ accipies filijs tu
is ne poſtꝗꝫ ipſe fuerint fornicate: fornicari fa/
ciant ⁊ filios tuos in deos ſuos. Deos conflati
les nō facies tibi. Solēnitatem azimoꝝ cuſto/
dies. Septē diebꝰ veſceris azimis ſicut precepi
tibi in tempore menſis nouoꝝ. Menſe. n. ver
ni temporis egreſſus eſt ď egypto. Oē qd̄ ape
rit vuluā generis maſculini, meū erit. De cun
ctis animantibꝰ tam de bobus q̄ꝫ de ouibꝰ. me
um erit. Primogenitū aſini redimes oue. Si
aūt nec precium pro eo dederis. occidet̄. Pri/
mogenitū filioꝝ tuoꝝ redimes: nec apparebis
in conſpectu meo vacuus. Sex diebus opera/
beris: die ſeptimo ceſſabis arare ⁊ metere. So
lēnitatem hebdomadaꝝ facies tibi in primi/
tijs frugum meſſis tue triticee. ⁊ ſolēnitatē q̄n
redeunte anni tempore cuncta condunt̄. Tri/
bus temporibus anni apparebit oē maſculinū
tuum. in cōſpectu oipotētis dñi dei iſrael. Cū
enim tulero gentes a facie tua ⁊ dilatauero ter
minos tuos. nullus inſidiabitur terre tue: aſcē
dente te ⁊ apparente in cōſpectu dñi dei tui ter.
in anno. Non imolabis ſuper fermēto ſangui
nem hoſtie mee. neꝗꝫ reſidebit mane de victi/
mis ſolēnitatis phaſe. Primitias frugum ter
re tue offeres in domo domini dei tui. Nō co/
ques hedum in lacte matris ſue. Dixitꝗꝫ domi
nus ad moyſen. Scribe tibi verba hec: quibuſ
⁊ tecum ⁊ cū iſrael pepigi fedus. Fuit ergo ibi
cum dño moyſes quadraginta dies ⁊ quadra/
ginta noctes. panē non comedit ⁊ aquam non

bibit. ⁊ ſcripſit in tabulis verba federis decē. Cūq; deſcenderet moyſes de monte ſynai. tenebat duas tabulas lapideas teſtimōij. ⁊ ignorabat ꝙ cornuta eſſet facies ſua. ex conſortio ſermonis domini. Vidētes aūt aaron ⁊ filij iſrael cornutā moyſi faciem: timuerūt ꝓpe accedere. Vocatiq; ab eo reuerſi ſunt: tā aaron q̄ꝫ principes ſynagoge. Et poſtq̄ꝫ locutus eſt ad eos: venerūt ad eū etiam omnes filij iſrael. Quib⁹ precepit cuncta que audierat a domino in monte ſynai. Impletiſq; ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Qui ingreſſus ad dominū ⁊ loquens cū eo auferebat donec exiret. ⁊ tunc loquebatur ad filios iſrael oīa q̄ ſibi fuerant īpata. Qui videbant faciē egredientis moyſi eſſe cornutā: ſed operiebat ille rurſus faciē ſuā: ſi qñ loquebatur ad eos.

XXXV

IGitur congregata oī turba filiorū iſrael. dixit ad eos. Hec ſunt que iuſſit dominus fieri. Sex dieb⁹ facietis opus. Septim⁹ dies erit vobis ſcūs: ſabbatū ⁊ requies dn̄i. Qui fecerit opus in eo. occidetur. Nō ſuccendetis ignem in oīb⁹ habitaculis vr̄is per diem ſabbati. Et ait moyſes ad oēm caterua filiorū iſrael. Iſte eſt ſermo quem precepit dominus dicens. Separate apud vos primitias dn̄o. Ois voluntarius ⁊ ꝓno aīo offerat eas dn̄o. Aurum ⁊ argentū ⁊ es: hyacinthū ⁊ purpuram. cocciq; bis tinctum ⁊ byſſum pilos caprarū: pelleſq; arietum rubricatas ⁊ hyacinthinas ligna ſethim. ⁊ oleum ad luminaria cōcinnanda. ⁊ vt conficiatur vnguentum ⁊ thymiama ſuauiſſimū. lapides onychinos ⁊ gemmas ad ornatū ſuperhumeralis ⁊ rationalis. Quiſquis veſtrū ſapiens eſt. veniat ⁊ faciat qđ dn̄s imperauit tabernaculū. ſ. ⁊ tectū eius atq; operimentū anulos ⁊ tabulata cum vectib⁹. paxillos ⁊ baſes. archam ⁊ vectes. propitiatorium. ⁊ velum qđ ante illud oppandit: menſam cum vectib⁹ ⁊ vaſis ⁊ propoſitionis panib⁹. candelabrum ad luminaria ſuſtentanda. vaſa illius ⁊ lucernas ⁊ oleum ad nutrimenta igniū: altare thymiamatis ⁊ vectes ⁊ oleum vnctiōis ⁊ thymiama ex aromatib⁹: tentorium ad oſtium tabernaculi. altare holocauſti ⁊ craticulā ei⁹ eneam cū vectib⁹ ⁊ vaſis ſuis: labrum ⁊ baſes ei⁹. cortinas atrij cum colūnis ⁊ baſibus. tentoriū in foribus veſtibuli. paxillos tabernaculi atrij cum funiculis ſuis: veſtimenta quorū vſus eſt in miniſterio ſanctuarij: veſtes aaron pōtificis ac filiorū eius vt ſacerdotio fungant̄ mihi. Egreſſaq; oīs multitudo filiorū iſrl' de cōſpectu moyſi. obtulerunt mente promptiſſima atq; deuotā primitias dn̄o. ad faciēdū opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad cultū ⁊ ad veſtes ſcās neceſſarium erat. viri cum mulieribus prebuerunt. armillas ⁊ in aures anulos ⁊ dextralia. Omne vas aureum in donaria dn̄i ſeparatū eſt. Si quis habebat aurū hyacinthum ⁊ purpuram. coccūq; bis tinctū. byſſum ⁊ pilos caprarū. pelles arietum rubricatas ⁊ hyacinthinas. argenti ⁊ auri eriſq; metalla obtulerūt domino: lignaq; ſethim in varios vſus. Sed et mulieres docte que venerāt dederunt hyacinthum purpuram ac vermiculū ac byſſū ⁊ pilos caprarū. ſponte propria cuncta tribuētes. Principes vō obtulerūt lapides onychinos. ⁊ gemmas ad ſuperhumerale ⁊ rationale. aromataq; ⁊ oleū ad luminaria concinnanda ⁊ ad preparandum vnguentū ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendū. Oēs viri ⁊ mulieres mente deuota obtulerūt donaria vt fierent opera que iuſſerat dn̄s per manū moyſi. Cunctiq; filij iſrael voluntaria dn̄o dedicauerūt. Dixitq; moyſes ad filios iſrael. Ecce vocauit domin⁹ ex nomine beſeleel filium huri. filij hur de tribu iuda impleuitq; eum ſpiritu dei. ſapientia ⁊ itelligētia ⁊ ſcientia ⁊ omni doctrina. ad excogitandū ⁊ faciendū opus in auro ⁊ argento ⁊ ere ⁊ ferro. ſculpendiſq; lapidib⁹ ⁊ opere carpentario. Quicquid fabre adinueniri poteſt: dedit i corde eius. Ooliab quoq; filiū achiſamech de tribu dan ambos erudiuit ſapiā: vt faciant opera abietarij polymitarij ac plumarij de hyacintho ⁊ purpura: coccoq; bis tincto ⁊ byſſo. ⁊ texant oīa. ac noua queq; reperiant.

XXXVI

FEcit ergo beſeleel ⁊ ooliab ⁊ oīs vir ſapiens. quibus dedit dominus ſapientiam ⁊ intellectum vt ſcirent fabre operari que in vſu ſanctuarij neceſſaria ſūt. ⁊ que precepit dominus. Cūq; vocaſſet eos moyſes ⁊ omnem eruditum virum cui dederat dominus ſapientiam. ⁊ qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus. tradidit eis omnia donaria filiorum iſrael. Qui cum inſtarent operi q̄tidie: mane vota populus offerebat. Vnde artifices venire compulſi. dixerunt moyſi. Plus offert populus q; neceſſarium eſt. Iuſſit ergo moyſes preconis voce cantari. Nec vir nec mulier quicq; offerat vltra in opere ſanctuarij. Sicq; ceſſatum eſt a muneribus offerendis: eo quod oblata ſufficerent ⁊ ſuperabundarent. Feceruntq; omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi. corti-

nas decem. de byſſo retorta ⁊ hyacintho ⁊ pur
pura. coccoqꝫ bis tincto. opꝫ vario: ⁊ arte po/
lymita: Quarū vna habebat in longitudine vi
ginti octo cubitos. ⁊ in latitudine quattuor.
Vna mēſura erat oium cortinaꝝ. Coniūxitqꝫ
cortias qnqꝫ alterā alteri. ⁊ alias qnqꝫ ſibi inicē
copulauit. Fecit ⁊ anſas hyacinthinas in ora
cortine vnius ex vtroqꝫ latere. ⁊ in ora corti/
ne alteriꝰ ſimilr ut ꝯtra ſe inuicē venirēt anſe ⁊
mutuo iūgerēt. Vnde ⁊ quinq̄ginta fudit cir/
culos aureos qui morderēt cortinaꝝ anſas ⁊
fieret vnum tabernaculum. fecit ⁊ ſaga vndeci
de pilis capraꝝ: ad opiendū tectū tabernaculi.
Vnum ſagum in longitudine habebat cubi
tos triginta. ⁊ in latitudine cubitos quattuor.
Vniꝰ mēſure erāt oia ſaga. Quoꝝ qnqꝫ iūxit
ſeorſum. ⁊ ſex alia ſeparatim. Fecitqꝫ anſas
qnq̄ginta i ora ſagi vnius. ⁊ qnq̄ginta i ora ſagi
alterius ut ſibi inuicem iungerentur. ⁊ fibulas
eneas qnq̄ginta quibus necterēt tectū: ut vnū
pallium ex oibus ſagis fieret. fecit ⁊ opꝫtorium
tabernaculi de pellibus arietū rubricat aliudqꝫ
deſuꝑ velamē de pellibus hyacinthinis. Fecit
⁊ tabulas tabernaculi de lignis ſethim ſtantes
Decem cubitoꝝ erat longitudo tabule vnius ⁊
vnum ac ſemis cubitū latitudo retinebat Bi
ne incaſtrature erant ꝑ ſingulas tabulas. ut
altera alteri iūgeret. Sic fecit i oibus taberna/
culi tabulis. E quibus vigīti ad plagā meridia
nā erāt ꝯ auſtrū cū q̄dragīta baſibꝰ argenteis.
Due baſes ſub vna tabula ponebant ex vtraqꝫ
parte angulorū Vbi incaſtrature laterū in an
gulis terminant. Ad plagā qꝫ tabernaculi q̄ re
ſpicit ad aqlonē. fecit viginti tabulas cum q̄dra
gīta baſibus argenteis: duas baſes ꝑ ſingulas
tabulas contra occidētē Vo. i. ad eaꝫ ꝑtē taber
naculi que mare reſpicit: Fecit ſex tabulas. ⁊
duas alias per ſingulos angulos tabernaculi
retro q iūcte erāt a dorſū vſqꝫ ſurſum. ⁊ i vnam
cōpagē pariē ferebant. Ita fecit ex vtraqꝫ ꝑte
ꝑ angulos: ut octo eſſēt ſimul tabule ⁊ haberent
baſes argenteas ſexdecim: binas. s. baſes ſub
ſingulis tabulis. Fecit ⁊ vectes de lignis ſe/
thim qnqꝫ ad ꝯtinendas tabulas vnius lateris
tabernaculi. ⁊ quinqꝫ alios ad alterius lateris
coaptandas tabulas. ⁊ ex̄ hos qnqꝫ alios vec
tes ad occidentalē plagā tabernaculi ꝯ mare.
Fecit qꝫ vectem alium q ꝑ medias tabulas ab
angulo vſqꝫ ad angulum ꝑueniret. Ipſa aūt ta
bulata deaurauit: fuſis baſibus eaꝝ argēteis.
Et circulos eoꝝ fecit aureos. per q̄s vectes in
duci poſſent: q̄s ⁊ ipſos laminis aureis operuit.

Fecit ⁊ velum de hyacintho ⁊ purpura. vermi
culo ac byſſo retorta opere polymitario. variū
atqꝫ diſtinctum: ⁊ q̄ttuor columnas de lignis ſe/
thim q̄s cū capitibus deaurauit fuſis baſibus
eaꝝ argēteis. Fecit ⁊ tētorium i īroitu taber/
naculi ex hyacītho purpura vermiculo byſſo
qꝫ retorta opꝫ plumarij. ⁊ colūnas qnqꝫ cū ca/
pitibus ſuis q̄s opuit auro: baſeſqꝫ earū fudit
eneas quas ⁊ opuit auro. XXXVII

Fecit autē beſeleel ⁊ archam de lignis
ſethim habentē duos ⁊ ſemis cubitos
in longitudine. ⁊ cubitum ac ſemiſſem
in latitudine: altitudo quoqꝫ vnius cubiti fuit
⁊ dimidij. veſtiuitqꝫ eam auro puriſſimo intuſ
⁊ foris. Et fecit illi coronā aureā per gyrū con/
ſtans quattuor ānulos aureos per quattuor an
gulos eius duos annulos in latere vno. ⁊ du
os in altero. Vectes quoqꝫ fecit de lignis ſethi
quos veſtiuit auro ⁊ quos miſit in annulos q
erant in lateribus arche ad portandum eā. Fe
cit ⁊ propitiatorium. i. oraculū de auro mundiſ
ſimo duorum cubitorum ⁊ dimidij in longitu/
dine. ⁊ cubiti ac ſemis in latitudine. Duos etiā
qꝫ cherubin ex auro ductili quos poſuit ex vtra
qꝫ parte propitiarij. cherub vnū i ſūmitate vni
us partis. ⁊ cherub alterū in ſūmitate partis al
terius. Duos cherubin in ſingulis ſūmitatibꝰ
propitiatorij: extendentes alas ⁊ tegentes pro/
pitiatoriū. ſeqꝫ mutuo ⁊ illud reſpicientes. Fe
cit ⁊ menſā de lignis ſethim in lōgitudine duo
rum cubitorum. ⁊ in latitudine vnius cubiti q̄
habebat in altitudine cubitum ⁊ ſemiſſem. Cir
cūdeditqꝫ eam auro mundiſſimo: ⁊ fecit illi la/
bium aureū per gyrum: ipſiqꝫ labio coronam
aureā interraſilē quattuor digitoꝝ: ⁊ ſuper eādē
alterā coronā auream. Fudit ⁊ quattuor circu/
los aureos quos poſuit in quattuor angulis ꝑ
ſingulos pedes menſe contra coronā: miſitqꝫ
in eos vectes vt poſſet menſa portari. Ipſos quo
qꝫ vectes fecit de lignis ſethim. ⁊ circūdedit eoſ
auro. Et vaſa ad diuerſos vſus menſe: aceta/
bula: phialas ⁊ cyathos: ⁊ turibula ex auro pu
ro. in quibus offerenda ſunt libamina. Fecit ⁊
candelabrū ductile de auro mūdiſſimo. De cu
ius vecte calami. cyphi. ſperuleqꝫ ac lilia proce
debant ſex in vtroqꝫ latere. Tres calami ex par
te vna. ⁊ tres ex altera. Tres cyphi ī nucis mo
dum per calamos ſingulos. ſperuleqꝫ ſimul ⁊
lilia. ⁊ tres cyphi inſtar nucis in calamo altero
ſperuleqꝫ ſimul ⁊ lilia. Eorū erat opus ſex ca/
lamorū qui procedebant de ſtipite candelabri.
In ipſo autem vecte erant quattuor cyphi i nu

cis modũ. ſperuleq́ꝫ per ſingulos ⁊ lilia. ⁊ ſpe-
rule ſub duob⁹ calamis per loca tria. qui ſimul
ſex fiũt calami ꝓcedentes de vecte vno. Et ſpe-
rule igitur ⁊ calami ex ipſo erant: vniuerſa du-
ctilia ex auro puriſſimo. Fecit ⁊ lucernas ſeptẽ
cũ emunctorijs ſuis. ⁊ vaſa vbi ea que emũcta
ſunt extinguantur de auro mundiſſimo. Talẽ-
tum auri appendebat candelabrũ cũ omnibus
vaſ ſuis. Fecit ⁊ altare thymiamatis de lignis
ſethim per quadrũ ſingulos habens cubitos.
⁊ in altitudine duos: e cuius angulis procede-
bant cornua: veſtiuitq́ꝫ illud auro puriſſimõ cũ
craticula ac parietibus ⁊ cornibus. Fecitq́ꝫ ei
coronam aureolam per gyrum: ⁊ duos annu-
los aureos ſub corona p ſingula latera. vt mit-
tant̃ in eos vectes. ⁊ poſſit altare portari. Ipſos
autem vectes fecit de lignis ſethim. ⁊ operuit la-
minis aureis. Compoſuit ⁊ oleũ ad ſanctifica-
tionis vnguentum. ⁊ thymiamata de aromati-
bus mundiſſimis opere pigmentarij.

XXXVIII

Fecit ⁊ altare holo-
cauſti de lignis ſethim: quinq́ꝫ cubito-
rũ per quad. ũ. ⁊ triũ in latitudine cui⁹
cornua de angulis ꝓcedebãt. operuitq́ꝫ illud la-
minis eneis. Et in vſus eius parauit ex ere va-
ſa diuerſa: lebetes. forcipes. fuſcinulas. vnci-
nos ⁊ ignium receptacula. Craticulãq́ꝫ ei⁹ in mo-
dũ retis fecit eneam. ⁊ ſubter eã in altaris me-
dio arulã fuſis quattuor annulis p totidẽ retia-
culi ſũmitates. ad immittendos vectes ad portan-
dũ. Quos ⁊ ipſos fecit de lignis ſethim ⁊ ope-
ruit laminis eneis: induxitq́ꝫ in circulos q in la-
teribus altaris eminebant. Ipſum aũt altare nõ
erat ſolidũ ſed cauũ ex tabulatis. ⁊ intus vacuũ.
Fecit ⁊ labrũ eneũ cũ baſi ſua de ſpeculis muli-
erũ. que excubabãt in oſtio tabernaculi. Fecit
⁊ atriũ i cui⁹ auſtrali plaga erãt tẽtoria de byſſo
retorta cubitoꝝ centũ: colũne enee viginti cum
baſibus ſuis: capita colũnaꝝ ⁊ tota operis cela-
tura argentea. Eque ad ſeptẽtrionalem plagã
tentoria colũne baſeſq́ꝫ ⁊ capita colũnarũ eiuſ-
dem menſure ⁊ operis ac metalli erant. In ea
vero plaga q̃ ad occidentẽ reſpicit. fuerũt tento-
ria cubitoꝝ quinquaginta: colũne decem cũ ba-
ſibus ſuis enee. ⁊ capita colũnarũ ⁊ tota operis
celatura argentea. Porro ꝯtra orientẽ quinqua-
ginta cubitoꝝ parauit tẽtoria e qb⁹ quindecim cu-
bitos colũnarũ triũ cum baſibus ſuis vnũ tene-
bat latus ⁊ in parte altera. q2 inter vtraq́ꝫ introi-
tũ tabernaculi fecit. quindecim eque cubitoꝝ
erãt tẽtoria colũneq́ꝫ tres ⁊ baſes totidẽ. Cun-
cta atrij tentoria byſſus retorta texuerat. Ba-
ſes colũnarũ fuere enee. capita aũt earũ cũ cun-
ctis celaturis ſuis argẽtea: ſed ⁊ ipſas colũnas
atrij veſtiuit argento. Et in introitu eius ope-
re plumario fecit tẽtoriũ ex hyacintho. pur-
pura. vermiculo ac byſſo retorta. qđ habebat vi-
ginti cubitos in longitudine. altitudo vero qui-
q́ꝫ cubitoꝝ erat iuxta mẽſurã quã cũcta atrij ten-
toria habebant. Colũne autẽ in ingreſſu fuere
quattuor cũ baſibus eneis: capitaq́ꝫ earũ ⁊ cela-
ture argentee. Paxillos q́ꝫ tabernaculi ⁊ atrij
p gyrũ fecit eneos. Hec ſũt inſtrumẽta taber-
naculi teſtimonij q̃ enumerata ſũt iuxta p̃ceptum
moyſi in cerimonijs leuitarum per manũ ytha-
mar filij aaron ſacerdotis q̃ beſeleel filius huri
filij hur de tribu iuda. dño p moyſen iubẽte cõ-
pleuerat iũcto ſibi ſocio ooliab filio achiſamech
de tribu dan. qui ⁊ ipſe artifex lignoꝝ egregius
fuit. ⁊ polymitarius atq́ꝫ plumarius ex hyacin-
tho. purpura. vermiculo ⁊ byſſo. Omne auꝝ
qđ expenſũ eſt in opere ſanctuarij. ⁊ qđ oblatũ
eſt in donarijs. viginti ⁊ nouem talentorum fu-
it. ⁊ ſeptingentorum triginta ſicloꝝ: ad menſu-
ram ſanctuarij. Oblatũ eſt aũt ab his q tranſie-
rũt ad numerũ a viginti ãnis ⁊ ſupra: de ſexcẽ-
tis tribus milibus ⁊ quingentis quinquaginta
armatoꝝ. Fuerũt preterea centũ talenta argen-
ti: e qb⁹ cõflate ſũt baſes ſanctuarij. ⁊ introitus
vbi velũ pendet. Centũ baſes facte ſũt de talen-
tis centũ ſingulis talentis per baſes ſingulas
ſupputatis. De mille aũt ſeptingẽtis: ⁊ ſeptua-
gintaquinq́ꝫ ſiclis fecit capita colũnaꝝ q̃s ⁊ ipſas
veſtiuit argẽto. Eris q́ꝫ oblata ſũt talẽta ſeptua-
gintaduo milia. ⁊ quadringẽti ſupra ſicli: ex q-
bus fuſe ſũt baſes in introitu tabernaculi teſti-
monij. ⁊ altare eneũ cũ craticula ſua. oiaq́ꝫ va-
ſa q̃ ad vſũ ei⁹ pertinent. ⁊ baſes atrij tã in circui-
tu q́ꝫ in ingreſſu ei⁹. ⁊ paxilli tabernaculi atq́ꝫ
atrij p gyrũ.

XXXIX

De hyacintho vero ⁊ purpura vermi-
culo ac byſſo fecit veſtes: qb⁹ indueretẽ
aaron qñ miniſtrabat in ſanctis ſicut p̃-
cepit dñs moyſi. Fecit igit̃ ſuperhumerale de au-
ro hyacintho ⁊ purpura coccoq́ꝫ bis tincto et
byſſo retorta ope polymitario. Inciditq́ꝫ bra-
cteas aureas: ⁊ extenuauit in fila vt poſſent tor-
queri cũ prioꝝ coloꝝ ſubtegmine: duaſq́ꝫ oras
ſibi inuicem copulatas in vtroq́ꝫ latere ſũmita-
tũ. ⁊ baltheũ ex eiſdem coloribus: ſicut precepe-
rat dominus moyſi. Parauit ⁊ duos lapides
onychinos aſtrictos ⁊ incluſos auro. ⁊ ſculptos
arte gẽmaria nominib⁹ filioꝝ iſrael. Sex noia
in lapide vno. ⁊ ſex in altero. iuxta ordinẽ nati

uitatis eoꝝ. Poſuitq; eos i lateribus ſupbũe⸗
ralis in monumentũ filioꝝ iſrl': ſicut preceperat
dñs moyſi. Fecit ⁊ rationale opꝫ polymito iux
opus ſuphumeralis. ex auro hyacintho pur⸗
pura. coccoq; bis tincto ⁊ byſſo retorta. quadrã
gulũ duplex. menſure palmi. ⁊ poſuit in eo gẽ⸗
maruꝫ ordines quattuor. In primo verſu erat
ſardius. thopaci⁹. ſmaragdus. In ſcđo carbũ
culus. ſapphyrus. iaſpiſ. In tertio liguri⁹ acha
thes. amethiſtus. In quarto chryſolithus. ony
chinus ⁊ berillus: circũdati ⁊ incluſi auro p or
dines ſuoſ. Ipſiq; lapides duodeci ſculpti erãt
nõibus duodeciꝫ tribuũ iſrl': ſinguli per nomia
ſinguloꝝ. Fecerũt in rationali ⁊ cathenulas ſi⸗
bi inuicem coherentes de auro puriſſimo ⁊ duoſ
vncinos. totidemq; annulos aureos. Porro
annulos poſuerunt in vtroq; latere rationalis
ex quibus penderent due cathene auree quas ĩ
ſeruerũt vncinis q in ſuperhumeralis angulis
eminebant. Hec ⁊ ante ⁊ retro ita ꝯueniebant
ſibi: vt ſuperhumerale ⁊ rationale mutuo ne⸗
cterent: ſtricta ad baltheũ ⁊ annulis fortius co⸗
pulata. quos iungebat vitta hyacinthina ne la⸗
xa fluerẽt ⁊ a ſe inuiceꝫ mouerent ſicut p̃cepit dñſ
moyſi. Fecerũt quoq; tunicã ſuphumeralis: to
taꝫ hyacinthinã. ⁊ capitiũ i ſupiori pte ꝯtra me
diũ: oramq; p gyrũ capitij textilẽ: deorſuꝫ aũt ad
pedes malapunica ex hyacintho. purpura. ver
miculo ac byſſo retorta. ⁊ tintinnabula de auro
puriſſimo. q̃ poſuerũt inter malogranata in ex
trema parte tunice p gyrũ: tintinnabulũ autem
aureũ ⁊ malũpunicũ: qbus ornatus incedebat
põtifex qñ miniſterio fungebat̃: ſicut p̃cepit dñſ
moyſi. Fecerunt ⁊ tunicas byſſinas opere tex⸗
tili aaron ⁊ filijs ei⁹. ⁊ mitras cũ coronulis ſuis
ex byſſo. feminalia quoq; linea byſſina. cingu
lum vo de byſſo retorta: hyacintho. purpura
ac vmiculo diſtinctum arte plumaria ſicut p̃ce
perat dñs moyſi. Fecerũt ⁊ laminã ſacre vene⸗
ratiõis de auro puriſſimo: ſcripſerũtq; ĩ ea ope
re gẽmario ſanctũ dñi. ⁊ ſtrinxerunt eam cũ mi
tra vitta hyacinthina. ſicut preceperat dominuſ
moyſi. perfectũ ẽ igit̃ oẽ opus tabernaculi ⁊ te
cti teſtimonij. Feceruntq; filij iſrl' cũcta q̃ p̃cepe
rat dñs moyſi. ⁊ obtulerũt tabernaculum ⁊ te⸗
ctum. ⁊ vniuerſam ſuppellectilẽ: annulos. ta⸗
bulas. vectes. colũnas ac baſes. opertorium de
pellibus arietũ rubricatis. ⁊ aliud operimentũ
de hyacinthinis pellibus: velũ archam. vectes
ꝓpitiatoriũ. menſam cũ vaſis ſuis ⁊ ꝓpoſitio⸗
nis panibus. candelabrum. lucernas. ⁊ vtenſi
lia earũ cũ oleo. altare aureum ⁊ vnguentum ⁊
thymiama ex aromatibus. ⁊ tentorium in in⸗
troitu tabernaculi. altare eneum. retiaculũ ve⸗
ctes ⁊ vaſa eius omnia labrum cum baſi ſuo: tẽ
toria atrij ⁊ columnas cum baſibus ſuis. tento
rium in introitu atrij funiculoſq; illius ⁊ paxil
los. Nihil ex vaſis defuit que in miniſterium
tabernaculi ⁊ in tectum federis iuſſa ſunt fieri.
Veſtes quoq; quibus ſacerdotes vtuntur in
ſanctuario. aaron .ſ. ⁊ filij eius. obtulerunt filij
iſrael. ſicut preceperat dominus. Que poſtq̃
moyſes cuncta vidit completa. benedixit eis.

Locutuſq; eſt do XL
minus ad moyſen dicens. Menſe pri
mo prima die menſis. eriges taberna⸗
culum teſtimonij. ⁊ pones in eo archaꝫ. dimit
tesq; ante illam velum. ⁊ illata menſa pones ſu
per eam que rite precepta ſunt. Candelabrum
ſtabit cum lucernis ſuis. ⁊ altare aureum i quo
adoletur incenſũ: coram archa teſtimonij. Tẽ⸗
torium in introitu tabernaculi pones. ⁊ ante il
lud altare holocauſti. Labꝛuꝫ int altare ⁊ taber
naculum: quod implebis aqua. Circundabiſ⸗
q; atrium tentorijs ⁊ ingreſſum eius. Et aſſũ⸗
pto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum
vaſis ſuis: vt ſanctificentur altare holocauſti ⁊
omnia vaſa eius: labrum cum baſi ſua. Om⸗
nia vnctiõis oleo conſecrabis vt ſint ſancta ſan
ctorum. Applicabiſq; aaron ⁊ filios eius ad fo⸗
res tabernaculi teſtimonij. ⁊ lotos aqua indu⸗
es ſanctis veſtibus vt miniſtrẽt mihi: ⁊ vnctio
eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat.
Fecitq; moyſes omnia que preceperat domi⸗
nus. Igitur menſe primo anni ſecundi. prima
die menſis. collocatum eſt tabernaculum. Ere
xitq; moyſes illud ⁊ poſuit tabulas. ac baſes ⁊
vectes: ſtatuitq; columnas ⁊ expandit tectũ ſu
per tabernaculum. impoſito deſuper operimẽ
to: ſicut dominus imperauerat. Poſuit ⁊ teſti
monium in archa. ſubditis infra vectibus. et
oraculum deſuper. Cumq; intuliſſet archam in
tabernaculum teſtimonij. appendit ante eũ ve
lũ vt expleret domini iuſſionem. Poſuit ⁊ mẽ
ſam in tabernaculo teſtimonij ad plagam ſeptẽ
trionalem extra velum: ordinatis coram ꝓpo⸗
ſitionis panibus: ſicut preceperat domin⁹ moy
ſi. Poſuit ⁊ candelabrum in tabernaculo teſti
monij e regione menſe in parte auſtrali: locatiſ
per ordinem lucernis iuxta preceptũ domini.
Poſuit ⁊ altare aureũ ſub tecto teſtimonij con
tra velũ. et adoleuit ſuper eo incenſũ aromatũ:
ſicut iuſſerat dominus moyſi. Poſuit et tento
rium in introitu tabernaculi et altare holocau⸗

ſti in veſtibulo teſtimonij: offerens in eo holo
cauſtum et ſacrificia vt dominus imperauerat
Labrum quoq; ſtatuit inter tabernaculu; teſti
monij et altare implens illud aqua: lauerunt q;
in eo moyſes et aaron ac filij eius manus ſu/
as et pedes cum ingrederentur tectū federis.
et accederent ad altare: ſicut preceperat domi/
nus moyſi. Erexit et atrium per gyrum taber
naculi et altaris: ducto in introitu eius tētorio
Poſtq; omnia perfecta ſunt operuit nubes ta
bernaculum teſtimonij: et gloria domini imple
uit illud. Nec poterat moyſes ingredi tectū fe/
deris nube operiēte omnia: et maieſtate domi
ni coruſcante quia cuncta nubeſ operuerat. Si
quando nubes tabernaculū deſerebat: ꝓficiſ/
cebant filij iſrael per turmas ſuas. Si pende/
bat deſuper: manebāt in eodem loco. Nubes
quippe domini incubabat per diē tabernaculo
et ignis in nocte: videntib⁹ cunctis pplis iſrael
per cūctas manſiones ſuas.

ℭ Explicit liber exodi. Incipit vaie
cra. i. liber leuiticus. Capitulū I

Vocauit autem
moyſen. et locutus ē ei domi
nus de tabernaculo teſtimo/
nij dicēs. Loquere filijs iſra
el. et dices ad eos. Homo q
obtulerit ex vobis hoſtiam domino de pecori/
bus. i. de bobus et ouibus offerens victimas:
ſi holocauſtum fuerit eius oblatio ac de armē
to, maſculum immaculatum offeret ad hoſtiu;
tabernaculi teſtimonij ad placandum ſibi do/
minu;. Ponet q; ſuper caput hoſtie manus et
acceptabilis erit: atq; in expiationem eius ꝓfi
ciens. Immolauit q; vitulum coram domino
et offerent filij aaron ſacerdotis ſanguinem ei⁹
fundentes per altaris circuitum: quod eſt ante
oſtiu; tabernaculi. Detracta q; pelle hoſtie. ar
tus in fruſta concident: et ſubijcient in altari.
ignem ſtrue lignorum ante compoſita et mem
bra que ſunt ceſa deſuper ordinantes. caput vi
delicet et cuncta que adherent iecori. inteſtinis
et pedibus lotis aqua: adolebit q; ea ſacerdos
ſuper altare in holocauſtu; et ſuauem odorem
domino. Qđ ſi de pecoribus oblatio eſt de oui
bus ſiue de capris holocauſtum: agnū anniculu;
et abſq; macula offeret: immolabit q; ad la
tus altaris qđ reſpicit ad aquilonem coram do
mino. Sanguinē; vero illi⁹ fundēt ſup altare
filij aaron ꝑ circuitū: diuident q; mēbra. caput
et omnia q̄ adherēt iecori. et imponēt ſuper li/
gna qb⁹ ſubijciendus eſt ignis. Inteſtina vero
et pedes lauabūt aqua. et oblata oia adolebit ſa
cerdos ſup altare i holocauſtū ⁊ odorē ſuauiſſi
mū dño. Si āt de auib⁹ holocauſti oblatio fue/
rit dño. de turturib⁹ et pulliſ colūbe offeret eā ſa
cerdoſ ad altare et retorto ad collū capite. ac ru
pto vulneriſ loco. decurrē faciet ſanguinē ſup
crepidinē altariſ. veſiculam vero gutturiſ ⁊ plu
mas ꝓijciet ꝓpe altare ad orietalē plagā. in lo
co i q̄ cineres effūdi ſolēt. Cōfringet q; aſcellas
ei⁹: et nō ſecabit: neq; ferro diuidet eā. et adole
bit ſup altare lignis igne ſuppoſito. Holocau
ſtū ē ⁊ oblatio ſuauiſſimo odoris dño. II
Anima cū obtulerit oblationē ſacrificij
dño: ſimila erit ei⁹ oblatio. Fundet q;
ſup eā oleū. ⁊ ponet thus ac deferet ad
filios aaron ſacerdotiſ. Quoꝝ vn⁹ tollet pugil
lū plenū ſimile ⁊ olei ac totū thus. ⁊ ponet me/
moriale ſup altare in odorē ſuauiſſimum dño.
Qđ aūt reliquū fuerit de ſacrificio. erit aaron ⁊
filioꝝ ei⁹ ſctm ſcōꝝ de oblatiōib⁹ dño. Cū autē
obtuleris ſacrificiū coctum in clibano de ſimila
panes. ſ. abſq; fermēto ꝯſpſos oleo: ⁊ lagana
azima oleo lita: ſi oblatio tua fuerit de ſartagine
ſimile ꝯſperſe oleo ⁊ abſq; fermēto: diuideſ eā
minutatim ⁊ fūdes ſup eā oleū. Si aūt de crati
cula fuerit ſacrificiū: eq̄ ſimila oleo ꝯſpget: quā
offerēs dño. trades manib⁹ ſacerdotiſ. Qui cū
obtulerit eam. tollet memoriale de ſacrificio: ⁊
adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis dño
Quicquid aūt reliquū ē. erit aaron ⁊ filioꝝ ei⁹
ſanctū ſcōꝝ de oblatiōib⁹ dñi. Omis oblatio qui
offerř dño abſq; fermēto fiet. nec qcq̄ȝ fermen
ti ac mellis adolebiř i ſacrificio dñi. Primitias f
tm̄ coꝝ offeretis ac munera: ſup altare vero nō
imponent in odorē ſuauitatis. Quicqd obtu/
leris ſacrificij ſale cōdies: nec auferes ſal fede/
ris dei tui de ſacrificio tuo. In oī oblatiōe offe
res ſal. Si autem obtuleris munus ꝑmitiaru;
frugū tuarū dño. de ſpicis adhuc virentibus:
torrebis eas igni: ⁊ confringes in morē farris
⁊ ſic offeres ꝑmitias tuas dño. fūdēs ſuper ea
oleū. ⁊ thus imponēs: quia oblatio dñi eſt: de
qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris
ꝑtē farris fracti: ⁊ olei ac totū thus. III
Quod ſi hoſtia pacificorum fuerit eius
oblatio: ⁊ de bobus voluerit offerre.
marem ſiue feminam: īmaculata offe/
ret coram domino. Ponet q; manū ſuper ca/
put victime ſue. que immolabiř in introitu taber
naculi. Fūdent q; filij aaron ſacerdotis ſangui
nē ꝑ altaris circuitū. ⁊ offerent de hoſtia pacifi

corum in oblatiōe dn̄o adipem qui operit vita/
lia. ⁊ q̄cq̄d pinguedinis eſt intrinſecuſ. duos re
nes cū adipe quo teguntᷣ ilia: ⁊ reticulū iecoris
cū renunculis: adolebuntq̄ ea ſup altare i holo
cauſtum lignis igne ſuppoſito in oblationē ſua
uiſſimi odoris domino. Si vero de ouibus fue/
rit eius oblatio ⁊ pacificoꝝ hoſtia: ſiue maſculū
obtulerit ſiue feminam: immaculata erūt omnia.
Si agnū obtulerit corā dn̄o: ponet manum ſuā
ſuper caput victime ſue: que immolabitᷣ in ve/
ſtibulo tabernaculi teſtimonij. Fundentq̄ filij
aaron ſanguinē eius per circuitū altaris. ⁊ offe
rent de pacificorū hoſtia ſacrificiū domino. adi
pē ⁊ caudā totā cū renibus. ⁊ pīguedinē q̄ ope
rit ventrē atq̄ vniuerſa vitalia. ⁊ vtrūq̄ renū
culū cū adipe q̄ ē iuxta ilia: reticulūq̄ iecoris cū
renūculis. ⁊ adolebit ea ſacerdos ſuper altare i
pabulum ignis ⁊ oblationis dn̄i. Si capra fue/
rit eius oblatio ⁊ obtulerit eam domino: ponet
manum ſuam ſuper caput eiꝰ: immolabitq̄ eam
in introitu tabernaculi teſtimonij: ⁊ fundēt filij
aaron ſanguinē eius ꝑ altaris circuitū: tollētq̄
ex ea in paſtū ignis dominici adipem q̄ opit vē
trem ⁊ q̄ tegit vniuerſa vitalia. duos renuncu/
los cū reticulo qđ eſt ſuper eos iuxta ilia. ⁊ arui
nam iecoris cum renunculis: adolebitq̄ ea ſup
altare ſacerdos i alimoniam ignis ⁊ ſuauiſſimi
odoris. Omnis adeps dn̄i erit iure ꝑpetuo ī gene
ratiōib9 ⁊ cūctis habitaculis vr̄is: nec ſanguinē
nec adipē omnino comedetis. IIII.

Locutuſq̄ eſt dn̄s ad moyſen dicens:
Loquere filijs iſrael Aīa q̄ peccauerit
ꝑ ignorantiā. ⁊ de vniuerſis mandatiſ
dn̄i q̄ p̄cepit vt nō fierent. q̄ppiam fecerit. ſi ſa/
cerdos q̄ vnctus eſt peccauerit delinquere faci/
ens ppl̄m. offeret ꝓ pctō ſuo vitulum immacula
tū dn̄o. Et adducet illū ad oſtiū tabernaculi te
ſtimonij corā dn̄o: ponetq̄ manū ſuper caput
eius. ⁊ immolabit eū dn̄o. Hauriet quoq̄ de ſā
guine vituli inferēs illū in tabernaculū teſtimo
nij. Cūq̄ intinxerit digitū in ſanguinē. aſꝑget
eū ſepties corā dn̄o. ꝯtra velū ſctuarij. Ponet
q̄ de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thy
miamatis gratiſſimi dn̄o. qđ eſt in tabernaculo
teſtimonij. Omnē aūt reliquū ſanguinem fun/
det in baſim altaris holocauſti in īroitu taber/
naculi. Et adipē vituli offeret ꝓ pctō. tam eū q̄
vitalia opit q̄ oīa q̄ intrinſecus ſūt. duos renū
culos ⁊ reticulū qđ eſt ſupra eos iuxta ilia. ⁊ adi
pem iecoris cū renunculis. ſicut offerṫ de vitu
lo hoſtie pacificoꝝ. ⁊ adolebit ea ſuper altare ho
locauſti. Pellem vero ⁊ oēs carnes cū capite

⁊ pedibus ⁊ inteſtinis ⁊ fimo ⁊ reliquo corpo/
re. efferet extra caſtra in locū mundū vbi cine/
res effundi ſolent: incendetq̄ ea ſup lignorum
ſtruem: q̄ in loco effuſoꝝ cinerū cremabuntur.
Quod ſi oīs turba filioꝝ iſrael ignorauerit ⁊ ꝑi
pitiā fecerit qđ ꝯ mādatū dn̄i ē. ⁊ poſtea itelle/
xerit peccatū ſuū: offeret ꝓ pctō ſuo vitulū. Ad
ducetq̄ eū ad oſtiū tabernaculi. ⁊ ponēt ſenio
res populi manꝰ. ſup caput eiꝰ corā dn̄o. Im/
molatoq̄ vitulo i ꝯſpectu dn̄i. inferet ſacerdos
q̄ vnctus ē de ſanguine eiꝰ in tabernaculū teſti
monij: tincto digito aſꝑgens ſepties ꝯtra velū
Ponetq̄ de eodē ſanguine i cornibus altaris
qđ ē corā dn̄o in tabernaculo teſtimonij. Reli
quū aūt ſanguinē fūdet iuxta baſim altaris ho/
locauſtoꝝ. qđ ē in oſtio tabernaculi teſtimonij
Omnēq̄ eiꝰ adipē tollet ⁊ adolebit ſuper altā/
re ſic faciēs ⁊ de hoc vitulo quo fecit ⁊ prius. ⁊
rogāte ꝓ eis ſacerdote ꝓpitiꝰ erit ei dn̄s. Ipm
aūt vitulū efferet extra caſtra atq̄ cōburet ſicut
⁊ priorem vitulū. q2 ē ꝓ peccato multitudinis.
Si peccauerit p̄nceps ⁊ fecerit vnū e pluribus
ꝑ ignorantiā qđ dn̄i lege ꝓhibetᷣ. ⁊ poſtea intel
lexerit peccatū ſuū: offeret hoſtiā dn̄o hircum đ
capris immaculatum: ponetq̄ manū ſuā ſuper
caput eius. Cūq̄ immolauerit eū in loco vbi ſo/
let mactari holocauſtū corā domino q2 ꝓ pecca
to eſt. tinget ſacerdos digitū in ſanguine hoſtie
ꝓ peccato tangens cornua altaris holocauſti ⁊
reliquū fundens ad baſim eius: adipē vero ado
lebit ſupra. ſicut in victimis pacificoꝝ fieri ſo/
let. Rogabitq̄ ꝓ eo ſacerdos ⁊ ꝓ peccato eiuſ
⁊ dimitteṫ ei. Quod ſi peccauerit aīa ꝑ ignorātiā
de populo terre vt faciat q̄cq̄ de his q̄ dn̄i lege
ꝓhibentᷣ atq̄ delinquat ⁊ cognouerit pctm̄ ſuū
offeret caprā immaculatā: ponetq̄ manꝰ ſup ca/
put hoſtie q̄ ꝓ pctō ē. ⁊ immolabit eā in loco ho/
locauſti. Tolletq̄ ſacerdos de ſanguine in di/
gito ſuo: ⁊ tangēs cornua altaris holocauſti re
liquū fundet ad baſim eiꝰ. Omnē aūt adipē au/
ferēs. ſicut auferri ſolet de victimis pacificoꝝ.
adolebit ſup altare in odorē ſuauitatis dn̄o: ro
gabitq̄ ꝓ eo ⁊ dimitteṫ ei. Si aūt de pecoribuſ
obtulerit victimā ꝓ pctō. ouē. ſ. immaculatā. po
net manū ſup caput eius ⁊ immolabit eā in loco
vbi ſolēt cedi holocauſtoꝝ hoſtie. Sumetq̄ ſa
cerdos de ſanguine eiꝰ digito ſuo. ⁊ tangēs cor
nua altaris holocauſti. reliquū fūdet ad baſim
eius. Omnē quoq̄ adipē auferēs. ſicut auferri
ſolet adeps arietis q̄ immolaṫ ꝓ pacificis: crema
bit ſup altare incenſū dn̄i. rogabitq̄ ꝓ eo ⁊ ꝓ
peccato eiꝰ ⁊ dimitteṫ ei. V

SI peccauerit anima ⁊ audierit vocē iu
rantis. teſtiſqꝫ fuerit: q ipſe vidit: aut
conſcius eſt: niſi indicauerit portabit i
niquitatem ſuam. Anima que tetigerit aliquid i
mmundū. ſiue quod occiſuꝫ a beſtia eſt aut per ſe
mortuū aut quodlibet aliud reptile. ⁊ oblita fu
erit immundicie ſue. rea eſt. ⁊ deliquit. ⁊ ſi tetige
rit qcqꝫ de immūdicia hoīs iuxta omnē īpuritatē
q̄ pollui ſolet. oblitaqꝫ cognouerit poſtea ſubia
cebit delicto. Anima q̄ iurauerit ⁊ ꝓtulerit la/
bijs ſuis vt vel male quid faceret. vl' bene ⁊ nō
fecerit. ⁊ idipſm iuramento ⁊ ſmone firmaue/
rit oblitaqꝫ poſtea intellexerit delictū ſuū: agat
pniām ꝓ peccato. ⁊ offerat de gregibꝰ agnā ſi/
ue caprā: orabitqꝫ ꝓ ea ſacerdos ⁊ ꝓ peccato
eius. Sin aūt nō potuerit offerre pecꝰ: offerat
duos turtures vel duos pullos colūbarū dn̄o.
vnū ꝓ peccato. ⁊ alterū in holocauſtū. dabitqꝫ
eos ſacerdoti: qui pmū offerēs ꝓ pctō. retorq
bit caput eiꝰ ad pēnulas. ita vt collo adhereat ⁊
nō penitus abrumpatᷣ. ⁊ aſperget de ſanguine
eius parietem altaris. Quicqd aūt reliquū fue
rit faciet diſtillare ad fundamentū eius: qꝛ pro
pctō eſt. Alterū vero in holocauſtum adolebit
vt fieri ſolet: rogabitq; ꝓ eo ſacerdos ⁊ ꝓ pec
cato eiꝰ ⁊ dimitteᷣ ei. Qđ ſi nō qͥuerit manꝰ eiꝰ
duos offerre turtures: aut duos pullos colum
barū: offeret ꝓ pctō ſuo ſimile ptē ephi decimā
Nō mittet in eā oleum nec thuris aliquid im/
ponet. quia ꝓ pctō eſt: tradetqꝫ eā ſacerdoti. q
plenuꝫ ex ea pugillū hauriens cremabit ſuper
altare in monimentum eiꝰ q obtulerit. rogās ꝓ
illo ⁊ expiās. reliquā vero partem ipſe habebit
in munere. Locutuſqꝫ ē dominꝰ ad moyſen di
cens. Anima ſi pꝛeuaricās cerimonias ꝑ erro
rē in his q̄ dn̄o ſunt ſanctificata peccauerit offe
ret ꝓ delicto ſuo arietem immaculatū de gregibꝰ
q emi poteſt duobꝰ ſiclis iuxta pōdus ſanctua/
rij. ipſumqꝫ qđ intulit dāni reſtituet. ⁊ qͥntā ptē
ponet ſupra tradēs ſacerdoti q rogabit ꝓ eo of
ferens arietē. ⁊ dimitteᷣ ei. Aīa q̄ peccauerit ꝑ
ignorantiā feceritqꝫ vnū ex his q̄ dn̄i lege ꝓhi
benᷣ. ⁊ peccati rea itellexerit iniqtatē ſuā: offe
ret arietē imaculatū de gregibꝰ ſacerdoti iuxta
menſuram eſtimationēqꝫ peccati: q orabit ꝓ eo
qꝛ neſciens fecerit. ⁊ dimitteᷣ ei qꝛ per errorem
deliquit in dominū. VI

LOcutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens.
Anima q̄ peccauerit. ⁊ ↄtēpta dn̄o ne
gauerit proximo ſuo depoſitum. qđ fidei
eius creditū fuerat vel vi aliquid extorſerit: aut
calūniā fecerit. ſiue rem perditam inuenerit. ⁊
inficiās inſuper peierauerit. ⁊ quodlibet aliud
ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare ho
mines reddet omnia q̄ per fraudem voluit ob
tinere integra. ⁊ qͥntā inſuper partē dn̄o cui dā
nū intulerat. Pro peccato aūt ſuo offeret arie/
tē īmaculatū de grege. ⁊ dabit eū ſacerdoti iuxᷓ
eſtimationeꝫ menſuramqꝫ delicti: qui rogabit
ꝓ eo coram domino. ⁊ dimitteᷣ illi ꝓ ſingulis
que faciēdo peccauit. Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moy
ſen dicens. Precipe aaron ⁊ filijs eius. Hec
eſt lex holocauſti. Cremabiᷣ in altari tota nocte
vſqꝫ mane. Ignis ex eodē altari erit. Veſtieᷣ
tunica ſacerdos ⁊ feminalibꝰ lineis. tolletqꝫ ci
neres quos vorans ignis exuſſit. ⁊ ponens iu
xta altare ſpoliabiᷣ pꝛioribus veſtimentis. indu
tuſqꝫ alijs efferet eos extra caſtra. ⁊ in loco mū/
diſſimo vſqꝫ ad fauillā cōſumi faciet. Ignis au
tē in altari ſemꝑ ardebit quē nutriet ſacerdos:
ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. ⁊ i/
poſito holocauſto deſuꝑ. adipes adolebit paci/
ficoꝝ. Ignis eſt iſte ꝑpetuus: q nunqꝫ deficiet
i altari. Hec ē lex ſacrificij ⁊ libamētoꝝ q̄ offe
rent filij aaron corā dn̄o ⁊ coram altari. Tollet
ſacerdos pugillū ſimile q̄ cōſperſa eſt oleo. ⁊ to
tū thus qđ ſuꝑ ſimilā eſt: adolebitqꝫ illud in al
tari in monimentū odoris ſuauiſſimi domino.
Reliquā aūt partē ſimile comedet aaron cū fi/
lijs ſuis abſqꝫ fermento. ⁊ comedet in loco ſan
cto in atrio tabernaculi. Ideo aūt nō fermenta
biᷣ. qꝛ pſ eiꝰ i dn̄o offerᷣ incenſū. Sāctū ſctōꝝ
erit ſicut ꝓ pctō atqꝫ delicto. Mares tm̄ ſtirpiſ
aaron comedēt illud. Legitimū ac ſempiternū
erit in generatiōibꝰ vr̄is đ ſacrificijs dn̄i. Ois
q tetigerit illa ſanctificabiᷣ. Locutuſqꝫ eſt dn̄s
ad moyſen dicens. Hec ē oblatio aaron ⁊ filio
rū eiꝰ: quā offerre debēt dn̄o i die vnctiōis ſue
Decimaꝫ partē ephi offerēt ſimile in ſacrificio
ſempiterno. Mediū eiꝰ mane ⁊ mediū eiꝰ veſpe
q̄ i ſertagine oleo cōſpſa frigeᷣ. Offeret aūt eā
calidā in odorē ſuauiſſimū dn̄o. ſacerdos q iu/
re patri ſucceſſerit: ⁊ tota cremabiᷣ i altari. Oē
eni ſacrificiū ſacerdotū igne cōſumeᷣ. nec qſqꝫ
comedet ex eo. Locutus eſt aūt dn̄s ad moyſen
dicēs. Loquere aaron ⁊ filijs eius. Iſta eſt lex
hoſtie ꝓ peccato. In loco vbi offerᷣ holocau/
ſtū: imolabiᷣ corā dn̄o. Sanctū ſcōꝝ ē. Sacer
dos q offert comedet eam in loco ſcō in atrio ta
bernaculi. Quicqd tetigerit carnes eiꝰ ſanctifi
cabiᷣ. Si de ſanguine illiꝰ veſtis fuerit aſpſa la
uabiᷣ in loco ſcō. Vas aūt fictile in quo cocta ē
cōfringeᷣ. Qđ ſi vas eneū fuerit. defricabiᷣ et
lauabiᷣ aqua. Ois maſculus de genere ſacer/

dotali veſcet̃ de carnibus eius: q2 ſcm̄ ſanctorū
eſt. Hoſtia .n. q̄ cedit̃ ꝓ pctō: cuius ſanguis in
fert̃ in tabernaculū teſtimonij ad expiandū i ſā/
ctuario: nō comedet̃. ſed ꝯburet̃ igni. VII
HEc quoqȝ eſt lex hoſtie ꝓ delicto. Scā
ſcōꝝ ē. Jdcirco vbi imolabit̃ holocau/
ſtū: mactabit̃ ⁊ victima pro delicto. Sā
guis eius per gyrum altaris fundet̃. Offerent
ex ea caudā ⁊ adipeȝ qui operit vitalia: duos re
nūculos ⁊ pinguedinē q̄ iuxta ilia eſt reticulum
qȝ iecoris cū renunculis: ⁊ adolebit ea ſacerdoſ
ſuper altare. Jncenſum eſt dn̄i ꝓ delicto. Ois
maſculus de ſacerdotali genere ī loco ſcō veſce
tur his carnibus: q2 ſcm̄ ſcōꝝ eſt. Sicut ꝓ pctō
offert̃ hoſtia: ita ⁊ pro delicto. Vtriuſqȝ hoſtie
lex vna erit. Ad ſacerdotē q eā obtulerit ꝑtine/
bit. Sacerdos q offert holocauſti victimam: ha-
bebit pellē eiꝰ. Et oē ſacrificiū ſimile qd coquit̃
in clibano. quicqd in craticula vel in ſartagine
ꝑparat̃. eius erit ſacerdotis a quo offertur: ſiue
oleo ꝯſpſa ſiue arida fuerit. Cūctis filijs aaron
mēſura eq̄ ꝑ ſingulos diuidet̃. Hec eſt lex ho/
ſtie pacificoꝝ q̄ offert̃ dn̄o. Si ꝓ grāꝝ actione
oblatio fuerit: offerēt panes abſqȝ fermēto. cō
ſpſos oleo: ⁊ lagana azima vncta oleo. coctāqȝ
ſimilam ⁊ collyridas olei admixtione ꝯſperſas
panes quoqȝ fermētatos cū hoſtia grāꝝ que im
molat̃ ꝓ pacificis: ex qbus vnus ꝓ p̄mitijs of
fert̃ dn̄o. ⁊ erit ſacerdotis q fundet hoſtie ſāgui
nem. Cuius carnes eadē comedent̃ die: nec re
manebit ex eis qcq̄ȝ vſqȝ mane. Si voto vl' ſpō
te qſpiam obtulerit hoſtiam: eadē ſilr̄ edetur
die. Sed ⁊ ſi qd in craſtinū remanſerit. veſci li
citū eſt. Quicqd aūt t̄ius inuenerit dies. ignis
abſumet. Siquis de carnibus victime pacifico
rū die tertio comederit: irrita fiet eiꝰ oblatio nec
proderit offerenti. qn potiꝰ q̄cūqȝ anima tali ſe
edulio contaminauerit. p̄uaricatiōis rea erit
Caro que aliquid tetigerit immundū non come/
det̃: ſed comburet̃ igni. Qui fuerit mūdus ve
ſcet̃ ex ea. Anima polluta q̄ ederit de carnibus
hoſtie pacificoꝝ que oblata eſt domino. ꝑibit d'
ppl'is ſuis: ⁊ que tetigerit immundiciam hominiſ
vel iumenti ſiue oīſ rei que polluere poteſt. ⁊ co
mederit de huiuſcemodi carnibus: interibit de
ppl'is ſuis. Locutuſqȝ eſt dn̄s ad moyſen dicēſ
Loquere filijs iſrael. Adipē ouis ⁊ bouis ⁊ ca
pre non comedetis. Adipē cadaueris mortici/
ni ⁊ eius aīalis qd a beſtia captū eſt: habebitis
in varios vſus. Si quis adipē q offerri debet i
cenſum dn̄i comederit. ꝑibit de pplo ſuo. San
guinē quoqȝ oīs aīalis nō ſumetis in cibo. tā d'
auibus q̄ȝ de pecoribus. Omnis anima q̄ ede
rit ſanguinem. peribit de populis ſuis. Locu/
tuſqȝ eſt dominus ad moyſen dicens. Loque/
re filijs iſrael dicens. Qui offert victimam pa
cificorum domino: offerat ſimul ⁊ ſacrificiū .i.
libamenta eius. Tenebit manibus adipem ho
ſtie. ⁊ pectuſculum. Cūqȝ ambo oblata domi/
no ꝯſecrauit: tradet ſacerdoti. q adolebit adipē
ſuꝑ altare: pectuſculum autem erit aaron ⁊ fili/
orum eius. Armus quoqȝ dexter de pacifico/
rum hoſtijs. cedet in p̄mitias ſacerdot̃. Qui
obtulerit ſanguinem ⁊ adipem filiorum aaron
ipſe habebit ⁊ armum dextrum in portione ſua
Pectuſculum enim eleuationis ⁊ armum ſe/
parationis tuli a filijs iſrael de hoſtijs eoꝝ pa/
cificis. ⁊ dedi aaron ſacerdoti ⁊ filijs eius lege
perpetua ab omni populo iſrael. Hec ē vnctō
aaron ⁊ filiorum eiꝰ in cerimonijs domini: die
quo obtulit eos moyſes vt ſacerdotio fungerē/
tur. ⁊ que precepit eis dari dominꝰ a filijs iſra/
el religione perpetua in generationibus ſuis.
Jſta ē lex holocauſti ⁊ ſacrificij ꝓ peccato atqȝ
delicto. ⁊ ꝓ conſecratiōe ⁊ pacificoꝝ victimis:
quā cōſtituit dn̄s moyſi in monte ſynai qn̄ mā/
dauit filijs iſrael vt offerēt oblatiōes ſuas dn̄o
in deſerto ſynai. VIII
LOcutuſqȝ eſt dominus ad moyſen di/
cens. Tolle aaron cum filijs ſuis. ve/
ſtes eorum ⁊ vnctionis oleū. vitulū ꝓ
peccato. duos arietes. caniſtrum cum azimis.
⁊ congregabis omnem cetum iſrael ad oſtium
tabernaculi. Fecit moyſes vt dominus impe/
rauerat: cōgregataqȝ oi turba ante fores taber
naculi ait. Jſte eſt ſmo quem iuſſit dominꝰ fie/
ri. Statimqȝ obtulit aaron ⁊ filios eius. Cūqȝ la
uiſſet eos. veſtiuit pontificem ſubucula linea ac
cingens eum baltheo. ⁊ induens eum tunica
hyacinthina. ⁊ deſuper humerale impoſuit: qd
aſtringēs cingulo aptauit rationali in quo erat
doctrina ⁊ veritas. Cydari quoqȝ texit caput.
⁊ ſuper eam contra frontem poſuit laminā au/
ream conſecratam in ſanctificatione. ſicut pre/
ceperat ei dominus. Tulit ⁊ vnctionis oleum
quo liniuit tabernaculum cū omni ſupellectili
ſua. Cūqȝ ſanctificans aſperſiſſet altare ſepteȝ
vicibus. vnxit illud ⁊ omnia vaſa eius: labrū/
qȝ cū baſi ſua ſanctificauit oleo. Quod fundens
ſuper caput aaron: vnxit eū ⁊ conſecrauit. Fili
os quoqȝ eius oblatos. veſtiuit tunicis lineis ⁊
cinxit baltheis: impoſuitqȝ mitras vt iuſſerat do
minus. Obtulit ⁊ vitulū ꝓ peccato. Cūqȝ ſu/
per caput eius poſuiſſet aaron ⁊ filij eius ma/

nus ſuas: immolauit eum hauriens ſanguinē
⁊ tincto digito tetigit cornua altaris per gyrū.
Quo expiato ⁊ ſanctificato: fudit reliquum ſan
guinem ad fundamenta eius. Adipem vero q
erat ſuper vitalia ⁊ reticulū iecoris: duoſq; re/
nunculos cum aruinulis ſuis adoleuit ſuper al
tare. vitulum cum pelle ⁊ carnibus ⁊ fimo cre/
mans extra caſtra. ſicut preceperat dominus.
Obtulit ⁊ arietem in holocauſtum. Super cu
ius caput cum impoſuiſſet aaron ⁊ filij eiꝰ ma/
nus ſuas. immolauit eum. ⁊ fudit ſanguinem
eius per circuitum altaris. Ipſumq; arietem in
fruſtra concidens. caput eius ⁊ artus ⁊ adipē
adoleuit igni: lotis prius inteſtinis ⁊ pedibus.
Totūq; ſimul arietem incendit ſuper altare. eo
ꝙ eſſet holocauſtū ſuauiſſimi odoris domino.
ſicut preceperat ei. Obtulit ⁊ arietem ſecūdum
in conſecrationem ſacerdotum: poſuerūtq; ſu/
per caput eius aaron ⁊ filij eius manus ſuas.
Quem cū immolaſſet moyſes ſumens de ſan
guine eius. tetigit extremū auricule dextre: aa/
ron ⁊ pollicē manus eius dextre ſimiliter ⁊ pe
dis. Obtulit ⁊ filios aaron. Cūq; de ſangui/
ne arietis immolati tetigiſſet extremū auricule
ſingulorꝫ dextri ⁊ pollices manus ac dextre pe
dis: reliquū fudit ſuper altarē per circuitū. Adi
pem vero ⁊ caudam omnēq; pinguedinē que
operuit inteſtina: reticulūq; iecoris ⁊ duos re/
nes cū adipibus ſuis ⁊ armo dextro ſeperauit.
Tollens aūt de caniſtro azimorꝫ quod erat co/
rā domino panes abſq; fermento ⁊ collyridā
cōſperſam oleo laganūq;. poſuit ſuper adipes
⁊ armū dextrū tradens ſimul omnia aaron ⁊ fi
lijs eius. Qui poſtq̄ȝ lauauerūt ea corā domi/
no rurſū ſuſcepta de manibus eorꝫ. adoleuit ſu
per altare holocauſti: eo ꝙ conſecrationis eēt ob
latio in odorē ſuauitatis ſacrificij domino. Tu
litq; pectuſculū eleuans illud coram domino d'
ariete conſecrationis in partem ſuam ſicut pre/
ceperat ei dominus. Aſſumenſq; vnguentū ⁊
ſanguinem qui erat in altari aſperſit ſup aaron
⁊ veſtimēta eius ⁊ ſuper filios illius ac veſtes
eorꝫ. Cūq; ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo. pre
cepit eis dicens. Coquite carnes ante fores ta/
bernaculi ⁊ ibi comedite eas. Panes q̄ȝ con/
ſecrationis edite q poſiti ſūt in caniſtro. ſicut p̄
cepit mihi dominus dicens. Aaron ⁊ filij eius
comedent eos. Quicquid aūt reliquū fuerit de
carne ⁊ panibus. ignis aſſumet. De oſtio quo
q; tabernaculi nō exibitis ſeptem diebus. vſq;
ad diem quo complebit̄ tempus conſecrationis
veſtre. Septem enim diebus finit̄ conſecratio

ſicut in p̄ſentiarū factū ē. vt ritꝰ ſacrificij cōple
ret̄. Die ac nocte manebitis i tabernaculo. ob
ſeruātes cuſtodias dn̄i ne moriamini. Sic enim
mihi p̄ceptū ē. Feceruntq; aaron ⁊ filij eius cū
cta q̄ locutꝰ ē dn̄s p manū moyſi. IX
Acto autem octauo die. vocauit moy/
ſes aaron ⁊ filios eius ac maiores na/
tu iſrl': dixitq; ad aarō. Tolle de armē
to vitulum ꝓ peccato ⁊ arietem in holocauſtū
vtrūq; imaculatū. ⁊ offer illos corā domino. ⁊
ad filios iſrael loqueris. Tollite hircū ꝓ pecca
to. ⁊ vitulum atq; agnum anniculū ⁊ ſine ma
cula in holocauſtum: bouem ⁊ arietem ꝓ paci
ficis. ⁊ imolate eos coram domino in ſacrificio
ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offeren
tes. Hodie enim dominus apparebit vobis.
Tulerunt ergo cuncta que iuſſerat moyſes ad
oſtium tabernaculi: vbi cū omnis multitudo
aſtaret ait moyſes. Iſte eſt ſermo quem precе
pit dominꝰ: facite ⁊ apparebit vobis gloria eiꝰ
Et dixit ad aaron. Accede ad altare: ⁊ imola
ꝓ peccato tuo. Offer holocauſtū ⁊ deprecare
ꝓ te ⁊ ꝓ populo. Cūq; mactaueris hoſtiā po/
puli. ora ꝓ eis ſicut precepit dominus. Stati/
mq; aaron accedens ad altare imolauit vitulū ꝓ
peccato ſuo. cuius ſanguinem obtulerūt ei filij
ſui. In quo tingens digitum tetigit cornua al/
taris. ⁊ fudit reſiduum ad baſim eius. Adipē
q; ⁊ renunculos ac reticulum iecoris que ſunt
ꝓ peccato adoleuit ſuper altare: ſicut precepe/
rat dn̄s moyſi. Carnes vero ⁊ pellē eiꝰ extra ca/
ſtra cōbuſſit igni: immolauit ⁊ holocauſti victi
mā. Obtulerūtq; ei filij ſui ſanguinē eiꝰ: quē
fudit per altaris circuitū. Ipſam etiā hoſtiā in
fruſtra cōciſam cū capite ⁊ mēbris ſingulis ob
tulerunt: que oīa ſup altare cremauit igni: lotis
aqua p̄us inteſtinis ⁊ pedibꝰ. Et ꝓ peccato po
puli offerēs. mactauit hircū: expiatoq; altari ſe
cū holocauſtū: addēs in ſacrificio libamēta que
pariter offerunt̄. ⁊ adolens ea ſup altare: abſq;
cerimonijs holocauſti matutini. Immolauit ⁊
bouem atq; arietem hoſtias pacificas populi.
Obtulerūtq; ei filij ſui ſanguinē quē fudit ſup
altare in circuitu: adipem aūt bouis ⁊ caudam
arietis renūculoſq; cū adipibꝰ ſuis ⁊ reticulū
iecoris poſuerunt ſuper pectora. Cūq; cremati
eſſent adipes ſup altare: pectora eorꝫ ⁊ armos
dextros ſepauit aaron eleuans coram dn̄o: ſi/
cut p̄ceperat moyſes. Et extēdēs manū ad po
pulū benedixit ei: ſicq; cōpletis hoſtijs ꝓ pecca
to ⁊ holocauſtis ⁊ pacificis. deſcēdit. Ingreſſi
aūt moyſes ⁊ aaron in tabernaculū teſtimonij

⁊ deinceps egreſſi bñdixerunt pplo. Apparu-
itq; glia dñi oi multitudini: ⁊ ecce egreſſus ignis
a dño. deuorauit holocauſtũ ⁊ adipes q erãt ſu
per altare. Quod cũ vidiſſent turbe: laudaue-
runt dñm ruentes in facies ſuas. X

Arreptiſq; nadab ⁊ abiu filij aaron thu
ribulis impoſuerũt ignẽ ⁊ icenſũ deſu
per offerẽtes corã dño ignẽ alienũ: qḋ
eis preceptũ nõ erat. Egreſſuſq; ignis a domi
no deuorauit eos. ⁊ mortui ſũt corã dño. Dixit
q; moyſes ad aaron. Hoc ẽ qḋ locutus ẽ dñs.
Sctificabor in his qui appropinquant mihi: ⁊ i
conſpectu oĩs populi glorificabor. Qḋ audiẽs
tacuit aaron. Vocatis aũt moyſes myſahele ⁊
eliſaphan. filijs oziel patrui aaron. aĩt ad eos.
Ite ⁊ tollite frẽs vr̃os de ↄſpectu ſanctuarij: ⁊
aſportate extra caſtra. Cõfeſtim q; pgentes tu-
lerũt eos ſicut iacebãt veſtitos lineis tunicis: ⁊
eiecerunt foras vt ſibi fuerat impatũ. Locutuſ-
q; eſt moyſes ad aaron ⁊ ad eleazar ⁊ ithamar
filios eius. Capita vr̃a nolite nudare: ⁊ veſti-
menta nolite ſcindere. ne forte moriamini: ⁊ ſu
per oẽm cetũ oriat̃ indignatio. Frẽs vr̃i ⁊ oĩs
dom⁹ iſrael plangãt incẽdiũ qḋ dñs ſuſcitauit:
vos aũt nõ egrediemini fores tabernaculi: alio
qn peribitis. Oleũ quippe ſcẽ vnctõis ẽ ſuper
vos. Qui fecerũt oĩa iuxta p̃ceptũ moyſi. Di-
xitq; dñs ad aaron. Vinũ ⁊ oẽ qḋ inebriare po
teſt nõ bibetis tu ⁊ filij tui qñ intrabis in taber
naculũ teſtimonij ne moriamini: q: p̃ceptũ ſem
piternũ eſt in generatiões vr̃as: ⁊ vt habeatis
ſciam diſcernẽdi inter ſcm̃ ⁊ pphanũ. inter pol
lutũ ⁊ mundũ doceatiſq; filios iſrael oĩa legiti-
ma mea que locut⁹ ſum ad eos p manum moyſi
Locutuſq; eſt moyſes ad aaron ⁊ ad eleazar ⁊
ithamar filios eius qui erãt reſidui. Tollite ſa
crificiũ qḋ remanſit de oblatione dñi: ⁊ comedi
te illud abſq; fermẽto iuxta altare. q: ſcm̃ ſcõꝝ
eſt: comedetis aũt in loco ſancto qḋ datũ eſt tibi
⁊ filijs tuis de oblationib⁹ dñi. ſicut preceptuꝫ ẽ
mihi. Pectuſculũ q̃q; qḋ oblatũ eſt. ⁊ armũ qui
ſeparat⁹ ẽ. edetis in loco mũdiſſimo tu ⁊ filij tui
⁊ filie tue tecum. Tibi enim ac liberis tuis re-
poſita ſunt de hoſtijs ſalutarib⁹ filioꝝ iſrael: co
q; armũ ⁊ pectus ⁊ adipes qui cremantur in al
tari. eleuauerũt q; corã dño: ⁊ pertineãt ad te ⁊
ad filios tuos lege perpetua. ſicut precepit dñs
Inter hec hircũ qui oblatus fuerat p pctõ cum
quereret moyſes: exuſtũ repperit. iratuſq; ↄtra
eleazar ⁊ ithamar filios aaron qui remãſerant
ait. Cur nõ comediſtis hoſtiã p pctõ in loco ſã
cto. que ſancta ſcõꝝ eſt. ⁊ data vobis vt portetis
iniquitatẽ multitudinis ⁊ rogetis pro ea in con
ſpectu dñi: p̃ſertim cũ de ſanguie illi⁹ nõ ſit illa-
tũ intra ſancta. ⁊ comedere debueratis eã i ſan
ctuario. ſicut p̃ceptũ ẽ mihi. Reſpondit aaron:
Oblata eſt hodie victima p pctõ ⁊ holocauſtuꝫ
corã domino: mihi aũt accidit qḋ vides. Quo-
modo potui comedere eã: aut placere dño in cerimo-
nijs mente lugubri. Qḋ cũ audiſſet moyſes re
cepit ſatiſfactionem. XI

Locutus ẽ dñs ad moyſen ⁊ aaron di-
cens. Dicite filijs iſrael. Cuſtodite oĩa
que ſcripſi vobis: vt ſim deus veſter.
Hec ſunt aĩalia que comedere debetis de cun-
ctis aĩantib⁹ terre. Oẽ qḋ hꝫ diuiſam vngulaꝫ
⁊ ruminat in pecorib⁹ comedetis. Quicqd aũt
ruminat ⁊ hꝫ vngulã ſed non diuidit eaꝫ. ſicut
camelus ⁊ cetera. nõ comedetis illud. ⁊ inter im
mũda reputabitis. Cyrogrillus q ruminat vn
gulãq; nõ diuidit. immundus ẽ. lepus quoq; nã
⁊ ipſe ruminat ſed vngulã non diuidit. ⁊ ſus q̃
cũ vngulã diuidat non ruminat: horũ carnib⁹
nõ veſcemini nec cadauera ↄtingentis: q: immũ
da ſũt vobis. Hec ẽt ſunt que gignunt̃ i aquis
⁊ veſci licitũ eſt. Oẽ qḋ hꝫ pẽnulas ⁊ ſquamas
tã in mari q̃ in fluminib⁹ ⁊ ſtagnis. comedetis
Quicquid aũt pẽnulas ⁊ ſquamas nõ hꝫ eoꝝ
que i aquis mouent̃ ⁊ viuũt. abhominabile vo
bis execrandũq; erit. Carnes eoꝝ nõ comede
tis. ⁊ morticina vitabitis. Cuncta q̃ non habẽt
pẽnulas ⁊ ſquamas i aquis. polluta erũt. Hec
ſunt q̃ de auib⁹ comedere nõ debetis. ⁊ vitãda
ſunt vobis. Aquilã ⁊ gryphũ ⁊ halyetũ ⁊ mil-
uũ ac vulturẽ iuxta genus ſuũ. ⁊ oẽ coruini ge
neris i ſilitudinẽ ſuã: ſtrutionẽ ⁊ noctuã ⁊ laꝝ
⁊ accipitrẽ iuxta genus ſuũ: bubonem ⁊ mergu
lũ ⁊ ibin ⁊ cygnũ ⁊ onocrotalum ⁊ porphirio-
nem. herodioneꝫ ⁊ caradrion iuxta gen⁹ ſuum
vpupam q̃q; ⁊ veſpertiliõnẽ. Oẽ de volucrib⁹
qḋ graditur ſuper quattuor pedes. abhomina-
bile erit vobis. Quicquid antẽ ambulat qdem
ſup quattuor pedes: ſꝫ hꝫ longiora retro crura
p q̃ ſalit ſup terrã comedere debetis. vt ẽ bruc⁹
i gnẽ ſuo. ⁊ athacus atq; ophimach⁹ atq; locu
ſta. ſingula iuxta genus ſuũ. Quicqd aũt ex vo
lucrib⁹ q̃ttuor tñ hꝫ pedes. execrabile erit vobis
⁊ quicũq; morticina eoꝝ tetigerit. polluetur. ⁊
erit immundus vſq; ad veſperaꝫ. ⁊ ſi neceſſe fue
rit vt portet quippiã hoꝝ mortuum: lauabit ve
ſtimenta ſua. ⁊ immundus erit vſq; ad occaſũ ſo
lis. Oẽ aĩal qḋ hꝫ quidẽ vngulã ſed non diui-
dit eã nec ruminat. immundũ erit. ⁊ quicquid te-
tigerit illud contaminabitur. Qḋ ambulat ſup

manus ex cunctis aīantibus q̄ incedunt q̄drupe
dia. īmundum erit. Qui tetigerit morticina eo
rum. polluetur vſq3 ad veſpeꝛ. ⁊ qui portaue/
rit huiuſcemodi cadauera. lauabit veſtimenta
ſua. ⁊ inmundus erit vſq3 ad veſperū: qꝛ oīa hec
inmunda ſunt vobis. Hec quoq3 inter polluta re
putabunt de his que mouent in terra muſtela
⁊ mus ⁊ cocodrillus. ſingula iuxta genꝰ ſuum.
migale. camelcon. ⁊ ſtellio. ⁊ lacerta. ⁊ talpa.
oīa hec īmūda ſunt. Qui tetigerit morticina eo
rum. īmundus erit vſq3 ad veſperū. ⁊ ſup qḋ
ceciderit quicq̄3 de morticinis eoꝝ. polluetur.
Tam vas ligneū ⁊ veſtimentū q̄3 pelles ⁊ cili/
tia. ⁊ in quocūq3 fit opꝰ. tingent aqua: ⁊ pollu/
ta erunt vſq3 ad veſperū. ⁊ ſic poſtea munda/
bunt. Vas aūt fictile in quod hoꝝ quicq̄3 intro
ceciderit polluet. ⁊ iccirco frangendū ē. Omnis ci
bus quem comederis ſi fuſa fuerit ſup eū aqua.
īmundus erit. ⁊ oē liquēs qḋ bibitur ď vniuer
ſo vaſe. īmundū erit. Et quicqd de morticinis hu
iuſcemodi ceciderit ſuper illud inmundū erit. ſi/
ue clibani ſiue cytropedes deſtruent. ⁊ inmundi
erūt. Fontes vero ⁊ ciſterne ⁊ oīs aquaꝝ cōgre
gatio. mūda erit. Qui morticina eoꝝ tetigerit:
polluet. Si ceciderit ſup ſementē nō polluet eā.
Si aūt quiſpiā aqua ſementē pfuderit ⁊ poſtea
morticinis tacta fuerit illico polluetur. Si mor
tuum fuerit animal qḋ licet vobis comedere.
Qui cadauer eius tetigerit. īmundus erit vſq3
ad veſperū. Et qui comederit ex eo quippiā3 ſi
ue portauerit lauabit veſtimenta ſua. ⁊ īmūdus
erit vſq3 ad veſperū. Omne qḋ reptat ſup terram
abhominabile erit: nec aſſumet in cibū. Quic/
quid ſup pectꝰ q̄drupes gradit. ⁊ multos hēt pe/
des. ſiue per humū trahit. nō comedetis: qꝛ ab
hominabile ē. Nolite cōtaminare aīas vr̄as: nec
tangatis quicq̄3 eoꝝ ne inmundi ſitis. Ego ſu3 do
minus deus veſter. Sci eſtote. qꝛ ego ſcūs ſu3.
ne polluatis aīas vr̄as ī oī reptili qḋ mouet ſu
per terrā. Ego. n. ſū dn̄s q eduxi vos de terra
egypti: vt eſſem vobis ī deū. Sci eritis. qꝛ ego
ſcūs ſum. Iſta eſt lex aīantiū ac volucru3 ⁊ oīs
aīe viuētis q̄ mouet in aqua ⁊ reptat in terra ut
differentias noueritis mūdi ⁊ īmūdi ⁊ ſciatis qd
comedere ⁊ reſpuere debeatis. XII

L
l
Ocutuſq3 eſt dn̄s ad moyſen dicens:
Loquere filijs iſrael. ⁊ dices ad eos:
Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit ma
ſculū: īmūda erit ſeptē diebus iuxta dies ſepa
tionis mēſtrue. ⁊ die octauo circūcidet infantu
lus. ipſa vero triginta tribꝰ diebꝰ manebit in ſan
guine purificatōis ſue. Omne ſcm̄ non tanget nec
ingredietur in ſanctuariu3 donec īpleant dies
purgationis ſue. Sin aūt feminā pepererit im
munda erit duabꝰ ebdomadibus iuxta ritū flu
xus menſtrui. ⁊ ſexagintaſex diebꝰ manebit in
ſanguine purificationis ſue. Cūq3 expleti fue/
rint dies purificatiōis ſue pro filio ſiue pro filia
deferet agnū anniculū in holocauſtu3 ⁊ pullū q3
columbe ſiue turturē p peccato ad oſtiū taber/
naculi teſtimonij: ⁊ tradet ſacerdoti qui offeret
illa corā dn̄o ⁊ orabit p ea. ⁊ ſic mundabitur p
fluxu ſanguinis ſui. Iſta eſt lex parientis ma
ſculū aut feminā. Quod ſi non inuenerit manꝰ eius
nec potuerit offerre agnū: ſumet duos turtures
vel duos pullos columbaꝝ: vnū in holocauſtū
⁊ alteꝝ pro peccato. Orabitq3 p ea ſacerdos. ⁊
ſic mundabitur. XIII

L
l
Ocutuſq3 ē dn̄s ad moyſen ⁊ aarō di
cens: Homo in cuius cute ⁊ carne ortus
fuerit diuerſus color ſiue puſtula aut q̄
ſi lucens quippiā. i. plaga lepre. adducet ad aa/
ron ſacerdotē. vel ad vnū quēlibet filioꝝ eius.
Qui cum viderit leprā in cute ⁊ pilos in albu3
mutatos colorē. ipſamq3 ſpēm lepre humiliorē
cute ⁊ carne reliqua. plaga lepre ē. ⁊ ad arbitri
um eius ſeparabit. Sin aūt lucis candor fuerit ī
cute. nec humilior carne reliqua. ⁊ pili coloris
priſtini: recludet eū ſacerdos ſeptē diebꝰ ⁊ conſi
derabit die ſeptimo. Et ſi quidē lepra vltra nō
creuerit nec tranſierit in cute priores terminos
rurſum recludet eū ſepte3 diebus alijs. ⁊ die ſe
ptimo contemplabit. Si obſcurior fuerit lepra
⁊ non creuerit in cute. mundabit eu3 qꝛ ſcabies
eſt: lauabitq3 homo veſtimēta ſua. ⁊ mūdꝰ erit
Quod ſi poſtq̄3 a ſacerdote viſus eſt ⁊ redditꝰ mū/
ditie iteꝝ lepra creuerit. adducet ad eū. ⁊ īmun
ditie cōdēnabit. Plaga lepre ſi fuerit in hoīe.
adducet ad ſacerdotē. ⁊ videbit eum. Cūq3 co
lor albus in cute fuerit. ⁊ capilloꝝ mutauerit aſ
pectum. ipſa quoq3 caro viua apparuerit: lepra
vetuſtiſſima iudicabit: atq3 inolita cuti. Conta
minabit itaq3 eū ſacerdos ⁊ non recludet: qꝛ p
ſpicue inmunditie eſt. Sin aūt effloruerit diſcur
rens lepra in cute. ⁊ operuerit omnē carnem a
capite vſq3 ad pedes quicquid ſub aſpectu ocu/
lorum cadit: conſiderabit eum ſacerdos. ⁊ tene
ri lepra mundiſſima iudicabit. eo q omnis in
candorem verſa ſit. ⁊ iccirco homo mundꝰ erit
Qn̄ vero caro viuens in eo apparuerit. tunc ſa
cerdotis iudicio polluetur. ⁊ inter īmundos re
putabit. Caro enim viua ſi lepra aſpergit: im
munda eſt. Quod ſi rurſum verſa fuerit ī alborem
⁊ totū hoīem operuerit: conſiderabit eum ſacer

cos. ⁊ mundū eſſe decernet. Caro aūt ⁊ cutis i
qua vlcus natum eſt ⁊ ſanatū. ⁊ in loco vlceris
cicatrix alba apparuerit ſiue ſubrufa. adduce/
tur homo ad ſacerdotē. Qui cum viderit locū
lepre humiliorem carne reliqua: ⁊ pilos verſos
in candorem contaminabit eū. Plaga enim le
pre orta eſt in vlcere. Qꝫ ſi pilus coloris eſt pri/
ſtini. ⁊ cicatrix ſubobſcura ⁊ vicina carne non ē
humilior: recludet eū ſeptem diebus. Et ſi qui/
dē creuerit. adiudicabit eū lepre ſin aūt ſteterit i
loco ſuo. vlceris ē cicatrix. ⁊ homo mundꝰ erit.
Caro aūt ⁊ cutis quam ignis exuſſerit. ⁊ ſana/
ta albam ſiue rufam habuerit cicatricē: conſide
rabit eam ſacerdos. Et ecce ſi verſa eſt in albo
rē. ⁊ locus eius reliqua cute eſt humilior: conta
minabit eum. qꝛ plagā lepre in cicatrice orta ē.
Qꝫ ſi piloꝝ color ñ fuerit immutatꝰ. nec humilior
plaga carne reliqua. ⁊ ipſa lepre ſpēs fuerit ſub
obſcura: recludet eū ſeptem diebus. ⁊ die ſepti
mo contemplabitur. Si creuerit in cute lepraꝰ.
contaminabit eum: ſin aūt in loco ſuo cādor ſte
terit non ſatis clarus. plaga combuſtionis ē. ⁊
iccirco mundabitur. qꝛ cicatrix eſt combuſture
Vir ſiue mulier in cuiꝰ capite vel barba germi
nauerit lepra. videbit eos ſacerdos. Et ſi qdē
humilior fuerit locus carne reliqua. ⁊ capillus
flauus. ſolitoqꝫ ſubtilior. contaminabit eos: qꝛ
lepra capitis ac barbe eſt. Sin autē viderit lo/
cum macule equalem vicine carni ⁊ capillū ni/
grum: recludet eos ſeptem diebus. ⁊ die ſepti/
mo intuebitur. Si non creuerit macula ⁊ capil
lus ſui coloris eſt. ⁊ locus plage carni reliquę eq̄
lis. radet̄ homo abſqꝫ loco macule. ⁊ rcludetur
ſeptē diebꝰ alijs. Si die ſeptimo viſa fuerit ſte
tiſſe plaga in loco ſuo. nec humilior carne reliq̄
mundabit eum: lotiſqꝫ veſtibus ſuis: mundus
erit. Sin autem poſt emundationē rurſus cre
uerit macula in cute. non queret amplius vtrū
capillus in flauum colorem ſit cōmutatus: quia
aperte immundus eſt. Porro ſi ſteterit macula ⁊
capilli nigri qui fuerint: nouerit hominē ſana
tum eſſe. ⁊ confidenter eum pronunciet mūdū
Vir ſiue mulier in cuius cute candor apparue
rit: intuebitur eos ſacerdos. Si deprehenderit
ſubobſcurum alborem lucere in cute. ſciat non
eſſe lepram. ſed maculam coloris candidi. ⁊ ho
minem mundum. Vir de cuius capite capilli
fluunt. caluus ⁊ mundus eſt. Et ſi a fronte ce/
ciderint pili: recaluaſter ⁊ mundus eſt. Sin au
tem in caluitio ſiue in recaluatione albus vel ru
fus color fuerit exortus. ⁊ hoc ſacerdos viderit
condēnabit eum: aut dubie lepre que orta eſt i

caluitio. Quicūqꝫ ergo maculatus fuerit lepra
⁊ ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis. habe/
bit veſtimenta diſſuta. caput nudum. os veſte
contectum. contaminatum ac ſordidum ſe clā/
mabit. Omni tempore quo leproſus eſt ⁊ im/
mundus. ſolus habitabit extra caſtra. Veſtis
lanea ſiue linea que lepram habuerit in ſtamine
atqꝫ ſub tegmine. aut certe pellis: vel quicquid
ex pelle confectum eſt: ſi alba vel rufa macula
fuerit infecta. lepra reputabitur. oſtendeturqꝫ
ſacerdoti. Qui conſideratam recludet ſeptē die
bus: ⁊ die ſeptimo rurſus aſpiciens. ſi deprehē
derit creuiſſe. lepra perſeuerans eſt: pollutum
iudicabit veſtimentum. ⁊ oē in quo fuerit inuen
ta. ⁊ iccireo comburetur flāmis. Qꝺ ſi eam vi
derit non creuiſſe: precipiet ⁊ lauabunt id i quo
lepra eſt: recludetqꝫ illud ſeptem diebus alijs.
Et cum viderit faciem quidē priſtinam non re
uerſam. nec tamē creuiſſe leprā: immundum iu/
dicabit ⁊ igne comburet. eo qꝫ infuſa ſit in ſup/
ficie veſtimenti vel per totum lepra. Sin autē
obſcurior fuerit locus lepre poſtqꝫ veſtis eſt lo
ta: abrumpet eum ⁊ a ſolido diuidet. Qꝺ ſi vl/
tra apparuerit in his locis que prius immacula/
ta erant lepra volatilis ⁊ vaga. debet igne com
buri. Si ceſſauerit. lauabit aqua ea que pura ſūt
ſecundo. ⁊ munda erunt. Iſta eſt lex lepre ve/
ſtimenti lanei ⁊ linei. ſtaminis atqꝫ ſubtegminis
oiſqꝫ ſupellectilis pelliceę: quō mundari debe/
at vel contaminari.

XIIII

Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicens:
Hic eſt ritꝰ leproſi quando mundan/
dus ē. Adducetur ad ſacerdotē. Qui
egreſſus de caſtris cum inuenerit leprā eē mū
datam precipiet ei qui purificatur vt offerat du
os paſſeres viuos pro ſe quos veſci licitum eſt
⁊ lignum cedrinum vermiculūqꝫ ⁊ hyſopum.
Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in va/
ſe fictili ſuper aquas viuentes: alium autem vi
uum cum ligno cedrino ⁊ cocco ⁊ hyſopo. tin/
get in ſanguine paſſeris immolati quo aſperget il
lum qui mundandus eſt ſepties vt iure purget̄
⁊ dimittet paſſerem viuum in agrum auolet.
Cūqꝫ lauerit homo veſtimenta ſua. radet oēs
pilos corporis ⁊ lauabit̄ aqua. purificatuſqꝫ i
gredietur caſtra: ita dūtaxat vt maneat extra ta
bernaculum ſuum ſeptem diebus. ⁊ die ſepti/
ma radet capillos capitis. barbāqꝫ ⁊ ſuperci/
lia: ac totius corporis pilos. Et lotis rurſū ve
ſtibus ⁊ corpore: die octauo ſumet duos agnos
immaculatos. ⁊ ouē ānicula abſqꝫ macula. ⁊ tres
decimas ſimile in ſacrificiū q̄ cōſperſa ſit oleo.

⁊ ſeorſum olei ſextariū. Cūq; ſacerdos purifi-
cans hoiem ſtatuerit eū. ⁊ hec oia coram dño in
oſtio tabernaculi teſtimonij. tollet agnū ⁊ offer-
ret eū ꝓ delicto, oleiq; ſextarium. Et oblatis an
dñm oibus imolabit agnū vbi ſolet imolari ho-
ſtia pro pctō. ⁊ holocauſtū. i. in loco ſcō. Sicut
n. ꝓ pctō: ita ⁊ pro delicto ad ſacerdotē ptinet
hoſtia. Scā ſcōꝝ eſt. Aſſumenſq; ſacerdos de
ſanguine hoſtie que imolata ē ꝓ delicto: ponet
ſuper extremū auricule dextre eius q mundat.
⁊ ſuper pollices manus dextre ⁊ pedis. ⁊ d̄ olei
ſextario mittet in manū ſuā ſiniſtrā. tingetq; di-
gitū dextrum i eo. ⁊ aſperget corā dño ſepties.
Q̄d autē reliquū ē olei in leua manu. fundet ſu-
per extremū auricule dextre eius q mundat. ⁊
ſup pollices manus ac pedis dextri. ⁊ ſup ſan-
guinē qui effuſus eſt ꝓ delicto. ⁊ ſup caput ei⁹.
Rogabitq; ꝓ eo corā dño: ⁊ faciet ſacrificium ꝓ
peccato. Tunc imolabit holocauſtū. ⁊ ponet il-
lud in altari cū libamentis ſuis. ⁊ hō rite mun-
dabit. Q̄ ſi pauper ē ⁊ nō pōt manus ei⁹ inue-
nire que dicta ſunt. pro delicto aſſumet agnum
ad oblationē vt roget ꝓ eo ſacerdos: decimāq;
ptē ſimile ꝯſperſe oleo i ſacrificiū. ⁊ olei ſextari-
um: duoſq; turtures ſiue duos pullos columbe
quoꝝ vnus ſit ꝓ pctō. ⁊ alter in holocauſtū of-
ferretq; ea die octauo purificatiōis ſue ſacerdo-
ti ad oſtiū tabernaculi teſtimōij corā dño. Qui
ſuſcipiens agnum ꝓ delicto ⁊ ſextariū olei leua-
bit ſimul. imolatoq; agno. de ſanguine ei⁹ po-
net ſuper extremum auricule dextre eius q mū-
datur. ⁊ ſuper pollices manus ei⁹ ac pedis dex-
tri. Olei vo partē mittet in manū ſuā ſiniſtrā:
in quo tingēs digitū dextre manus aſperget ſe-
pties cōtra dūm. tangetq; extremū dextre auri-
cule illius q mūdat ⁊ pollices manus ac pedis
dextri: i loco ſanguinis qui effuſus ē ꝓ delicto.
Reliquā autē partē olei q̄ eſt in ſiniſtra manu:
mittet ſup caput purificati vt placet ꝓ eo dñm:
⁊ turturem ſiue pullū columbe offeret vnum ꝓ
delicto: ⁊ alterum in holocauſtū cum libamen-
tis ſuis. Hoc eſt ſacrificiū leproſi qui habere nō
pōt oia in emundationē ſui. Locutuſq; ē dñs
ad moyſen ⁊ aaron dicens: Cūq; ingreſſi fue-
ritis terrā chanaan quam ego dabo vobis in
poſſeſſionē ſi fuerit plaga lepre i edibus: ibit cu-
ius eſt domus nuncians ſacerdoti. et dicet:
Quaſi plaga lepre videtur mihi eſſe in domo
mea. At ille precipiet vt efferantur vniuerſa d̄
domo priuſq; ingrediatur eam ⁊ videat vtrum
leproſa ſit: ne immunda fiant omnia q̄ i domo
ſunt. Intrabitq; poſtea vt conſideret leprā do-
mus. ⁊ cum viderit in parietibus illius quaſi
valliculas pallore ſiue rubore deformes. ⁊ hu-
militores ſuperficie reliqua: egredietur oſtium
domus. ⁊ ſtatim claudet illam ſeptē diebus: re-
uerſuſq; die ſeptimo conſiderabit eam. Si in-
uenerit creuiſſe lepram: iubebit erui lapides in
quibus lepra eſt. ⁊ proijci eos extra ciuitatē in
locum imundum. domū autem ipſam radi in-
trinſecus per circuitum ⁊ ſpargi puluerem ra-
ſure extra vrbem in locū imundū. lapideſq; ali-
os reponi pro his qui ablati fuerant: ⁊ luto alio
liniri domū. Sin autē poſtq; eruti ſunt lapides
⁊ puluis elatus ⁊ alia terra lita. ingreſſus ſacer-
dos viderit reuerſam leprā ⁊ parietes reſper-
ſos maculis: lepra eſt perſeuerans ⁊ imūda do-
mus. Quam ſtatim deſtruent ⁊ lapides ei⁹ ac
ligna atq; vniuerſum puluerem proijcient ex-
tra oppidum in locum imundū. Qui intraue-
rit domū quando clauſa eſt. imundus erit vſq;
ad veſperum. ⁊ qui dormierit in ea ⁊ comede-
rit quippiam. lauabit veſtimenta ſua. Q̄d ſi in-
troiens ſacerdos viderit lepram non creuiſſe i
domo poſtq; denuo lita fuerit. purificabit eam
reddita ſanitate. ⁊ in purificatiōe eius ſumet du-
os paſſeres lignūq; cedrinum ⁊ vermiculū at-
q; hyſopum ⁊ imolato vno paſſere in vaſe ficti-
li ſuper aquas viuas. tollet lignum cedrinum ⁊
hyſopum ⁊ coccum ⁊ paſſerem vnum. ⁊ tinget
oīa in ſanguine paſſeris immolati atq; in aquis
viuentibus ⁊ aſperget domum ſepties purifica-
bitq; eam tam in ſanguine paſſeris q̄ in aquis
viuentibus. ⁊ in paſſere viuo. lignoq; cedrino
⁊ hyſopo atq; vermiculo. Cūq; dimiſerit paſ-
ſerem auolare in agrum libere: orabit pro do-
mo ⁊ iure mundabitur. Iſta eſt lex omnis le-
pre ⁊ percuſſure lepre veſtium ⁊ domoꝝ cica-
tricis ⁊ erumpentium papulaꝝ. lucentis macu-
le ⁊ in varias ſpecies coloribus immutatis: vt
poſſit ſciri quo tempore mundum quid vel im-
mundum ſit. XV

Ocutuſq; eſt dominus ad moyſen ⁊
aaron dicens: Loquimini filijs iſrael. ⁊
dicite eis: Vir qui patitur fluxum ſe-
minis. immundus erit ⁊ tūc iudicabitur huic vi-
tio ſubiacere cum per ſingula momenta adhe-
ſerit carni eius atq; concreuerit fedus humor.
Omne ſtratū in quo dormierit immundū erit. ⁊
vbicumq; ſederit. Si quis hominum tetigerit
lectum eius. lauabit veſtimenta ſua. ⁊ ipſe lo-
tus aqua. immundus erit vſq; ad veſperum.
Si ſederit vbi ille ſederat. ⁊ ipſe lauabit veſti-
menta ſua. ⁊ lotus aqua immundus erit vſq;

ad veſperū. Qui tetigerit carnem eius. lauabit
veſtimēta ſua. ⁊ ipſe lotus aqua īmūdus erit vſ
qȝ ad veſperū. Si ſaliuā huiuſcemodi hō iece/
rit ſup eū q inmūdus eſt. lauabit veſtimenta ſuā
⁊ lotus aq̄ inmūdus erit vſqȝ ad veſpū. Sagina
ſup qđ ſederit inmundū erit. ⁊ qcqd ſub eo fuerit
q fluxū ſeminis patit̄ pollutū erit vſqȝ ad veſpe
rū. Qui portauerit horum aliqd lauabit veſti/
mēta ſua. ⁊ ipſe lotus aqua inmundus erit vſ/
qȝ ad veſpū. Ois quē tetigerit q talis eſt nō lo
tis an̄ manib⁹. lauabit veſtimēta ſua. ⁊ lot⁹ aq̄
īmundus erit vſqȝ ad veſpū. Vas fictile qđ te/
tigerit confringet̄. vas aūt ligneū lauabit̄ aqua
Si ſanatus fuerit q huiuſmodi ſuſtinet paſſio/
nem numerabit ſeptem dies poſt emundatiōēȝ
ſui. ⁊ lotis veſtib⁹ ⁊ toto corpore in aqs viuenti
bus erit mūdus. Die autē octauo ſumet duos
turtures aut duos pullos columbe. ⁊ veniet in
conſpectu dñi ad oſtiuȝ tabernaculi teſtimonij.
dabitqȝ eos ſacerdoti. Qui faciet vnum ꝑ pec
cato. ⁊ alterū in holocauſtum: rogabitqȝ pro eo
coram domino vt emūdet̄ a fluxu ſeminis ſui.
Vir de q̊ egredit̄ ſemen coit⁹. lauabit aq̄ oē cor
pus ſuū ⁊ immund⁹ erit vſqȝ ad veſpeꝝ. Veſtē ⁊
pellē quā habuerit lauabit aq̄ ⁊ imūda erit vſqȝ
ad veſpeꝝ. Mulier cuȝ q̄ coiret lauabit̄ aqua.
⁊ imūda erit vſqȝ ad veſpeꝝ. Mulier q̄ redeū/
te menſe patit̄ fluxuȝ ſanguīs: ſeptē diebus ſe/
parabit̄. Ois q̄ tetigerit eā. imundus erit vſqȝ
ad veſpeꝝ. ⁊ loc⁹ in q̊ dormierit vel ſederit die
bus ſeparationis ſue. polluet̄. Qui tetigerit le/
ctum ſuū. lauabit veſtimenta ſua. ⁊ ipſe lot⁹ aq̄ i
mūdus erit vſqȝ ad veſpeꝝ. Oē vas ſuper qđ
illa ſederit: quiſqs attigerit: lauabit veſtimenta
ſua. ⁊ ipſe lotus aq̄ pollutus erit vſqȝ ad veſpe
rū. Si coierit cū ea vir tempore ſanguinis men
ſtrualis: imundus erit ſeptē diebus. ⁊ oē ſtra/
tū in q̊ dormierit polluet̄. Mulier q̄ patit̄ mul/
tis dieb⁹ fluxū ſanguīs nō in tpe mēſtruali. vl
que poſt mēſtruū ſanguinē fluere nō ceſſat: qȝ/
diu ſubiacet huic paſſioni: imunda erit q̄ſi ſit in
tpe mēſtruo. Oē ſtratū i q̄ dormierit ⁊ vas i q̊
ſederit pollutū erit. Quicūqȝ tetigerit eam laua
bit veſtimenta ſua. ⁊ ipſe lotus aqua īmundus
erit vſqȝ ad veſpeꝝ. Si ſteterit ſanguis ⁊ flue/
re ceſſauerit. numerabit ſeptem dies purifica/
tionis ſue. ⁊ die octauo offeret pro ſe ſacerdoti
duos turtures aut duos pullos columbarū ad
oſtium tabernaculi teſtimonij: qui vnum faciet
pro peccato. ⁊ alterū in holocauſtum. rogabitqȝ
pro eo coram dnō. ⁊ pro fluxu immunditie ei⁹
Docebitis ḡ filios iſrl̄ vt caueant imundiciās
⁊ nō moriant̄ in ſordibus ſuis cū polluerint ta
bernaculū meū qđ ē int̄ eos. Iſta ē lex ei⁹ q pa
tit̄ fluxū ſeminis. ⁊ q̄ polluit̄ coitu. ⁊ q̄ mēſtru
is temporibus ſepat̄. vel q̄ iugi fluit ſanguine
⁊ hoīs q dormierit cū ea. XVI

Locutuſqȝ ē dñs ad moyſen poſt mor
tem duoꝝ filioꝝ aaron: qn̄ offerentes
ignē alienū interfecti ſūt. Et precepit ei
dicens. Loquere ad aaron fratrem tuū ne om
ni tempore ingrediat̄ ſanctuariū qđ ē intra ve
lū corā ꝓpitiatorio quo tegit̄ archa vt non mo
riat̄: quia in nube apparebo ſuper oraculū: niſi
hec ante fecerit. Vitulū ꝑ peccato offeret. ⁊ ari
etem in holocauſtū. Tunica linea veſtiet̄: femi
nalibus lineis verenda celabit. Accinget̄ zo/
na linea: cydarim lineaȝ imponet capiti. Hec
enim veſtimenta ſūt ſancta. quibus cūctis cum
lot⁹ fuerit induet̄. Suſcipietqȝ ab vniuerſa mlͥ
titudine filioꝝ iſrael duos hircos ꝑ peccato. ⁊
vnū arietem in holocauſtū. Cūqȝ obtulerit vi/
tulū ⁊ orauerit ꝑ ſe ⁊ ꝑ domo ſua. duos hircos
ſtare faciet corā domino in oſtio tabernaculi te
ſtimonij: mittenſqȝ ſuper vtrūqȝ ſortem. vnā
domino. ⁊ alterā capro emiſſario: cuius exierit
ſors domino: offeret illū ꝑ peccato. cuius autē
in caprū emiſſariū. ſtatuet eū viuū coram domi
no vt fundat preces ſuper eū. ⁊ emittat eū in ſo
litudinem. His rite celebratis offeret vitulū. ⁊
rogās ꝑ ſe ⁊ ꝑ domo ſua immolabit eū. Aſſū
ptoqȝ thuribulo qđ de prunis altaris impleue/
rit. ⁊ hauriens manu compoſitū thymiama in
incenſū. vltra velū intrabit in ſancta vt poſitis
ſuper ignem aromatibus nebula eoꝝ ⁊ vapor
operiat oraculū qđ eſt ſupra teſtimoniū. ⁊ non
moriat̄. Tolletqȝ de ſanguine vituli. ⁊ aſpget
digito ſepties contra ꝓpitiatoriū ad orientem.
Cūqȝ mactauerit hircū ꝑ peccato populi: infe
ret ſanguinem eius intra velum ſicut preceptū
ē de ſanguine vituli: vt aſpergat e regione ora
culi. ⁊ expiet ſanctuariū ab imūdicijs filioꝝ iſrl̄
⁊ a ꝑuaricationibus eoꝝ. cūctiſqȝ peccatis. Iu
xta hūc ritum faciet tabernaculo teſtimonij qđ
fixū eſt inter eos in medio ſordiū habitatiōis eo
rū. Nullus hominū ſit in tabernaculo qn̄ ponti
fex ſanctuariū igredit̄ vt roget ꝑ ſe ⁊ ꝑ domo
ſua ⁊ ꝑ vniuerſo cetu iſrael: donec egrediat̄ ta
bernaculū. Cū aūt exierit ad altar̄ qđ corā dn̄o
ē oret ꝑ ſe. ⁊ ſūptū ſanguinem vituli atqȝ hirci
fundat ſup cornua ei⁹ ꝑ gyrū: aſpgenſqȝ digi/
to ſepties. expiet ⁊ ſanctificet illud ab immundi/
tijs filioꝝ iſrael. Poſtqȝ emundauerit ſcūariū
⁊ tabernaculū ⁊ altare. tūc offerat hircū viuen/

tē. ⁊ poſtea vtraq̄ manu ſuper caput ei⁹. cōfiteatur oēs iniq̄tates filioꝝ iſrael. ⁊ vniuerſa delicta atq̄ pctā coꝝ. q̄ iprecās capiti e⁹ emittet il̄lū per hoīem paratū in deſertū. Cūq̄ portauerit hircus oēs iniquitates coꝝ in terrā ſolitariam. ⁊ dimiſſus fuerit in deſerto. reuertet̄ in tabernaculū teſtimonij. ⁊ depoſitis veſtibus. quib⁹ prius indu⁹ erat cū intraret ſanctuariū. relictiſq̄ ibi lauabit carnē ſuā in loco ſcō. indueturq̄ veſtib⁹ ſuis. Et poſtq̄ egreſſus obtulerit holocauſtū ſuū ac plebis. rogabit tam ꝓ ſe q̄ ꝓ populo. ⁊ adipē q̄ oblat⁹ ē ꝓ pctis. adolebit ſup altare. Ille vero q̄ dimiſerit caprū emiſſariū lauabit veſtimenta ſua ⁊ corpus aqua. ⁊ ſic īgredietur in caſtra. Vitulū aūt ⁊ hircum qui pro peccato fuerant īmolati. ⁊ quoꝝ ſanguis illatus eſt in ſanctuarium vt expiatio compleret̄. aſportabūt foras caſtra. ⁊ comburēt igni tam pelles q̄ carnes eorum ac fimū. ⁊ quicūq̄ combuſſerit ea. lauabit veſtimenta ſua ⁊ carnē aqua. ⁊ ſic ingrediet̄ caſtra. Eritq̄ vobis hoc legitimum ſempiternū. Mēſe aūt ſeptimo. decima die mēſis. affligetis aīas veſtras. nulluq̄ op⁹ facietis ſiue indigena ſiue aduena qui pegrinat̄ īnt vos In hac die expiatio erit vrī atq̄ mūdatio ab oīb⁹ peccatis vrīs corā dño mūdabimini. Sabbatū .n. requietionis eſt. ⁊ affligetis aīas veſtras religione perpetua. Expiabit aūt ſacerdos qui vnct⁹ fuerit ⁊ cui⁹ man⁹ initiate ſunt vt ſacerdotio fungat̄ ꝓ pr̄e ſuo. Indueturq̄ ſtola linea ⁊ veſtib⁹ ſcīs ⁊ expiabit ſanctuariū ⁊ tabernaculū teſtimonij atq̄ altare: ſacerdotes quoq̄ ⁊ vniuerſū populū. Eritq̄ hoc vobis legitimū ſempiternū: vt oretis pro filijs iſrael: ⁊ pro cunctis peccatis eoꝝ ſemel in anno. Fecit igitur ſicut preceperat dñs moyſi. XVII

Et locutus eſt dñs ad moyſen dicens: Loquere aaron ⁊ filijs eius ⁊ cunctis filijs iſrael dicens ad eos: Iſte eſt ſermo quē mandauit dñs dicens. Homo quilibꝫ de domo iſrael ſi occiderit bouē aut ouē ſiue capram in caſtris vel extra caſtra. ⁊ nō obtulerit ad oſtiū tabernaculi oblationē dño. ſanguinis reus erit. Quaſi ſi ſanguinē fuderit: ſic peribit de medio populi ſui. Ideo ſacerdoti offerre debent filij iſrael hoſtias ſuas quas occidūt i agro vt ſanctificentur dño ante oſtiū tabernaculi teſtimonij. ⁊ immolent eas hoſtias pacificas domino. Fundetq̄ ſacerdos ſanguinem ſuper altare domini ad oſtium tabernaculi teſtimonij ⁊ adolebit adipem in odorem ſuauitatis dño. ⁊ nequaq̄ vltra īmolabunt hoſtias ſuas demonibus cū quib⁹ fornicati ſūt. Legitimū ſempiternū erit illis ⁊ poſteris eoꝝ. Et ad ipſos dices. Homo de filijs iſrael ⁊ de aduenis qui peregrinat̄ apud vos q̄ obtulerit holocauſtū ſiue victimā. ⁊ ad oſtiū tabernaculi teſtimonij nō adduxerit eam vt offerat dño. interibit de populo ſuo. Hō quilibet de domo iſrael ⁊ de aduenis qui peregrinant̄ inter vos ſi comederit ſanguinē. obfirmabo faciē meā cōtra aīam illius. ⁊ diſperdam eam de populo ſuo. q2 aīa carnis in ſanguine eſt. ⁊ ego dedi illum vobis. vt ſuper altare in eo expietis pro aīabus veſtris ⁊ ſanguis ꝓ aīe piaculo ſit. Idcirco dixi filijs iſrael. Ois aīa ex vobis nō comedet ſanguinem. nec ex aduenis qui peregrinant̄ apud vos. Hō quicūq̄ de filijs iſrael ⁊ de aduenis qui peregrinant̄ apud vos. ſi venatione atq̄ aucupio ceperit ferā vel auem quibus veſci licitum eſt: fundat ſanguinem ei⁹ ⁊ operiat illū terra. Aīa enim oīs carnis in ſanguine eſt. Vnde dixi filijs iſrael. Sāguinē vniuerſe carnis nō comedetis: q2 anima carnis in ſanguine eſt. ⁊ quicūq̄ comederit illum interibit. Aīa que comederit morticinū vl' captum a beſtia. tam de indigenis q̄ de aduenis. lauabit veſtimenta ſua ⁊ ſemetipſum aqua ⁊ ꝯtaminat⁹ erit vſq̄ ad veſperum. ⁊ hoc ordine mundus fiet. Qđ ſi nō lauerit veſtimēta ſua vel corpus portabit iniquitatē ſuā. XVIII

Locutuſq̄ eſt dñus ad moyſen dicēs: Loquere filijs iſrael. ⁊ dices ad eos. Ego ſum dñs de⁹ veſter. Iuxta cōſuetudinem terre egypti in qua habitaſtis. non facietis. ⁊ iuxta morē regionis chanaan: ad quā ego introducturus ſū vos. non agetis. nec i legitimis eoꝝ ambulabitiſ. Facietis iudicia mea ⁊ precepta mea ſeruabitis: ⁊ ambulabitis i eis. Ego dñs deus veſter. Cuſtodite leges meas atq̄ iudicia: q̄ faciens homo viuet in eis. Ego dñs deus veſter. Ois homo ad proximā ſanguinis ſui non accedet vt reuelet turpitudinem eius. Ego dñs. Turpitudinē patris tui ⁊ turpitudinē matris tue non diſcooperies. Mater tua eſt: non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinē vxoris patris tui non diſcooperies. Turpitudinē enī patris tui eſt. Turpitudinē ſororis tue ex patre ſiue ex matre que domi vel foris genita eſt. non reuelabis. Turpitudinem filie filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: q2 turpitudo tua eſt. Turpitudinē filie vxoris patris tui quā peperit patri tuo ⁊ eſt ſoror tua. nō reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui nō diſcooperies: q2 caro eſt patris tui. Turpitudi

nem ſororis matris tue non reuelabis: eo ꝙ ca
ro ſit matris tue. Turpitudinē patrui tui nō re
uelabis: nec accedes ad vxorē eius que tibi affi
nitate coniungit̃. Turpitudinē nurus tue non
reuelabis: ꝗ vxor filij tui eſt: nec diſcooperies
ignominiā eius. Et vxorem fratris tui nullus
accipiat. Turpitudinē vxoris fratris tui nō re
uelabis: ꝗ turpitudo fratris tui eſt. Turpitudi
nem vxoris tue ⁊ filie eius non reuelabis. Fili
am filij eius ⁊ filiam filie illius nō ſumes: vt re
ueles ignominiam eius: ꝗ caro illius ſunt ⁊ ta
lis coitus inceſtus eſt. Sororem vxoris tue in
pellicatū illius non accipies: nec reuelabis tur/
pitudinē eius adhuc illa viuente. Ad mulierē
que patitur mēſtrua nō accedes: nec reuelabis
feditatem eiꝰ. Cū vxore proximi tui non coibis
nec ſeminis cōmixtione maculaberis. De ſemi
ne tuo non dabis vt conſecretur idolo moloch
nec polluces nomē dei tui. Ego dn̄s. Cū maſcu
lo non ꝯmiſcearis coitu femineo: ꝗ abhomina
tio eſt. Cū oī pecore non coibis: nec maculabe
ris cum eo. Mulier nō ſuccumbet iumēto nec
miſcebitur ei: ꝗ ſcelus eſt. Nec polluamini in
omnibꝰ his quibus cōtaminate ſunt vniuerſe
gentes quas ego eijciam ante conſpectū veſtrū
⁊ quibus polluta eſt terra cuiꝰ ego ſcelera viſita
bo: vt euomat habitatores ſuos. Cuſtodite le/
gitima mea atq; iudicia. vt non faciatis ex oī/
bus abhominationibꝰ iſtis tam indigena q̄; co
lonus qui peregrinat̃ apud vos. Oēs eni exe
crationes iſtas fecerunt accole terre qui fuerūt
ante vos ⁊ polluerūt eā. Cauete ergo ne ⁊ vos
ſimiliter euomat cū paria feceritis: ſicut euomit
gentem que fuit ante vos. Omnis aīa q̄ fecerit
de abhominationibus his quippiam: peribit d̄
medio populi ſui. Cuſtodite mandata mea. no
lite facere que fecerunt hi qui fuerunt ante vos.
⁊ ne polluamini in eis. Ego dominus deꝰ ve/
ſter.

XIX

Locutus eſt dominꝰ ad moyſen dicens
Loquere ad omnem cetū filiorū iſrael
⁊ dices ad eos. Sācti eſtote: ꝗ ego ſā
ctus ſum dn̄s deus veſter. Vnuſquiſq; patrē
ſuum ⁊ matrem ſuam timeat. Sabbata mea cu
ſtodite. Ego dn̄s deus veſter. Nolite conuerti
ad idola: nec deos conflatiles facietis vobis.
Ego dn̄s deus veſter. Si immolaueritis hoſtiā
pacificorū dn̄o vt ſit placabilis: eo die quo fue/
rit immolata comedetis eam. ⁊ die altero. Quic/
quid aūt reſiduum fuerit in diem tertium: igne
combures. Si quis poſt biduum comederit
ex ea. prophanus erit ⁊ impietatis reus: porta/
bit q; iniquitatem ſuam: ꝗ ſanctū dn̄i polluit. ⁊
peribit aīa illius de populo ſuo. Cū q; meſſue/
ris ſegetes terre tue nō tondebis vſq; ad ſolū
ſuperficiem terre: nec remanentes ſpicas colli/
ges: neq; in vinea tua racemos ⁊ grana decidē
tia congregabis: ſed pauperibus ⁊ peregrinis
omittēda dimittes. Ego dn̄s deus veſter. Nō
facietis furtū: nō mentiemini: nec decipiet vnuſ
quiſq; proximū ſuum. Nō periurabis ī nomie
meo: nec polluces nomē dei tui. Ego dominus
Nō facies calūniam proximo tuo: nec vi oppri
mes eū. Nō morabit̃ opus mercenarij tui apō
te vſq; mane. Non maledices ſurdo: nec corā
ceco pones offendiculū: ſed timebis dominum
deū tuū: ꝗ ego ſum dominus. Non facies qḋ
iniquū eſt: nec iniuſte iudicabis. Non conſide
res perſonā pauperis: nec honores vultū potē
tis. Iuſte iudica proximo tuo. Non eris crimi
nator nec suſurro ī ppl'is. Nō ſtabis ꝯ ſangui
nē ꝓximi tui. Ego dn̄s. Nō oderis fr̄em tuū ī
corde tuo: ſed publice argue eū ne habeas ſup
illo peccatū. Nō queras vltionem: nec memor
eris iniurie ciuiū tuorum. Diliges amicū tuū
ſicut teipſum. Ego dn̄s. Leges meas cuſtodi
te. Iumenta tua non facies coire cum alterius
generis animantibꝰ. Agrū tuū nō ſeres diuer
ſo ſemine. Veſtē q̄ ex duobꝰ texta eſt: nō indue
ris. Hō ſi dormierit cū muliere coitu ſeminis:
q̄ ſit ancilla ēt nobilis. ⁊ tn̄ precio non redēpta
nec libertate donata: vapulabunt ambo ⁊ non
morient̃: ꝗ non fuit libera. Pro delicto autē
ſuo offeret domino ad oſtium tabernaculi teſti
monij arietē: orabitq; pro eo ſacerdos ⁊ ꝓ pec
cato eiꝰ coram dn̄o. ⁊ repropitiabitur ei: dimit/
tetur q; peccatū. Qn̄ ingreſſi fueritis terram ⁊
plantaueritis ī ea ligna pomifera. auferetis ꝑ/
putia eoꝝ. Poma que germināt. immūda erunt
vobis nec edetis ex eis. Quarto aūt anno oīs
fructus eoꝝ ſanctificabitur: laudabilis domino
Quinto aūt anno comedetis fructꝰ: cōgregan
tes poma q̄ proferunt. Ego dn̄s deus veſter.
Non comedetis carnē cū ſanguie. Nō augu/
rabimini: nec obſeruabitis ſomnia. Neq; in
rotondū attondebitis comā: nec radetis barbā
⁊ ſuper mortuo nō incidetis carnes veſtras. neq;
figuras aliquas aut ſtigmata facietis vobis.
Ego dn̄s. Ne ꝓſtituas filiā tuā ne cōtaminet̃
terra ⁊ impleat̃ piaculo. Sabbata mea cuſtodite
⁊ ſanctuariū meū metuite. Ego dn̄s. Nō declie
tis ad magos: nec ab ariolis aliqḋ ſciſcitemini
vt polluamini per eos. Ego dn̄s deus veſter.
Coram canocapite conſurge. ⁊ honora perſo/

niā ſenis. ⁊ time dñm deū tuū. Ego ſum dñs.
Si habitauerit aduena in terra vr̄a. ⁊ moratus
fuerit int vos. non exprobretis ei: ſed ſit inter
vos quaſi idigena. ⁊ diligetis eum q̄ſi voſmet/
ipſos. Fuiſtis. n. ⁊ vos aduene i terra egypti.
Ego dñs deus veſter. Nolite facē iniquū ali/
qd. i iudicio. i regula. in pondere. in menſura.
Statera iuſta. ⁊ equa ſint pondera: iuſtus mo/
dius: equuſqꝫ ſextarius. Ego dñs deus veſter
q eduxi vos d̄ tra egypti. Cuſtodite omnia pre
cepta mea ⁊ vniuerſa iudicia. ⁊ facite ea. Ego
dominus.

XX

Locutuſqꝫ ē dñs ad moyſen dicens:
hec loq̄ris filijs iſrael: hō de filijs iſrael
⁊ de aduenis q habitant in iſrael: ſi qs
dederit de ſemine ſuo idolo moloch: morte/
moriat̄. Populus tre lapidabit eū. ⁊ ego po/
nam faciē meā ꝯ illū. ſuccidamqꝫ eū de medio
populi ſui: eo ꝙ dederit de ſemine ſuo moloch.
⁊ cōtaminauerit ſcūariū meū: ac pollucrit no/
men ſcm̄ meū. Q̄ ſi negligēs ppl's terre ⁊ q̄ſi
paruipēdens impiū meū: dimiſerit hominem
qui dedit de ſemine ſuo moloch. nec voluerit
eū occidere: ponā faciē meā ſup hominē illū ⁊
cognationē eius: ſuccidāqꝫ ⁊ ipſū ⁊ oēs q con/
ſenſerunt ei. vt fornicarent̄ cū moloch de me/
dio ppl'i ſui. Aīa que declinauerit ad magos
⁊ ariolos. ⁊ fornicata fuerit cum eis: ponam fa
ciē meā ꝯ eā. ⁊ iterficiā illā de medio ppl'i ſui.
Scificamini ⁊ eſtote ſci: qa ⁊ ego ſcūs ſum dñs
deus veſter. Cuſtodite pcepta mea ⁊ facite ea
Ego dñs qui ſcīfico vos. Qui maledixerit pr̄i
ſuo aut matri. morte moriat̄. Patri matriqꝫ
qui maledixerit ſanguis eius ſit ſup eū. Si me/
chatus qs fuerit cū vxore alterius: ⁊ adulteriū
perpetrauerit cū cōiuge ꝓximi ſui: morte mo/
riat̄ ⁊ mechus ⁊ adultera. Qui dormierit cū no
uerca ſua: ⁊ reuelauerit ignominiam pr̄is ſui:
morte moriant̄ ambo. Sanguis eoꝝ ſit ſuper
eos. Si qs dormierit cū nuru ſua. vterqꝫ mo/
riat̄. qa ſcelus opati ſūt. Sanguis eoꝝ ſit ſuper
eos. Qui dormierit cum maſculo coitu femi/
neo: vterqꝫ opatus ē nephas: morte moriātur
Sit ſanguis eoꝝ ſuper eos. Qui ſupra vxorē
filiam. duxerit matrem eiꝰ ſcelus opatus ē. Vi
nus ardebit cum eis: nec pmanebit tantum ne
phas in medio vr̄i. Qui cū iumento ⁊ pecore
coierit. morte moriat̄: pecus q̄qꝫ occidite. Mu/
lier que ſuccubuerit cuilibet iumento. ſil' interfi
cietur cum eo. Sanguis eorum ſit ſup eos. Qui
acceperit ſororē ſuam. filiā pr̄is ſui vel filiā matris
ſue. ⁊ viderit turpitudinem eiꝰ. illaqꝫ conſpexe
rit fr̄is ignominiā: nephariā rem operati ſunt
occident̄ in conſpectu ppl'i: eo ꝙ turpitudinē
ſuā mutuo reuelauerint. ⁊ portabūt iniqtatem
ſuam. Qui coierit cum muliere in fluxu men/
ſtruo. ⁊ reuelauerit turpitudinem eius: ipſaqꝫ
apuerit fontem ſanguis ſui: interficient̄ ambo
de medio ppl'i ſui. Turpitudinem matertere ⁊
amite tue non diſcoopies. Qui h̄ fecerit. igno
miniā carnis ſue nudauit: portabūt ambo ini
quitatē ſuā. Qui coierit cum vxore patrui vel
auūculi ſui. ⁊ reuelauerit ignominiam cogna/
tionis ſue: portabunt ambo pctm̄ ſuū. Abſqꝫ li
beris morient̄. Qui duxerit vxorē fr̄is ſui. rē
facit illicitam: turpitudinem fr̄is ſui reuelauit.
abſque filijs erit. Cuſtodite leges meas atqꝫ
iudicia ⁊ facite ea: ne ⁊ vos euomat tra quam
intraturi eſtis ⁊ habitaturi. Nolite ambula/
re in legitimis nacionum: quas ego expulſurꝰ
ſū ante vos. Omia eni h̄ fecerūt. ⁊ abhominatꝰ
ſū eas. vobis aūt loq̄r. Poſſidete terrā eoꝝ
quā dabo vobis in hereditatem. terrā fluentē
lacte ⁊ melle. Ego dñs deus veſter: q ſepara/
ui vos a ceteris ppl'is. Separate ḡ ⁊ vos iu/
mentū mundū ab imūdo. ⁊ auē mundam ab
immunda. Ne polluatis aīas vr̄as in pecore ⁊
auibꝰ ⁊ cūctis q̄ mouent̄ in tra. ⁊ q̄ vob oſten
di eē polluta. Eritis ſci mihi: qr ſcūs ego ſum
dñs. ⁊ ſeparaui vos a ceteris ppl'is ut eſſetis
mei. Vir ſiue mulier in qbꝰ phitonicꝰ vel di/
uinacionis fuerit ſpiritus: morte moriantur la
pidibꝰ obruēt eos. Sanguis eoꝝ ſit ſup illos.

Dixit quoqꝫ dñs ad moyſen: XXI
Loquere ad ſacerdotes filios aaron
⁊ dices ad eos: Ne cōtaminetur ſacer
dos i mortibꝰ ciuiū ſuoꝝ. niſi tm̄ i cōſanguine
is ac ꝓpinquis. i. ſuper patrē ⁊ matrē ⁊ filium
⁊ filiā fr̄em q̄qꝫ ⁊ ſororem ꝟginē. q̄ nō ē nupta
viro: ſꝫ nec in principe populi ſui ꝯtaminabitur
Nec radent caput nec barbā: neqꝫ i carnibus
ſuis facient inciſuras. Sci erūt deo ſuo. ⁊ non
polluēt nomē eius. Incenſū eni dñi ⁊ panes
dei ſui offerūt. ⁊ iō ſci erūt. Scortum ⁊ vile
pſtibulū nō ducet vxorē: nec eā q̄ repudiata
ē a marito. quia conſecratus ē deo ſuo. ⁊ panes
ꝓpoſitiōis offert. Sit ḡ ſcūs: quia ⁊ ego ſcūs
ſū dñs qui ſcifico vos. Sacerdotis filia ſi de/
phēſa fuerit i ſtupro. ⁊ violauerit nomē pr̄is
ſui: flammis exuretur. Pontifex. i. ſacerdos
maximus inter fratres. ſuper cuius caput fuſū
eſt vnctionis oleum. ⁊ cuius manus in ſacer/
dotio conſecrate ſunt: veſtituſqꝫ eſt ſanctis ve/
ſtibus: caput ſuū non diſcooperiet: veſtimēta

non ſcindet: ⁊ ad omnē mortuū non ingredie/
tur oīo. Super patre quoqȝ ſuo ⁊ matre nō cō/
taminabiť: nec egredietur de ſanctis ne pollu/
at ſanctuariū domini: qꝛ oleū ſancte vnctionis
dei ſui ſuper eum eſt. Ego dñs. Virginē du/
cet vxorem. Viduam aūt ⁊ repudiatam ⁊ ſoꝛ/
didam atqȝ meretricē nō accipiet ſed puellā de
populo ſuo. ne ꝯmiſceat ſtirpē generis ſui vul
go gentis ſue. qꝛ ego dñs qui ſanctifico eum
Locutuſqȝ ē dñs ad moyſen dicens. Loquere
ad aaron. Homo de ſemine tuo p̱ familias qui
habuerit maculā nō offeret panes deo ſuo: nec
accedet ad miniſterium eius. Si cecus fuerit. ſi
claudus. ſi vel paruo vel grandi ⁊ toꝛto naſo:
ſi fracto pede. ſi manu. ſi gibbus. ſi lipp⁹. ſi al/
buginē habens in oculo. ſi iugem ſcabiem. ſi i
petiginē in coꝛpoꝛe. vel hernioſus: oīs qui ha/
buerit maculā de ſemine aaron ſacerdotis. nō
accedet offerre hoſtias dño nec panes deo ſuo
Veſcetur tñ panib⁹ qui offeruntur in ſanctuario
ita dūtaxat. vt intra velū non ingrediatur: nec
accedat ad altare qui maculam habet. ⁊ cōtami
nare non debet ſanctuariū meū. Ego dñs qui
ſanctifico eos. Locutus eſt ergo moyſes ad aa
ron ⁊ ad filios eius ⁊ ad omnem iſrael: cuncta
que ſibi fuerant imperata. XXII

Locutuſqȝ eſt dñs ad moyſen dicens:
Loquere ad aaron ⁊ ad filios eius. vt
caueant ab his que conſecrata ſunt filio
rum iſrael. ⁊ non contaminēt nomē ſanctifica/
toꝝ mihi que ipſi offerūt. Ego domin⁹. Dic
ad eos ⁊ ad poſteros eoꝝ. Omnis homo qui
acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea que ꝯſecrata ſūt
⁊ que obtulerūt filij iſrael domino in quo ē im
mūdítia: peribit corā dño. Ego ſum dñs. Hō
de ſemine aaron qui fuerit lepꝛoſus: aut patiens
fluxum ſeminis nō veſcetur de his que ſanctifi
cata ſunt mihi donec ſanetur. Qui tetigerit im
mundū ſuper moꝛtuo. ⁊ ex quo egreditur ſemē
quaſi coitus. ⁊ qui tangit reptile ⁊ quodlibet im
mundū cui⁹ tactus eſt ſoꝛdidus. immundus erit
vſqȝ ad veſperū. ⁊ non veſcetur his que ſancti
ficata ſunt. ſed cum lauerit carnem ſuā aqua ⁊
occubuerit ſol tunc mūdatus veſceť de ſanctifi/
catis: qꝛ cibus illius eſt. Moꝛticinū ⁊ captū a
beſtia nō comedent. nec polluenť in eis. Ego
ſum dñs. Cuſtodiant precepta mea. vt nō ſub/
iaceant peccato. ⁊ moꝛianť in ſanctuario cū pol
luerint illud. Ego dominus qui ſanctifico eos
Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis.
Inquilinus ſacerdotis ⁊ mercenarius non ve
ſceť ex eis. Quem autem ſacerdos emerit ⁊ q

vernaculus domus eius fuerit. hi comedent ex
eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nup/
ta fuerit. de his que ſanctificata ſunt ⁊ de primi
tijs non veſcetur. Sin aūt vidua vel repudia/
ta ⁊ abſqȝ liberis reuerſa fuerit ad domū patris
ſui: ſicut puella conſueuerat. aletur cibis patris
ſui. Omnis alienigena comedendi ex eis non ha/
bet poteſtatem. Qui comederit de ſanctifica
tis per ignoꝛātiam. addet quintā partem cū eo
qđ comedit. ⁊ dabit ſacerdoti in ſanctuariū: nec
contaminabunt ſanctificata filioꝛum iſrael que
offeruntur dño. ne foꝛte ſuſtineant iniquitatē
delicti ſui cū ſanctificata comederint. Ego dñs
qui ſanctifico eos. Locutuſqȝ eſt dñs ad moy/
ſen dicens. Loquere ad aarō ⁊ filios eius. ⁊ ad
oēs filios iſrael. dicesqȝ ad eos. Homo de do/
mo iſrael ⁊ de aduenis qui habitant apud vos
qui obtulerit oblationem ſuam. vel vota ſoluēs
vel ſponte offerens. quicquid illud obtulerit in
holocauſtum dñi vt offeratur per vos. maſcul⁹
immaculatus erit ex bobus ⁊ ouib⁹ ⁊ ex capris
Si maculam habuerit nō offeretis: neqȝ erit ac
ceptabile. Homo qui obtulerit victimā pacificoꝝ
dño vel vota ſoluens vel ſponte offerens tam
de bobus q̄ȝ de ouibus. imaculatū offeret vt ac
ceptabile ſit. Omnis macula nō erit in eo. Si cecū
fuerit ſi fractum. ſi cicatricem habens. ſi papu/
las aut ſcabiem aut impetiginē non offeretis ea
dño: nec adolebitis ex eis ſuper altare dñi. Bo
uem ⁊ ouem aure ⁊ cauda amputatis volunta
rie offerre potes. votū aūt ex his ſolui non pōt
Omnē animal qđ vel contritis vel tonſis vel ſec/
tis. ablatiſqȝ teſticulis eſt non offeretis dño. ⁊ i
terra veſtra hoc omnino ne faciatis. De manu
alienigene nō offeretis panes deo veſtro ⁊ qc/
quid aliud dare voluerit: qꝛ coꝛrupta ⁊ macula
ta ſunt oīa: non ſuſcipietis ea. Locutuſqȝ ē do/
min⁹ ad moyſen dicens. Bos oues ⁊ capra cū
genita fuerint ſeptem dieb⁹ erūt ſub vbere ma/
tris ſue: die autē octauo ⁊ deinceps offerri po
terunt domino. Siue illa bos ſiue oues nō im
molabuntur vna die cum fetib⁹ ſuis. Si imola
ueritis hoſtiā pro gratiaꝝ actione dño: vt poſſit
eſſe placabilis: eodē die comedetis eam. Non
remanebit quicq̄ȝ in mane alteri⁹ diei. Ego do
minus. Cuſtodite mandata mea. ⁊ facite ea.
Ego dominus. Ne polluatis nomen meū ſan
ctū vt ſctificet ī medio filioꝝ iſrael. Ego domi/
nus qui ſanctifico vos. ⁊ eduxi de terra egypti
vt eſſem vobis in deum. Ego dñs. XXIII

Locutuſqȝ eſt dñs ad moyſen dicens:
Loq̄re filijs iſrael. ⁊ dices ad eos. He

ſunt ferie dñi quas vocabitiſ ſcãs. Sex diebus
facietis opꝰ: dies ſeptimus q₂ ſabbati requies
ē. vocabit̃ ſanctus. Omne opus nõ facietis in
eo. Sabbatũ dñi ē in cũctis habitatiõibꝰ veſtriſ
Hee ſunt ergo ferie dñi ſcẽ quas celebrare debe
tis tpibus ſuis. Mēſe pmo quartadecima die
menſis ad veſperũ. phaſe dñi ē. et quintadecia
die menſ huiꝰ ſolēnitas azimoꝝ dñi ē. Septez
diebus azima comedetis. Dies pmus erit vo
bis celeberrimus. ſanctuſq₃. Omne opꝰ ſerui
le nõ facietis in eo: ſed offeretiſ ſacrificiũ i igne
dño ſeptẽ diebus. Dies aũt ſeptimus erit cele
brior ⁊ ſanctior: nullũq₃ ſeruile opus facietiſ i eo
Locutuſq₃ ē dñs ad moyſen dicēs. Loquere fi
lijs iſrael: ⁊ dices ad eos. Cũ ingreſſi fueritis
terrã quã ego dabo vobis: ⁊ meſſueritis ſege/
tē: feretis manipulos ſpicarũ primitias meſſis
veſtre ad ſacerdotē. Qui eleuabit faſciculũ co/
rã domino vt acceptabile ſit ꝓ vobis altero die
ſabbati. ⁊ ſanctificabit illũ. Atq₃ in eodem die
quo manipulus ↄſecrat̃. cedet̃ agnꝰ inmaculatꝰ
anniculus i holocauſtũ dñi. ⁊ libamēta offerēt̃
cũ eo. due decime ſimile ↄſpſe oleo in incenſuz
dñi odorēq₃ ſuauiſſimũ. liba quoq₃ vini. quar/
ta pars hin. Panē ⁊ polentã ⁊ pultes nõ come
detis ex ſegete. vſq₃ ad diez qua offeretis ex ea
deo veſtro. Preceptũ ē ſempiternũ i generati
onibꝰ cũctiſq₃ habitaculis veſtris. Numerabi
tis ergo ab altero die ſabbati in quo obtuliſtis
manipulũ pmitiaꝝ. ſeptē ebdomadas plenas
vſq₃ ad alterã diē expletiõis ebdomade ſeptie.
i. qnquaginta dies. ⁊ ſic offeretis ſacrificiũ no/
uum dño ex oibꝰ habitaculis vr̃is: panes pmi
tiarũ duos de duabꝰ decimis ſimile fermentate
quos coquetis in pmitias dñi. Offeretiſq₃ cuz
panibꝰ ſeptē agnos inmaculatos ãniculos. ⁊ vi
tulũ de armento vnum ⁊ arietes duos. ⁊ erũt i
holocauſtũ cũ libamētis ſuis in odorē ſuauiſſi/
mũ dño. Facietis ⁊ hircum ꝓ peccatõ. duoſq₃
agnos anniculos hoſtias pacificoꝝ. Cũq₃ ele
uauerit eos ſacerdos cũ panibꝰ pmitiaꝝ coram
domino. cedũt in vſum eius. Et vocabitiſ hunc
diē celeberrimũ atq₃ ſanctiſſimũ. O ē opꝰ ſerui
le nõ facietis in eo. Legitimũ ſempiternũ erit i
cũctis habitaculis ⁊ generatiõibꝰ veſtriſ. Poſt
q₃ autem meſſueritis ſegetem terre veſtre. nõ
ſecabitis eã vſq₃ ad ſolũ: nec remanētes ſpicaſ
colligetis. ſed pauperibꝰ ⁊ peregrinis dimitte/
tis eas. Ego ſũ dñs deus veſter. Locutuſq₃ ē
dñs ad moyſen dicens. Loquere filijs iſrael.
Menſe ſeptimo: pma die menſ erit vobis ſab
batũ memoriale clangentibus tubis: ⁊ vocabit̃
ſanctũ. Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. ⁊
offeretis holocauſtũ dño. Locutuſq₃ ē dñs ad
moyſen dicens. Decimo die menſis huius ſe/
ptimi dies expiationũ erit celeberrimꝰ. ⁊ voca
bit̃ ſanctus. affligetiſq₃ animas veſtras in eo.
⁊ offeretis holocauſtũ dño. Omne opꝰ ſeruile
nõ facietis in tempore diei huiꝰ. q₂ dies ꝓpitia
tiõis eſt vt ꝓpiciet̃ vobis dñs deꝰ veſter. Ois
anima que afflicta nõ fuerit die hac. peribit de po
pulis ſuis. ⁊ que operis qppiam fecerit: delebo
eã de populo ſuo. Nihil ergo opis facietiſ i eo.
Legitimũ ſempiternũ erit vobis in cũctiſ gene
ratiõibꝰ ⁊ habitatiõibꝰ vr̃is. Sabbatũ requetio/
nis ē. ⁊ affligetis aias vr̃as. Die nono menſ
ſeptimi a veſpo vſq₃ ad veſpeꝝ celebrabitiſ ſab
bata veſtra. Et locutꝰ ē dñs ad moyſen dicens
Loquere filijs iſrael. A qntodecimo die menſ
huiꝰ ſeptimi. erũt ferie tabernaculoꝝ ſeptē die
bꝰ domino. Dies primꝰ vocabit̃ celeberrimꝰ
atq₃ ſanctiſſimꝰ. Omne opꝰ ſeruile nõ facietis
in eo ⁊ ſeptem diebꝰ offeretis holocauſta dño.
Dies q₃ octauꝰ erit celeberrimꝰ atq₃ ſanctiſſi/
mꝰ. ⁊ offeretiſ holocauſtũ dño. Eſt. n. cetꝰ atq₃
collecte. Omne opus ſeruile nõ facietis in eo.
Hee ſũt ferie dñi quas vocabitis celeberrimas
atq₃ ſanctiſſimas: offeretiſq₃ in eis oblationes
dño holocauſta ⁊ libamēta iuxta ritũ vniuſcuiꝰ
q₃ diei exceptis ſabbatis dñi doniſq₃ veſtris. ⁊
q̃ offeretis ex voto. vel q̃ ſponte tribuetis dño.
A qntodecimo ergo die menſ ſeptimi qñ con
gregaueritis oēs fructus terre veſtre. celebra/
bitiſ ferias dñi ſeptē diebꝰ. Die pmo ⁊ die octa
uo erit ſabbatũ. i. requies. Sumetiſq₃ vobis die
pmo fructus arboris pulcherrime. ſpatulaſq₃
palmarũ ⁊ ramos ligni denſarũ frondiũ. ⁊ ſali
ces de torrente. ⁊ letabimini corã dño deo vr̃o
celebrabitiſq₃ ſolēnitatem eiꝰ ſeptem diebꝰ per
annũ. Legitimũ ſempiternũ erit in generatio
nibꝰ vr̃is. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis ⁊
habitabitis in vmbraculis ſeptē diebus. Ois
q genere eſt iſrael. manebit in tabernaculis. vt
diſcant poſteri veſtri q in tabernaculis habita
re fecerim filios iſrael cuz educerē eos de terra
egypti. Ego dñs deus vr̃. Locutuſq₃ eſt moy
ses ſuper ſolennitatibus domini ad filios iſrl̃.

Et locutus eſt dominus XXIIII
ad moyſen dicens. Precipe filijs iſra
el vt afferant tibi oleũ de oliuis puriſſi
mũ ac lucidũ ad ↄcinnãdas lucernas iugit̃ ex/
tra velũ teſtimonij i tabernaculo federis. Po
netq₃ eas aaron a veſpere vſq₃ in mane coraz
dño cultu rituq₃ ppetuo i gnãtiõibus veſtris.

Super candelabꝛū mūdiſſimū ponenť ſemꝑ in
ↄſpectu dñi. Accipies qꝫ ſimilā ⁊ coques ex ea
duodeci panes q ſinguli habebūt duaſ decimaſ
Quoꝝ ſenos altrinſecꝰ ſuper menſam puriſſi
mam corā dño ſtatues. ⁊ pones ſuper eos thus
luciđiſſimū vt ſit panis in monumentū oblatio
nis dñi. Per ſingula ſabbata mutabunť coraꝫ
dño. ſuſcepti a filijs iſrł fedē ſempiterno: eruntqꝫ
aaron ⁊ filiorum eius vt comedant eos in lo
co ſcõ: qꝛ ſcm̄ ſcõꝝ eſt de ſacrificijs domini iure
ꝑpetuo. Ecce aūt egreſſus filius mulieris iſra/
helitidis quē peperat de viro egyptio inter fili
os iſrael: iurgatus eſt in caſtris cū viro iſraheli
te. Cūqꝫ blaſfemaſſet nomen dñi. ⁊ maledixiſ/
ſet ei. adductus ē ad moyſen. Vocabať aūt ma
ter eiꝰ ſalumith filia dabri: de tribu dan. Miſe
runtqꝫ eū in carcerē: donec noſceret qd iuberet
dñs. Qui locutus eſt ad moyſen dicenſ. Educ
blaſfemū extra caſtra. ⁊ ponāt oēs q audierūt
manus ſuas ſuper caput eius. ⁊ lapidet eū po
pulus vniuerſus. Et ad filios iſrł loq̄ris. Hō
qui maledixerit deo ſuo portabit peccatum ſuū.
⁊ q blaſfemauerit nomē domini: morte moriať
Lapidibus opprimet eū oīs multitudo populi
Siue ille ciuis ſiue peregrinꝰ fuerit. q blaſfema
uerit nomē domini. morte moriatur. Qui per
cuſſerit ⁊ occiderit hoīem. morte moriať. Qui
percuſſerit animal reddat vicarium. i. aiam pro
aia. Qui irrogauerit maculā cuilibet ciuiū ſuo
rum: ſicut fecit. ſic fiet ei. Fracturā pro fractu
ra. oculum ꝓ oculo. dentem ꝓ dente reſtituet.
Qualē inflixerit maculā. talē ſuſtinere cogetur
Qui ꝑcuſſerit iumentū. reddat aliud. Qui per
cuſſerit hoīem punieť. Equū iudicium ſit inter
vos. ſiue ꝑegrinus ſiue ciuis peccauerit. quia
ego ſum dñs deus veſter. Locutuſqꝫ eſt moyſeſ
ad filios iſrł. ⁊ eduxerūt eū qui blaſfemauerat
extra caſtra: ac lapidibus oppreſſerunt. Fece/
runtqꝫ filij iſrael ſicut preceperat dñs moyſes.

Ocutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen. XXV
L in monte ſynai dicens. Loquere filijs
iſrał. ⁊ dices ad eos. Quando ingreſſi
fueritis terrā quā ego dabo vobis: ſabbatiȝetꝭ
ſabbatū dño. Sex annis ſeres agrū tuū. ⁊ ſex
annis putabis vineā tuā. colligeſqꝫ fructꝰ eiꝰ.
Septīo aūt anno ſabbatū erit terre requetionis
dñi. Agrum nō ſeres. ⁊ vineam non putabis.
Que ſponte gignet humus non metes. ⁊ vuas
ꝓmitiarū tuarū nō colliges q̄ſi vindemiā. An
nus. n. requetōis terre eſt. Sed erūt vobis in ci
bū tibi ⁊ ſeruo tuo. ancille ⁊ mercenario tuo. ⁊
aduene q peregrinať apud te. Iumentis tuis ⁊
pecoribus omnia que naſcunť prebebūt cibum
Numerabis quoqꝫ tibi ſeptē ebdomadas an/
noꝝ. i. ſepties ſeptem. que ſimul faciūt quadra
ginta nouem. ⁊ clanges buccina mēſe ſeptimō
decima die menſ propiciationis tempore i vni
uerſa terra veſtra. Sanctificabiſqꝫ annū quin
quageſimū. ⁊ vocabis remiſſionem cūctꝭ habi
tatoribus terre tue. Ipſe eſt enim iubileuſ. Re
uerteť homo ad poſſeſſionem ſuam. ⁊ vnuſqſ/
qꝫ redict ad familiam priſtinam. quia iubileus
eſt ⁊ quinquageſimus annus. Non ſeretis at/
qꝫ metetis. ſponte in agro naſcentia. ⁊ primici/
as vindemie non colligetꝭ: ob ſanctificationē
iubilei: ſed ſtatim ablata comedetꝭ. Anno iu/
bilei redient omnes ad poſſeſſiōes ſuas. Quā
do vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo
ne contriſtes fratrem tuum: ſed iuxta numerū
annorum iubilei emes ab eo. ⁊ iuxta ſupputa/
tionem frugum vendet tibi. Quanto plus an
ni remanſerint poſt iubileū: tanto creſcet et ꝓ̄
cium: et quanto minus temporis numerauerꝭ
tanto minoris et emptio conſtabit. Tempus
enim frugum vendet tibi. Nolite affligere cō/
tribules veſtros: ſed timeat vnuſquiſqꝫ deum
ſuum: quia ego dominus deus veſter. Faciē
precepta mea. et iudicia cuſtodite. et implete ea
vt habitare poſſitꝭ in terra abſqꝫ vllo pauore.
et gignat vobis humus fructus ſuos quibꝰ ve
ſcamini vſqꝫ ad ſaturitatē: nullius impetū for/
midantes. Qđ ſi dixeritis quid comedemus
anno ſeptimo ſi non ſeuerimus neqꝫ collegeri
mus fruges noſtras: dabo benedictionē meā
vobis anno ſexto. et faciet fructus triū annoꝝ
ſeretiſqꝫ āno octauo. ⁊ comedetis veteres fru/
ges vſqꝫ ad nonū annū. donec noua naſcanť
edetis vetera. Terra quoqꝫ non vendeť in ꝑ/
petuū quia mea eſt et vos aduene et coloni mei
eſtis. Unde cūcta regio poſſeſſiōis veſtre ſub
redemptionis conditione vendetur. Si atte/
nuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculā
ſuam. ⁊ voluerit ꝓpinquus eiꝰ. poteſt redime
re quod ille vendiderat. Sin autem non habu
erit ꝓximū. ⁊ ipſe precium ad redimendum po
tuerit inuenire: computabuntur fructꝰ ex eo tē
pore quo vendidit. ⁊ qđ reliquū eſt. reddet em
ptori. ſicqꝫ recipiet poſſeſſionem ſuam. Qđ ſi
non inuenerit manus eius vt reddat precium
habebit emptor qđ emerat vſqꝫ ad annū iubile
um. In ipſo enim omnis vēditio redibit ad do
minū ⁊ ad poſſeſſorem priſtinum. Qui vendi
derit domū intra vrbis muros: habebit licētiā
redimendi donec vnus impleať annus. Si nō

redemerit ⁊ anni circulus fuerit euolutus. em
ptor poſſidebit eam ⁊ poſteri eius in perpetuũ
⁊ redimi non poterit etiam in iubileo. Sin au
tem in villa fuerit domus que muros non ha/
bet. agroꝝ iure vendet̃. Si ante redempta nõ
fuerit. i iubileo reuertet̃ ad dominũ ſuũ. Edes
leuitarũ que in vrbibus ſunt: ſemper poſſunt
redimi. Si redempte non fuerint. in iubileo re
uertentur ad dominos: quia domus vrbiũ le/
uitarũ ꝓ poſſeſſionibus ſunt inter filios iſrael.
Suburbana autẽ eoꝝ nõ veniant: q̄i poſſeſſio
ſempiterna eſt. Si attenuatus fuerit frater tu⁹
⁊ infirmus manu. ⁊ ſuſceperis eum quaſi ad/
uenam ⁊ peregrinũ ⁊ vixerit tecum: ne accipi/
as vſuras ab eo. nec amplius q̄ꝫ dediſti. Time
deũ tuum. vt viuere poſſit frater tuus apud te.
Pecuniam tuam non dabis ei ad vſurã. ⁊ fru
gum ſuperhabundantiam nõ exiges. Ego do
minus deus veſter qui eduxi vos de terra egy
pti. vt darem vobis terrã chanaan ⁊ eſſem ve/
ſter deus. Si paupertate compulſus vendide
rit ſe tibi frat̃ tu⁹. nõ eũ opprimes ſeruitute fa/
mulorꝝ: ſed quaſi mercenarius ⁊ colonus erit
Vſqꝫ ad annũ iubileũ operabit̃ apud te. ⁊ po/
ſtea egrediẽt cũ liberis ſuis. ⁊ reuertetur ad co
gnationem ⁊ ad poſſeſſionẽ patrũ ſuoꝝ. Mei
enim ſerui ſunt. ⁊ ego eduxi eos de terra egy/
pti. Non veneant conditione ſeruoꝝ. Ne affli/
gas eũ ꝑ potentiã: ſed metuito deũ tuũ. Seru⁹
⁊ ancilla ſint vobis de natiõib⁹ q̄ i circuitu vr̃o
ſunt ⁊ de aduenis q̄ peregrinant̃ apud vos vl'
q̄ ex his nati fuerint in terra vr̃a. Hos habebi
tis famulos. ⁊ hereditario iure tranſmittetis ad
poſteros. ac poſſidebitis in eternũ. Fr̃es autẽ
vr̃os filios iſrael: ne opprimatis ꝑ potẽtiam.
Si inualuerit apud vos man⁹ aduene atqꝫ pe/
regrini. ⁊ attenuatus frat̃ tuus vẽdiderit ſe ei. aut
cuiq̄ꝫ de ſtirpe eius. poſt vẽditionẽ põt redimi
Qui voluerit ex fr̃ibus ſuis redimet eum. ⁊ pa
truus ⁊ patruel' ⁊ ꝯſanguineus ⁊ affinis. Sin
aũt ⁊ ipſe potuerit: redimet ſe: ſupputatis dũta
xat annis a tẽpe vẽditiõis ſue vſqꝫ in annũ iubi
leũ: ⁊ pecunia qua vẽditus fuerat iuxta annoꝝ
numerũ. ⁊ ratione mercenarij ſupputata. Si
plures fuerint anni q̄ remanẽt vſqꝫ ad iubileũ
ſcḋm hos reddet ⁊ p̄ciũ: ſi pauci ponẽt rationem
cũ eo iuxta annoꝝ numerũ. ⁊ reddet emptori
qḋ reliquũ eſt annoꝝ: q̄bus ante ſeruiuit mer/
cedibus imputatis. Nõ affliget eũ violenter i cõ
ſpectu tuo. Qḋ ſi ꝑ hec redimi nõ potuerit. an
no iubileo egrediẽt cũ liberis ſuis. Mei enim
ſũt ſerui filij iſrael. quos eduxi de terra egypti.

Ego dñs deus veſter XXVI
Non facietis vobis idolum ⁊ ſculptile
nec titulos erigetis. nec inſignem lapi
dem ponetis in terra veſtra vt adoretis eum.
ego enim ſũ dñs deus veſter. Cuſtodite ſabba/
ta mea. ⁊ pauete ad ſanctuariũ meũ. Ego dñs
Si in p̄ceptis meis ambulaueritis. ⁊ mandata
mea cuſtodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis plu
uias tp̄ibus ſuis. ⁊ terra gignet germen ſuum
⁊ pomis arbores replebunt̃. Apprehendẽt meſ/
ſium tritura vindemiam. ⁊ vindemia occupa/
bit ſementem. ⁊ comedetis panem veſtrum in
ſaturitate: ⁊ abſqꝫ pauore habitabitis ĩ terra ve
ſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormie/
tis. ⁊ nõ erit q̄ exterreat. Auferã malas beſtias.
⁊ gladius nõ trãſibit t̃minos vr̃os. Perſeque
mini inimicos vr̃os. ⁊ corruẽt corã vob. Per
ſequent̃ quīqꝫ de vr̃is centũ alienos. ⁊ centũ de
vobis decẽ milia: Cadent inimici vr̃i gladio i
ꝯſpectu vr̃o. Reſpiciam vos ⁊ creſcere faciam
multiplicabimini. ⁊ firmabo pactum meũ vo
biſcũ. Comedetis vetuſtiſſima veterum. ⁊ ve/
tera nouis ſuperuenientibus ꝓijcietis. Ponam
tabernaculum meũ in medio vr̃i. ⁊ nõ abijciet
vos aĩa mea. Ambulabo inter vos ⁊ ero deus
veſter. voſqꝫ eritis pp̄ls meus. Ego dñs deus
veſter q̄ eduxi vos de t̃ra egyptioꝝ ne ſeruire/
tis eis. ⁊ qui ꝯfregi cathenas ceruicũ vr̃arũ vt
incederetis erecti. Qḋ ſi nõ audieritis me: nec
feceritis oĩa mãdata mea. ſed ſpreueritis leges
meas. ⁊ iudicia mea ꝯtempſeritis vt non facia
tis ea q̄ a me cõſtituta ſunt. ⁊ ad irritum perdu
catis pactũ meũ. ego quoqꝫ h̃ faciã vobis. Vi
ſitabo vos velociter i egeſtate ⁊ ardore q̄ ꝯfici/
at oculos vr̃os. ⁊ cõſumat aĩas vr̃as. Fruſtra
ſeretis ſementẽ. que ab hoſtibus deuorabitur.
Ponam faciem meã ꝯtra vos. ⁊ corruetis co
rã hoſtib⁹ veſtris: ⁊ ſubijciemini his q̄ oderũt
vos. Fugietis nemine ꝑſequẽte. Sin autẽ nec
ſic obedieritis mihi. addam correptiones vr̃as
ſeptuplũ ꝓpter peccã veſtra: ⁊ ꝯterã ſupbiã du
ritie veſtre. Daboqꝫ vobis celũ deſup ſicut fer
rũ. ⁊ t̃rã eneã. Cõſumet̃ in caſſum labor veſter
nõ ꝓferet terra germẽ: nec arbores poma pre
bebũt. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi: nec
volueritis audire me: addã plagas veſtras vſ
qꝫ in ſeptuplum ꝓpter peccata veſtra. Emittãqꝫ
in vos beſtias agri: que ꝯſumant vos ⁊ peco/
ra veſtra: ⁊ ad paucitatẽ cũcta redigant: deſer/
teqꝫ fient vie veſtre. Qḋ ſi nec ſic volueritis re
cipe diſciplinã. ſꝫ ambulaueritis ex aduerſo mi/
hi: ego quoqꝫ ꝯtra vos aduerſus incedã. ⁊ ꝑ/

cutiā vos ſepties ꝓpter pctā vrā: inducāq; ſup
vos gladiū vltorē federis mei. Cūq; ꝯfugeri-
tis i vrbes. mittā peſtilētiā i medio veſtri ⁊ tra
demini i manibus hoſtiū poſtq̃; cōfregero ba-
culū panis veſtri. ita vt decē mulieres in vno
clibano coquāt panes. ⁊ reddāt eos ad pōdus
⁊ comedetis ⁊ nō ſaturabimini. Sin aūt nec ꝑ
hec audieritis me. ſed ambulaueritis cōtra me
⁊ ego incedā aduerſus vos in furore cōtrario
⁊ corripiā vos ſeptē plagis ꝓpi peccata veſtra
ita vt comedatis carnes filioꝝ veſtroꝝ ⁊ filia-
rū vraꝝ. Deſtruam excelſa veſtra ⁊ ſimulacra
cōfringā. Cadetis inter ruinas idoloꝝ vroꝝ.
⁊ abhominabiꝉ vos aīa mea: intantū vt vrbes
veſtras redigam in ſolitudinem. ⁊ deſerta faci
am ſanctuaria veſtra: nec recipiā vltra odorē
ſuauiſſimū: diſꝑdāq; terrā veſtrā. ⁊ ſtupebunt
ſup ea inimici veſtri cū habitatores illi⁹ fuerit.
Vos aūt diſperdā in gētes. ⁊ euaginabo poſt
vos gladiū: eritq; terra veſtra deſerta. ⁊ ciuita
tes veſtre dirute. Tūc placebunt terre ſabbata
ſua cūctis dieb⁹ ſolitudinis ſue. Qū fueritis in
terra hoſtili: ſabbatizabit ⁊ requieſcet i ſabbatis ſo
litudinis ſue: eo ꝙ nō requieuerit in ſabbatis ve
ſtris. qñ habitabatis in ea. Et q̄ d̄ vobis remā
ſerint: dabo pauorē in cordib⁹ eoꝝ in regioni-
b⁹ hoſtiū. Terrebit eos ſonit⁹ folij volantis: ⁊
ita fugiēt quaſi gladiū. Cadēt nullo ſequēte. ⁊
corruent ſinguli ſup fr̄es ſuos quaſi bella fugi
entes. Nemo veſtꝝ inimicis audebit reſiſtere
Peribitis inī gētes. ⁊ hoſtilis vos terra cōſu-
met. Q̄d ſi ⁊ de his aliq remāſerint: tabeſcēt in
iniqtatib⁹ ſuis in terra inimicoꝝ ſuoꝝ. ⁊ ꝓpter
peccata patrū ſuoꝝ ⁊ ſua affligenꝉ. donec ꝯfite
anꝉ iniqtates ſuas ⁊ maioꝝ ſuoꝝ qb⁹ p̄uari-
cati ſūt in me. ⁊ ambulauerūt ex aduerſo mihi.
Ambulabo igiꝉ ⁊ ego ꝯtra eos. ⁊ inducā illos
i terrā hoſtilē. donec erubeſcat incircūciſa mēs
eoꝝ. Tūc orabūt ꝓ impietatib⁹ ſuis. ⁊ recorda
bor federis mei qd̄ pepigi cū abrahā yſaac ⁊ ia-
cob. Terre quoq; memor ero: que cū relicta fu
erit ab eis. complacebit ſibi in ſabbatis ſuis. pa
tiēs ſolitudinē ꝓpter illos. Ipſi vero rogabūt
ꝓ peccatis ſuis: eo ꝙ abiecerint iudicia mea: ⁊
leges meas deſpexerint. Attamē etiā cū eſſent
in terra hoſtili. nō penitus abieci eos: neq; ſic
deſperi vt ꝯſumerenꝉ. ⁊ irritū facerē pactū me
um cū eis. Ego eni ſū dñs de⁹ eoꝝ. ⁊ recorda-
bor federis mei priſtini: qñ eduxi eos de terra
egypti i ꝯſpectu gentiū vt eſſem de⁹ eoꝝ. Ego
dñs de⁹. Hec ſunt iudicia atq; p̄cepta ⁊ leges
quas dedit dñs inī ſe ⁊ inī filios iſrael in mōte
ſynai ꝑ manū moyſi. XXVII

Locutuſq; eſt dñs ad moyſen dicens.
Loquere filijs iſrael. et dices ad eos.
Homo qui votū fecerit et ſpopōderit deo
animā ſuā: ſub eſtimatiōe dabit p̄ciū. Si fuerit
maſculus a viceſimo anno vſq; ad ſexageſimū
annū. dabit quinquaginta ſiclos argenti ad mē
ſurā ſanctuarij: ſi mulier triginta. A quinto āt
anno vſq; ad viceſimū. maſculus dabit vigin
ti ſiclos femina decē. Ab vno menſe vſq; ad
annū qntū: ꝓ maſculo dabunꝉ qnq; ſicli. ꝓ fe
mina tres. Sexagenarius ⁊ vltra maſculus da
bit quindecim ſiclos: femina decē. Si pauper
fuerit ⁊ eſtimationē reddere nō valebit: ſtabit
corā ſacerdote. ⁊ quantū ille eſtimauerit ⁊ vi
derit eū poſſe reddere: tantū dabit. Animal aūt
qd̄ imolari poteſt dño ſi qs vouerit. ſanctū erit
⁊ mutari nō poteſt. i. nec meli⁹ malo nec peius
bono. Q̄d ſi mutauerit. ⁊ ipm̄ quod mutatū ē.
⁊ illud ꝓ quo mutatū ē ꝯſecratū erit dño. Ani
mal inmūdū qd̄ imolari dño nō poteſt. ſi qs vo
uerit adduceꝉ ante ſacerdotē: q diiudicās vtrū
bonū an malū ſit. ſtatuet p̄ciū. Q̄ ſi dare volue
rit is q offert: addet ſuper eſtimationem quin-
tā partē. Homo ſi vouerit domū ſuā ⁊ ſanctifi
cauerit dño: ꝯſiderabit eā ſacerdos vtrū bona
an mala ſit. ⁊ iuxta preciū qd̄ ab eo fuerit conſti
tutū venundabiꝉ. Sin autem ille q vouerat vo
luerit redimere eā. dabit qntā partē eſtimatio-
nis ſupra. ⁊ habebit domū. Q̄ ſi agrū poſſeſſi
onis ſue vouerit ⁊ cōſecrauerit dño. iuxta men
ſurā ſementis eſtimabiꝉ p̄ciū. Si triginta mo-
dijs ordei ſeriꝉ terra. qnquaginta ſiclis venun
deꝉ argenti. Si ſtatim ab anno incipientis iube
lei vouerit agrū: quanto valere poteſt. tāto eſti
mabiꝉ. Sin aūt poſt aliquantulū tp̄is: ſupputa
bit ſacerdos pecuniā iuxta annoꝝ q reliqui ſūt
numerū vſq; ad iubileū. ⁊ detrahetur ex p̄cio.
Q̄d ſi voluerit redimere agrū ille qui vouerat
addet qntā partē eſtimate pecunie. ⁊ poſſidebit
eum. Sin aūt noluerit redimere. ſed alteri cuili
bet fuerit venundat⁹: vltra eū qui vouerat re-
dimere nō poterit. quia cū iubilei venerit dies
ſanctificat⁹ erat dño. ⁊ poſſeſſio ꝯſecrata ad ius
pertinet ſacerdotū. Si ager empt⁹ eſt ⁊ non de
poſſeſſiōe maioꝝ ſanctificat⁹ fuerit dño: ſuppu
tabit ſacerdos iuxta annoꝝ numerū vſq; ad iu
bileū preciū. ⁊ dabit ille qui vouerat eū domino
In iubileo aūt reuerteꝉ ad priorē dñm q vēdi-
derat eū. ⁊ habuerat in ſortem poſſeſſionis ſue
Omis eſtimatio ſiclo ſanctuarij pōderabiꝉ. Si
clus viginti obolos hꝫ. Primogenita que ad

deū ꝑtinēt nemo ſanctificare poterit ⁊ vouere.
Siue bos ſiue ouis fuerit dñi ſūt. Qđ ſi immun
dū ē aial. redimet q obtulit iuxta eſtimationē ſu
am: ⁊ addet qntā ptē ꝓcij. Si redimere nolue/
rit vēdet alteri. quantūcūq; fuerit ante eſtima/
tū. Oē qđ dño conſecrat ſiue hō fuerit ſiue aial
ſiue ager: nō vēiet nec redimi poterit. Quicqd
ſemel fuerit conſecratum. ſcīm ſcōꝝ erit dño. Et
oīs conſecratio q offert ab hoīe nō redimetur
ſed morte moriet. Oēs decime terre ſiue đ po
mis arboꝝ: ſiue de frugibus dñi ſunt. ⁊ illi ſan
ctificant. Si qs aūt voluerit redimere decimas
ſuas: addet qntā ptē earū. Omniū decimaꝝ
bouis ⁊ ouis ⁊ capre q ſub paſtoris virga tran
ſeūt: qcqd decimū venerit. ſanctificabit domi/
no. Nō eliget nec bonū nec malum: nec altero
cōmutabit. Si qs mutauerit. ⁊ qđ mutatū ē. ⁊
ꝓ quo mutatū ē ſanctificabit dño. ⁊ nō redime
tur. Hec ſūt ꝓcepta q mandauit dñs moyſi ad
filios iſrael in mōte ſynai.

¶ Explicit liber Leuiticus. Incipit va
iedaber. i. liber Numeri. Capitlm I

Locutuſque eſt
dñs ad moyſen in deſerto ſy/
nai in tabernaculo federis ꝓma
die menſis ſecundi anno altero
egreſſiōis eoꝝ ex egypto dicēs
Tollite ſūmā vniuerſe ꝯgregatiōis filioꝝ iſra
el per cognationes ⁊ domos ſuas. ⁊ noīa ſin/
guloꝝ. quicquid ſexus eſt maſculini a viceſimo
anno ⁊ ſupra. omniū viroꝝ fortium ex iſrael: ⁊
numerabitis eos per turmas ſuas tu ⁊ aaron
eruntq; vobiſcū ꝓncipes tribuū ac domoꝝ in co
gnationibus ſuis: quoꝝ iſta ſunt nomina. De
tribu ruben. elyſur filius ſedeur. De tribu ſy/
meon: ſalamihel filius ſuriſaddai. De tribu iu
da. naaſon filius aminadab. De tribu yſachar
nathanael filius ſuar. De tribu zabulon: eliab
filius helon. Filioꝝ aūt ioſeph de tribu ephra/
im: eliſama filius ammiud. De tribu manaſſe
gamalihel filius phadaſſur. De tribu beniamin
abidan filius gedeōis. De tribu dan: ahiezer
filius amiſaddai. De tribu aſer: phegiel filius
ochran. De tribu gad: eliaſaph fili⁹ duel. De
tribu neptalim: ahira filius enan. Hi nobiliſſi
mi principes multitudinis per tribus ⁊ cogna
tiones ſuas ⁊ capita exercitus iſrael: quos tule
rūt moyſes ⁊ aaron cū oī vulgi multitudine. ⁊
congregauerūt ꝓmo die menſis ſecundi recen
ſentes eos per cognationes ⁊ domos ac famili
as. ⁊ capita ⁊ nomina ſinguloꝝ a viceſimo an

no ⁊ ſupra. ſicut preceperat dñs moyſi. Nume
rati q; ſunt in deſerto ſynai de ruben ꝓmogeni
to iſrahelis per cognationes ⁊ familias ac do/
mos ſuas ⁊ noīa capitū ſinguloꝝ. omne qđ ſe
xus eſt maſculini a viceſimo anno ⁊ ſupra ꝓce
dentiū ad bellū: quadragintaſex milia qngenti
De filijs ſymeon per generationes ⁊ familias
ac domos cognationū ſuarū recēſiti ſūt ꝑ noīa
⁊ capita ſinguloꝝ. oē qđ ſexus ē maſculini a vi
ceſimo anno ⁊ ſupra ꝓcedentiū ad bellū: quin
quagintanouē milia trecenti. De filijs gad per
generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū
ſuarū. recēſiti ſūt ꝑ noīa ſinguloꝝ a viginti an
nis ⁊ ſupra oēs q ad bella ꝓcederēt: quadragi
taqnq; milia ſexcēti qnquaginta. De filijs iu/
da ꝑ generatiōes ⁊ familias ac domos cogna/
tionū ſuarū ꝑ noīa ſinguloꝝ a viceſimo anno
⁊ ſupra oēs q poterāt ad bella ꝓcedere. recēſiti
ſūt: ſeptuagintaquattuor milia ſexcēti. De filijs
yſachar per generatiōes ⁊ familias ac domos
cognationū ſuarū ꝑ noīa ſinguloꝝ a viceſimo
anno ⁊ ſupra. oēs qui ad bella ꝓcederent. recē
ſiti ſūt qnquagintaquattuor milia quadringēti
De filijs zabulon per generatiōes ⁊ familias
ac domos cognationū ſuarū. recēſiti ſūt ꝑ noīa
ſinguloꝝ a viceſimo anno ⁊ ſupra. oēs q pote/
rant ad bella ꝓcedere: qnquagintaſeptē milia
quadringenti. De filijs ioſeph filioꝝ ephraim
per generatiōes ⁊ familias ac domos cognatio
nū ſuarū. recēſiti ſūt per noīa ſinguloꝝ a viceſi
mo anno ⁊ ſupra. oēs q poterāt ad bella ꝓcede
re quadraginta milia qngenti. Porro filiorū
manaſſe per generatiōes ⁊ familias ac domos
cognationū ſuarū. recenſiti ſūt ꝑ noīa ſingulo/
rū a viginti ānis ⁊ ſupra. oēs q poterāt ad bel
la ꝓcedere: trigintaduo milia ducenti. De fi/
lijs beniamin ꝑ generatiōes ac familias ac do
mos cognationū ſuarū. recenſiti ſūt nominib⁹
ſinguloꝝ a viceſimo anno ⁊ ſupra. oēs q pote/
rant ad bella ꝓcedere: trigintaqnq; milia qua
dringenti. De filijs dan ꝑ generatiōes ⁊ fami
lias ac domos cognationū ſuarū. recēſiti ſunt
noīb⁹ ſinguloꝝ a viceſimo anno ⁊ ſupra. oēs q
poterāt ad bella ꝓcedere: ſexagintaduo milia
ſeptingēti. De filijs aſer ꝑ generatiōes ⁊ fami
lias ac domos cognationū ſuarū: recēſiti ſūt ꝑ
noīa ſinguloꝝ a viceſimo anno ⁊ ſupra: oēs q
poterāt ad bella ꝓcedere: quadragintaun milia et
mille qngēti. De filijs neptalim ꝑ generatiōes
⁊ familias ac domos cognationū ſuarū. recēſi
ti ſunt noīb⁹ ſinguloꝝ a viceſimo anno ⁊ ſupra
oēs qui poterāt ad bella ꝓcedere: qnquaginta

tria milia quadrigenti. Hi ſūt quos numeraue
rūt moyſes ⁊ aaron ⁊ duodecī ṗncipes iſrl ſin
gulos ꝑ domos cognationū ſuaꝝ. Fueruntqꝫ
oēs filij iſrl ꝑ domos ⁊ familias ſuas a viceſi
mo āno ⁊ ſupra q̄ poterāt ad bella ꝓcedere. ſex
cētatria milia viroꝝ qngenti qnquaginta. Le
uite aūt in tribꝰ familiaꝝ ſuarū nō ſunt numera
ti cū eis. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens.
Tribū leui noli numerare neqꝫ pones ſummā
coꝝ cū filijs iſrl. ſed cōſtitues eos ſuper taber
naculū teſtimonij ⁊ cūcta vaſa eiꝰ. ⁊ qcqd ad ce
rimonias ꝑtinet. Ipſi portabūt tabernaculū ⁊
oia vtenſilia eius: erunt in miſterio ac ꝑ gyrū
tabernaculi metabunt. Cū ꝓficiſcendū fuerit
deponēt leuite tabernaculum: cū caſtra metāda
erigent. Quiſqs externoꝝ acceſſerit occidetur
Metabunt autē caſtra filij iſrael. vnuſqſqꝫ ꝑ
turmas ⁊ cuneos atqꝫ exercitū ſuū. Porro leui
te per gyrum tabernaculi figent tentoria ne fiat
indignatio ſuper multitudinem filioꝝ iſrael. ⁊
excubabūt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij.
Fecerunt ergo filij iſrael iuxta omnia que p̄ce
perat dominus moyſi. II
Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen ⁊ aaron
dicēs. Singuli per turmas ſigna atqꝫ
vexilla ⁊ domos cognationum ſuarum
caſtra metabunt filij iſrael. per gyrum taberna
culi federis. Ad orientem iudas figet tentoria
per turmas exercitus ſui: eritqꝫ princeps filio
rū eius naaſon filiꝰ aminadab. ⁊ oēs de ſtirpe
eius ſūma pugnantiū ſeptuagintaq̄ttuor milia
ſexcenti. Iuxta eū caſtrametati ſunt de tribu iſa
char. quoꝝ princeps fuit nathanael filius ſuar
⁊ ois numerus pugnatoꝝ eius qnquagintaq̄t
tuor milia quadringenti. In tribu zabulon prī
ceps fuit eliab filius helon: oiſqꝫ de ſtirpe eiꝰ
exercitus pugnatorum qnquaginta ſeptem mi
lia quadringenti. Uniuerſi qui in caſtris iude
annumerati ſunt. fuerūt centū octogintaſex mi
lia q̄dringenti. ⁊ per turmas ſuas ṗmi egrediē
tur. In caſtris filioꝝ ruben ad meridianā pla
gam erit princeps eliſur filius ſedeur. ⁊ cūctus
exercitus pugnatoꝝ eiꝰ q numerati ſunt q̄dra
gintaſex milia quingenti. Iuxta eū caſtrameta
ti ſunt de tribu ſymeon: quoꝝ princeps fuit ſala
mihel filius ſuriſaddai. ⁊ cunctus exercitus pu
gnatorum eiꝰ q numerati ſunt qnquaginta no
uē milia trecēti. In tribu gad princeps fuit elia
ſaph filius duel: ⁊ cūctus exercitus pugnatorū
eius q numerati ſunt q̄dragintaqnqꝫ milia ſex
cēti qnq̄ginta. Oēs q recēſiti ſūt ī caſtris ruben
cētū qnquaginta milia. ⁊ mille q̄dringēti quin
quaginta: ꝑ turmas ſuas in ſecūdo loco ꝓficiſcē
tur. Leuabit aūt tabernaculū teſtimonij ꝑ offi
cia leuitarū ⁊ turmas coꝝ. Quō eriget ita ⁊ de
ponet. Singuli per loca ⁊ ordines ſuos ꝓfici
ſcent. Ad occidentalē plagā erūt caſtra filioꝝ
ephraim: quoꝝ ṗnceps fuit eliſama filius am
miud. Cūctus exercitus pugnatoꝝ eius q nu
merati ſunt: quadraginta milia qngenti. Et cū
eis tribus filioꝝ manaſſe: quoꝝ ṗnceps fuit ga
maliel filius phadaſſur: cūctuſqꝫ exercitus pu
gnatoꝝ eius q numerati ſūt trigintaduo milia
ducenti. In tribu filioꝝ beniamin ṗnceps fuit
abidan filius gedeonis. ⁊ cūctus exercitus pu
gnatoꝝ eius qui recenſiti ſūt: trigintaqnqꝫ mi
lia quadrigenti. Oēs q numerati ſūt in caſtris
ephraim centū octo milia centū per turmas ſu
as tertij ꝓficiſcent. Ad aquilōis partē caſtra
metati ſūt filij dan. quoꝝ ṗnceps fuit ahiezer fi
lius amiſaddai. Cunctus exercitus pugnatoꝝ
eiꝰ q numerati ſūt ſexagintaduo milia ſeptingē
ti. Iuxta eū fixere tentoria de tribu aſer: quoꝝ
ṗnceps fuit phegiel filius ochran. Cūctus ex
ercitꝰ pugnatoꝝ eiꝰ q numerati ſūt quadragin
ta milia ⁊ mille qngēti. De tribu filioꝝ neptalī
ṗnceps fuit ahira filius enan. Cūctus exercitꝰ
pugnatoꝝ eius qnquagintatria milia quadrin
genti. oēs qui numerati ſūt in caſtris dan fue
rūt centū quinquaginta ſeptem milia ſexcēti. ⁊
nouiſſimi ꝓficiſcent. Hic numerus filioꝝ iſra
el per domos cognationū ſuarū ⁊ turmas di
uiſi exercitus ſexcētatria milia qngenti qnqua
ginta. Leuite aūt non ſūt numerati inter filios
iſrael. Sic eni p̄ceperat dn̄s moyſi. Feceruntqꝫ fi
lij iſrael iuxta oia q̄ mādauerat dn̄s. Caſtrame
tati ſūt ꝑ turmas ſuas. ⁊ ꝓfecti per familias ac
domos patrū ſuoꝝ. III
Hec ſūt generationes aaron ⁊ moyſi in
die qua locutꝰ eſt dn̄s ad moyſen in mō
te ſynai. ⁊ hec noia filioꝝ aaron. Pri
mogenitus eiꝰ nadab: deinde abiu ⁊ eleazar et
ythamar. Hec noia filioꝝ aarō ſacerdotū qui
vncti ſunt. ⁊ quoꝝ repleti ⁊ conſecrati manꝰ vt
ſacerdotio fungerent. Mortui ſūt eni nadab ⁊
abiu cū offerent ignē alienū in ꝯſpectu domini
in deſerto ſynai. abſqꝫ liberis: functiqꝫ ſunt ſa
cerdotio eleazar ⁊ ythamar coram aaron patre
ſuo. Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen dicens. Ap
plica tribū leui. ⁊ fac ſtare ī ꝯſpectu aarō ſacer
dotis vt miniſtrēt ei ⁊ excubēt ⁊ obſeruēt qcqd
ad cultū ꝑtinet multitudinis corā tabernaculo
teſtimonij: ⁊ cuſtodiāt vaſa tabernaculi ſeruiē
tes in miniſterio eius. Dabiſqꝫ dono leuitas

aaron ⁊ filijs eius qbus traditi ſũt a filijs iſra
el. Aaron autem ⁊ filios eius ↄſtitues ſup cul
tũ ſacerdotij. Externus qui ad miniſtrandum
acceſſerit. morietur. Locutuſqꝫ ē dñs ad moyſen
dicens. Ego tuli leuitas a filijs iſrael ꝓ omni
ꝑmogenito q aperit vuluã in filijs iſrael: erũt/
qꝫ leuite mei. Meũ eſt enim oē ꝑmogenitũ. Ex
quo ꝑcuſſi ꝑmogenitos in terra egypti: ſancti/
ficaui mihi qcqd ꝑmũ naſcitur in iſrael. Ab hoīe
vſqꝫ ad pec⁹ mei ſũt. Ego dñs. Locutuſqꝫ eſt
dñs ad moyſen i deſerto ſynai dicẽs. Numera
filios leui ꝑ domos patrũ ſuoꝝ ⁊ familias. om
nē maſculũ ab vno mẽſe ⁊ ſupra. Numerauit
moyſes vt p̃cepat dñs. ⁊ inuẽti ſũt filij leui per
noīa ſua gerſon ⁊ caath ⁊ merari. Filij gerſon
lebni ⁊ ſemei. Filij caath: amram ⁊ ieſaar. he
bron ⁊ oziel. Filij merari: mooli ⁊ muſi. De
gerſon fuere familie due: lebnitica ⁊ ſemeitica:
quarũ numeratus ē populus ſexus maſculini.
ab vno mẽſe ⁊ ſupra: ſeptẽ milia quingẽti. Hi
poſt tabernaculũ metabuntur ad occidentem ſub
ꝑncipe eliaſaph filio lael. ⁊ habebũt excubias ī
tabernaculo federis. ipm tabernaculũ ⁊ operi
mentũ eius. tentoriũ qḋ trahitur ante fores tecti
federis ⁊ cortinas atrij. tentoriũ quoqꝫ qḋ appē
ditur in introitu atrij tabernaculi. ⁊ qcqd ad ritũ
altaris ꝑtinet: funes tabernaculi ⁊ oīa vtenſilia
eius. Cognatio caath habebit populos amra/
mitas ⁊ ieſaaritas: ⁊ hebronitas ⁊ ozielitas.
Hec ſũt familie caathitarũ. recenſite ꝑ noīa ſua
omnes generis maſculini ab vno menſe ⁊ ſup
octo milia ſexcenti. Habebũt excubias ſanctua
rij. ⁊ caſtrametabuntur ad meridianam plagam
Princepſqꝫ eoꝝ erit eliſaphan fili⁹ oziel. ⁊ cu/
ſtodiant archã. menſamqꝫ ⁊ candelabrũ: altaria
⁊ vaſa ſanctuarij in qb⁹ miniſtratur. ⁊ velũ. cũctã
qꝫ huiuſcemodi ſuppellectilē. Princeps autẽ
ꝑncipũ leuitarũ eleazar filius aaron ſacerdotis
erit ſup excubitores cuſtodie ſanctuarij. At ve
ro de merari erũt populi moolite ⁊ muſite. recē
ſiti per noīa ſua. oēs generis maſculini ab vno
mẽſe ⁊ ſupra: ſex milia ducẽti. Princeps eorũ
ſuriel fili⁹ abiahiel. in plaga ſeptẽtrionali caſtra.
metabuntur. Erũt ſub cuſtodia eoꝝ tabule taber
naculi ⁊ vectes ⁊ colũne ac baſes earum ⁊ om/
nia q̃ ad cultũ huiuſcemodi pertinẽt: colũneqꝫ
atrij ꝑ circuitũ cũ baſibus ſuis. ⁊ paxilli cũ funi
bus. Caſtrametabuntur ante tabernaculũ fede/
ris. i. ad orientalē plagam moyſes ⁊ aaron cũ
filijs ſuis. hñtes cuſtodiã ſanctuarij i medio fi
lioꝝ iſrael. Quiſqs alienus acceſſerit. morietur.
Omēs leuite quos numerauerũt moyſes ⁊ aarõ
iuxta p̃ceptũ dñi ꝑ familias ſuas in genere ma
ſculino a menſe vno ⁊ ſupra: fuerũt viginti duo
milia. Et ait dñs ad moyſen. Numera ꝑmoge
nitos ſexus maſculini de filijs iſrael ab vno mē
ſe ⁊ ſupra. ⁊ habebis ſummã eoꝝ. Tolleſqꝫ leui/
tas mihi ꝓ oī ꝑmogenito filioꝝ iſrael. Ego ſũ
dñs. Et pecora eoꝝ ꝓ vniuerſis primogenitis
pecoꝝ filioꝝ iſrael. Recenſuit moyſes ſicut p̃/
ceperat dñs ꝑmogenitos filioꝝ iſrael. ⁊ fuerũt
maſculi ꝑ noīa ſua a menſe vno ⁊ ſupra vigin
tiduo milia ducenti ſeptuagintatres. Locutuſ
qꝫ eſt dominus ad moyſen dicens. Tolle leui/
tas pro primogẽitis filiorum iſrael. ⁊ pecora le
uitarum pro pecorib⁹ eorum. eruntqꝫ leuite mei
Ego ſum dominus. In precio autem ducen/
toꝝ ſeptuagintatriũ q excedũt numerũ leuitarũ
de ꝑmogenitis filioꝝ iſrael. accipies quinqꝫ ſi
clos per ſingula capita. ad menſuram ſanctua/
rij. Siclus habet viginti obolos. Dabiſqꝫ pe/
cuniam aaron ⁊ filijs eius preciũ eoꝝ qui ſupra
ſunt. Tulit igitur moyſes pecuniam eoꝝ qui fue
rant amplius. ⁊ quos redemerat a leuitis ꝓ ꝑ/
mogenitis filioꝝ iſrael: mille trecentoꝝ ſexagin
taqnqꝫ ſicloꝝ iuxta pondus ſanctuarij. ⁊ dedit
eã aaron ⁊ filijs eius iuxta verbũ qḋ p̃ceperat
ſibi dominus. IIII

Locutuſqꝫ ē dominus ad moyſen ⁊ aa
ron dicens. Tolle ſummam filioꝝ ca
ath de medio leuitarum per domos et
familias ſuas a triceſimo anno ⁊ ſupra vſqꝫ ad
qnquageſimũ annũ: omniũ q ingrediuntur vt ſtẽt
⁊ miniſtrẽt in tabernaculo federis. Hic ē cul/
t⁹ filioꝝ caath. Tabernaculũ federis ⁊ ſanctũ
ſanctoꝝ igredientur aaron ⁊ filij ei⁹ qñ mouẽda
ſunt caſtra. ⁊ deponent velũ qḋ pendet ante fo
res. inuoluentqꝫ eo archam teſtimonij ⁊ operi
ent rurſum velamine hyacinthinarũ pelliũ: ex
tendentqꝫ deſuper palliũ totũ hyacinthinũ. ⁊ ī
ducẽt vectes. Mẽſam qꝫ ꝓpoſitiōis inuoluẽt
hyacinthino pallio. ⁊ ponent cũ eo thuribula ⁊
mortariola. cyathos ⁊ crateras ad liba funden
da. Panes ſemꝑ in ea erũt. Extendentqꝫ de/
ſup palliũ coccineũ qḋ rurſũ operiẽt velamẽto
hyacinthinarũ pelliũ. ⁊ īducẽt vectes. Sumẽt
⁊ palliũ hyacinthinũ quo operient candelabrũ
cũ lucernis ⁊ forcipibus ſuis ⁊ emunctorijs, et
cunctis vaſis olei que ad concinnandas lucernas
neceſſaria ſunt. ⁊ ſup oīa ponẽt opimentũ hya
cinthinarũ pelliũ ⁊ inducent vectes. Necnõ et
altare aureũ inuoluent hyacinthino veſtimen
to. ⁊ extendent deſuper operimentũ hyacinthi
narũ pelliũ. inducentqꝫ vectes. Oīa vaſa qb⁹

miniſtratur in ſcũario inuoluẽt hyacinthino pal
lio. ⁊ extendent deſuꝑ opimẽtum hyacinthina
rum pelliũ: inducẽtq; vectes. Sed ⁊ altare mũ
dabunt cinere ⁊ inuoluent illud purpureo ve-
ſtimento: ponentq; cũ eo oĩa vaſa quib⁹ in mi-
niſterio eius vtunꝶ. id eſt igniũ receptacula fuſ
cinulas ac tridentes vncinos ⁊ batillia. Cũcta
vaſa altaris opient ſiꝶ velamine hyacinthinaꝝ
pelliũ. ⁊ inducẽt vectes. Cũq; inuoluerit aarõ
⁊ filij eius ſcũariũ ⁊ oĩa vaſa eius in cõmotione
caſtroꝝ. tunc intrabũt filij caath vt portẽt inuo
luta: ⁊ nõ tangent vaſa ſanctuarij ne moriantur
Iſta ſunt onera filioꝝ caath in tabernaculo fe-
deris ſuꝑ quos erit eleaçar filius aaron ſacerdo
tis: ad cuius ꝑtinet cura; oleũ. ad concinandas
lucernas ⁊ cõpoſitionis incenſum ⁊ ſacrificium
qđ ſemꝑ offertur ⁊ oleum vnctionis. ⁊ quicqđ
ad cultum tabernaculi ꝑtinet: omniũq; vaſoꝝ q̃
in ſanctuario ſunt. Locutuſq; ẽ dñs ad moyſen
⁊ aaron dicens: Nolite ꝑdere populũ caath de
medio leuitaꝝ: ſed hoc facite eis vt viuant ⁊ nõ
moriantur ſi tetigerint ſancta ſcõꝝ. Aaron ⁊ fi-
lij eius intrabunt ipſiq; diſponent opa ſingulo
rum ⁊ diuident quid portare quis debeat. Alij
nulla curioſitate videant que ſunt in ſcũario pri
uſq; inuoluantur: alioquin morienꝶ. Locutuſ-
q; eſt dñs ad moyſen dicens: Tolle ſũmã etiã
filioꝝ gerſon per domos ac familias ⁊ cognatio
nes ſuas a triginta ãnis ⁊ ſupra vſq; ad annos
quinquaginta. Numera oẽs qui ingrediuntur
⁊ miniſtrãt in tabernaculo federis. Hoc eſt ef-
ficium familie gerſonitaꝝ: vt portent cortinas
tabernaculi ⁊ tectũ federis opimentũ aliud: ⁊ ſu
per oĩa velamen hyacinthinũ: tentoriũq; qđ pẽ
det in introitu tabernaculi federis cortinas atrij
⁊ velũ in introitu qđ eſt ante tabernaculũ. Oĩa
que ad altare ꝑtinẽt funiculos ⁊ vaſa miniſterij
iubente aaron ⁊ filijs eius portabũt filij gerſon
⁊ ſciant ſinguli cui debeãt oneri mãcipari. Hic
eſt cultus familie gerſonitaꝝ in tabernaculo fe-
deris. Eruntq; ſub manu ythamar filij aaron
ſacerdotis. Filios quoq; merari per familias ⁊
domos patꝝ ſuoꝝ recenſebis a triginta annis
⁊ ſupra vſq; ad annos quinquaginta: oẽs qui
ingrediunꝶ ad officiũ miniſterij ſui ⁊ cultũ fede
ris teſtimonij. Hec ſunt onera eorum. Porta
bunt tabulas tabernaculi ⁊ vectes eius colum-
nas ⁊ baſes eaꝝ. columnas quoq; atrij per cir
cuitũ cũ baſibus ⁊ paxillis ⁊ funibus ſuis. Oĩa
vaſa ⁊ ſuppellectile; ad numerum accipient ſicq;
portabunt. Hoc eſt officiu; familie meraritaꝝ
⁊ miniſterium in tabernaculo federis: eruntq;
ſub manu ythamar filij aaron ſacerdotis. Re-
cenſuerunt igitur moyſes ⁊ aaron ⁊ principes
ſynagoge filios caath ꝑ cognationes ⁊ domos
patrũ ſuoꝝ a triginta ãnis ⁊ ſupra vſq; ad an-
nũ qnquageſimũ: oẽs q ingrediunꝶ ad miniſte
rium tabernaculi federꝭ: ⁊ inuenti ſũt duo mi-
lia ſeptingẽti qnquaginta. Hic ẽ numer⁹ ppłi
caath q itrãt tabernaculũ federꝭ. Hos nũera
uit moyſes ⁊ aaron iuxta ſermonẽ dñi ꝑ manũ
moyſi. Numerati ſũt ⁊ filij gerſon ꝑ cognatõ-
nes ⁊ domos patꝝ ſuoꝝ a triginta annis ⁊ ſuꝑ
vſq; ad qnquageſimũ ãnũ oẽs q ingrediuntur
vt miſtrẽt in tabernaculo federꝭ. ⁊ inuẽti ſunt
duo milia ſexcenti triginta. Hic ẽ ppłs gerſo
nitaꝝ: q̊s nũerauerũt moyſes ⁊ aaron iuxta v
bũ dñi. Numerati ſũt ⁊ filij merari per cogna
tiones ⁊ domos patꝝ ſuoꝝ a triginta annis et
ſupra vſq; ad ãnũ qnquageſimũ: oẽs q ingre-
diunꝶ ad explendos ritus tabernaculi federis.
⁊ inuẽti ſũt tria milia ducẽti. Hic ẽ numerus fi
lioꝝ merari: q̊s recẽſuerũt moyſes ⁊ aarõ iux-
ta imperiũ dñi ꝑ manũ moyſi. Oẽs q recenſiti
ſũt de leuitꝭ ⁊ quos recẽſeri fecit ad nomẽ moy
ſes ⁊ aarõ ⁊ ꝓncipes iſrael ꝑ cognationes ⁊ do
mos patrũ ſuoꝝ a triginta annis ⁊ ſupra vſq;
ad annũ qnquageſimũ: igredientes ad miniſte-
riũ tabernaculi ⁊ onera portãda: fuerunt ſimul
octo milia qngenti octoginta. Iuxta vbũ dñi
recenſuit eos moyſes vnũquẽq; iuxta officiu;
ſuu; et onera ſua: ſicut ꝑceperat ei dñs. V

LOcutuſq; eſt dñs ad moyſen dicens.
Precipe filijs iſrael: vt eijciant de ca-
ſtris oẽm leproſũ ⁊ q ſemine fluit pollu-
tuſq; eſt ſuꝑ mortuo. Tam maſculũ q̃; feminã;
eijcite de caſtris: ne cõtaminent ea cũ habitaue
rit vobiſcũ. Feceruntq; ita filij iſrael: ⁊ eiecerũt
eos extra caſtra ſicut locutus erat dñs moyſi.
Locutuſq; ẽ dñs ad moyſen dicẽs. Loq̃re ad
filios iſrael. Vir ſiue mulier cũ fecerint ex oib⁹
pctis q̃ ſolent hoibus accidere. ⁊ ꝑ negligentiã
tranſgreſſi fuerint mãdatũ dñi atq; deliquerit
ꝯfitebũꝶ pctm̃ ſuũ ⁊ reddẽt ipſu; caput: quĩtãq;
ꝑtẽ deſuꝑ ei in quẽ peccauerit. Sin autẽ nõ fue
rit q recipiat: dabunt dño et erit ſacerdotis ex-
cepto ariete qui offertur ꝓ expiatione vt ſit pla
cabilis hoſtia. Omnes quoq; ꝓmitie quas of
ferunt filij iſrael: ad ſacerdotem pertinent: ⁊ qc
quid in ſanctuariũ offertur a ſingulis et tradiꝶ
manibus ſacerdotis: ipſius erit. Locutuſq; eſt
dñs ad moyſen dicẽs. Loq̃re ad filios iſrael. ⁊
dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit. mari-
tũq; contẽnens dormierit cũ altero viro. ⁊ hoc

maritus deꝑhendere nõ querit ſed latet adul/
teriũ ⁊ teſtibꝰ argui nõ poteſt. qꝛ nõ ẽ inuẽta in
ſtupro ſi ſpũs zelotipie cõcitauerit virũ ꝯ vxo/
rẽ ſuã ꝙ vel polluta ẽ. vel falſa ſuſpitione appe
tit̃ adducet eã ad ſacerdotẽ. ⁊ offeret oblationẽ
ꝓ illa decimã partẽ ſati farine ordeace. Nõ fũ
det ſup eã oleũ nec iponet thus. qꝛ ſacrificiũ ze/
lotipie ẽ. ⁊ oblatio inueſtigãs adulteriũ. Offe
ret igitur eam ſacerdos ⁊ ſtatuet corã domino
aſſumetqꝫ aquã ſanctã in vaſe fictili. ⁊ paxillũ
terre de pauimento tabernaculi mittet in eam.
Cũqꝫ ſteterit mulier in cõſpectu dñi. diſcoope
riet caput eius. ⁊ ponet ſuper manus illiꝰ ſacri
ficiũ recordationis ⁊ oblationẽ zelotipie. Ipſe
aũt tenebit aquas amariſſimas: in qbꝰ cum exe
cratione maledicta cõgeſſit: adiurabitqꝫ eaꝫ. ⁊
dicet. Si non dormiuit vir alienus tecũ. ⁊ ſi nõ
polluta es deſerto mariti thoro: nõ te nocebũt
aque iſte amariſſime in quas maledicta ꝯgeſſi.
Sin aũt declinaſti a viro tuo atqꝫ polluta es. ⁊
concubuiſti cũ altero: his maledictionibus ſub
iacebis. Det te dominus in maledictionem ex
emplũqꝫ cũctoꝝ in populo ſuo. Putreſcere fa
ciat femur tuũ. ⁊ tumens vterus tuus diruͣpat̃
Ingrediant̃ aque maledicte in ventrẽ tuuꝫ. ⁊
vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpon/
debit mulier. Amen amẽ. Scribetqꝫ ſacerdos
in libello iſta maledicta. ⁊ delebit ea aquis ama
riſſimis in quas maledicta congeſſit. ⁊ dabit ei
bibere. Quas cum exhauſerit. tollet ſacerdos
de manu eius ſacrificiũ zelotipie: ⁊ eleuabit il/
lud coraꝫ domino. imponetqꝫ ſuper altare: ita
dũtaxat vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo
quod offert̃ ⁊ incendat ſuper altare. ⁊ ſic potuꝫ
det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum bi
berit: ſi polluta eſt ⁊ cõtẽpto viro adulterij rea:
pertranſibunt eã aque maledictionis: ⁊ inflato
ventre computreſcet femur: eritqꝫ mulier ĩ ma
ledictionẽ ⁊ in exemplũ omni populo. Qꝺ ſi
polluta non fuerit. erit innoxia. ⁊ faciet liberos
Iſta eſt lex zelotipie. Si declinauerit mulier a
viro ſuo. ⁊ ſi polluta fuerit. mariti ſqꝫ zelotipie
ſpiritu concitatus adduxerit eã in cõſpectu dñi
⁊ fecerit ei ſacerdos iuxta oĩa que ſcripta ſunt:
maritus abſqꝫ culpa erit. ⁊ illa recipiet iniqtatẽ
ſuam. VI

Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicens.
Loquere ad filios iſrl̃. ⁊ dices ad eos.
Vir ſiue mulier cũ fecerit votũ vt ſan/
ctificent̃ ⁊ ſe voluerint dño conſecrare: a vino
⁊ oĩ qꝺ inebriare põt abſtinebũt. Acetum ex vi
no ⁊ ex qualibet alia potione. ⁊ qcqd de vua ex/
primit̃ nõ bibent: vuas recentes ſiccaſqꝫ nõ co
medent: cunctis diebus qbus ex voto dño con
ſecraut̃. Quicqd ex vinea eſſe põt ab vua paſſa
vſqꝫ ad acinũ. non comedẽt. Oĩ tpe ſeparatio/
nis ſue nouacula non tranſibit per caput eiꝰ vſ/
qꝫ ad cõpletũ diẽ quo dño cõſecratur. Scũs erit
creſcente ceſarie capitis eiꝰ. Oĩ tpe ꝯſecratõis
ſue ſup mortuũ non ingredient̃: nec ſuper patris
qdem ⁊ matris ⁊ fratris ſororiſqꝫ funere conta
minabit̃: qꝛ cõſecratio dei ſui ſup caput eiꝰ eſt.
Oĩbus diebus ſeparatõis ſue ſanctus erit dño
Sin aũt mortuus fuerit ſubito qſpiam corã eo:
polluet̃ caput cõſecrationis eiꝰ. qꝺ radet illico ⁊
in eadem die purgatõis ſue. ⁊ rurſum ſeptima
In octaua aũt die offeret duos turtures vel du
os pullos columbe ſacerdoti in introitu federis
teſtimonij: facietqꝫ ſacerdos vnũ pro peccato ⁊
alterum in holocauſtum. ⁊ deꝑcabit̃ pro eo. qꝛ
peccauit ſuper mortuo: ſcificabitqꝫ caput eius i
die illo. ⁊ cõſecrabit dño dies ſeparationis illiꝰ of
ferens agnum anniculũ pro pctõ. ita tamẽ vt di
es priores irriti fiant: qꝛ polluta eſt ſcificatio eiꝰ
Iſta eſt lex cõſecratõis. Cũ dies quos ex voto
decreuerat complebunt̃: adducet eum ad oſtiũ
tabernaculi federis: vt offerat oblationem eius
dño agnũ anniculũ immaculatũ in holocauſtum
⁊ ouem anniculã immaculatã pro pctõ. ⁊ arietem
immaculatũ hoſtiam pacificã. caniſtrũ quoqꝫ pa/
nuꝫ azimoꝝ q ꝯſperſi ſunt oleo: ⁊ lagana abſqꝫ
fermẽto vncta oleo: ac libamina ſinguloꝝ. ꝗ of
feret ſacerdos corã dño: ⁊ faciet tam pro pecca/
to qꝫ in holocauſtum. Arietẽ vero immolabit ho
ſtiam pacificã dño. offerens ſimul caniſtrũ azimo/
rũ ⁊ libamenta ꝗ ex more debent̃. Tũc radetur
nazareus ante oſtiũ tabernaculi federis ceſarie
cõſecrationis ſue: tolletqꝫ capillos eius ⁊ ponet
ſuper ignẽ q eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorũ
⁊ armũ coctum arietis: tortãqꝫ abſqꝫ fermento
vnã de caniſtro ⁊ laganum azimũ vnum. ⁊ tra
det in manus nazarei poſtqꝫ raſuꝫ fuerit caput
eius ſuſceptaqꝫ rurſũ ab eo eleuabit in cõſpectu
dñi. ⁊ ſanctificata ſacerdotis erunt: ſicut pectu/
ſculum qꝺ ſeparari iuſſũ eſt ⁊ femur. Poſt hec
põt bibere nazareus vinũ. Iſta eſt lex nazarei
cũ vouerit oblationẽ ſuã dño tpe conſecratõis
ſue: exceptis his que inuenerit manus eiꝰ. Iuxta
qꝺ mente deuouerat: ita faciet ad perfectionem
ſcificationis ſue. Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen
dicens. Loquere aaron ⁊ filijs eius. Sic bene
dicetis filijs iſrl̃. ⁊ dicetis eis. Benedicat tibi
dñs: ⁊ cuſtodiat te. Oſtendat dñs faciem ſuã ti
bi ⁊ miſereat̃ tui. Cõuertat dñs vultũ ſuũ ad te

⁊ det tibi pacē. Inuocabūtq̄ nomē meū ſuper
filios iſrl'. ⁊ ego benedicā eis. VII

FActū eſt aūt in die qua cōpleuit moyſeſ
tabernaculum ⁊ erexit illud: vnxitq̄ ⁊
ſcificauit cū oib⁹ vaſis ſuis altare ſimili
ter ⁊ omīnia vaſa ei⁹: obtulerunt principes iſra
el ⁊ capita familiaꝝ. q̄ erāt ꝑ ſingulas trib⁹ p̄fe
cti eoꝝ qui numerati fuerant mūera corā dño
ſex plauſtra tecta cum duodecim bob⁹. Vnū
plauſtrum obtulere duo duces: ⁊ vnum bouē
ſinguli: obtulerūtq̄ ea in ↄſpectu tabernaculi
Ait autē domin⁹ ad moyſen: Suſcipe ab eis vt
ſeruiant in miniſterio tabernaculi. ⁊ trades ea le
uit' iuxta ordinem miniſterij ſui. Itaq̄ cum ſuſce
piſſ; moyſes plauſtra ⁊ boues: tradidit ea leuit'
Duo plauſtra ⁊ quattuor boues dedit filijs ger
ſon. iuxta id qđ habebant neceſſarium. q̄ttuor
alia plauſtra ⁊ octo boues dedit filijs merari
ſm officia ⁊ cultum ſuum: ſub manu ythamar
filij aaron ſacerdotis. Filijs aūt caath nō dedit
plauſtra ⁊ boues: quia i ſcūario ſeruiunt. ⁊ one
ra ꝓprijs portant humeris. Igitur obtulerūt
duces in dedicationē altaris. die qua vnctum
eſt oblationem ſuam ante altare. Dixitq̄ do/
minus ad moyſen. Singuli duces per ſingu/
los dies offerant munera in dedicationem al/
taris. Primo die obtulit oblationem ſuam na
aſon filius amminadab de tribu iuda: fuerunt
q̄ in ea acetabulum argentum pondo centum
triginta ſicloꝝ phiala argētea hñs ſeptuaginta
ſiclos iuxta pondus ſanctuarij. vtrunq̄ plenū
ſimila ↄſperſa oleo in ſacrificium. mortariolū
ex decem ſiclis aureis plenum incenſo. bouem
de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculum in
holocauſtum. hircumq̄ pro peccato ⁊ in ſacrifi
cio pacificoꝝ boues duos: arietes quinq̄: hir/
cos quinq̄: agnos anniculos quinq̄. Hec eſt
oblatio naaſon filij āminadab. Secūdo die ob
tulit nathanael filius ſuar dux de tribu yſachar
acetabulū argenteū appendens centum trigi
ta ſiclos: phialam argenteā hñtem ſeptuaginta
ſiclos iuxta pondus ſanctuarij: vtrunq̄ plenū
ſimila ↄſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolum
aureum hñs decem ſiclos plenum incenſo: bo
uem de armento ⁊ arietem: ⁊ agnum anniculū
in holocauſtum hircumq̄ pro peccato: ⁊ in ſa/
crificio pacificoꝝ boues duos: arietes quinq̄:
hircos quinq̄: agnos anniculos quinq̄. Hec
fuit oblatio nathanael filij ſuar. Tertio die pri
ceps filioꝝ zabulon heliab filius helon obtulit
acetabulum argenteum appendens centū tri
ginta ſiclos. phialam argenteam hñtem ſeptua
ginta ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrūq̄ ple/
num ſimila ↄſperſa oleo in ſacrificium: morta
riolum aureum appendens decem ſiclos plenū
incenſo: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnū
anniculum in holocauſtum: hircumq̄ pro pec
cato: ⁊ in ſacrificio pacificorū boues duos: arie
tes quinq̄: hircos quinq̄: agnos āniculos quī
q̄. Hec ē oblatio heliab filij helō. Die quarto
princeps filiorum ruben eliſur filius ſedeur:
obtulit acetabulum argenteum appendens cen
tum triginta ſiclos: phialam argenteam hñtem
ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrū
q̄ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium
mortariolum aureum appendens decē ſiclos
plenum incenſo: bouem de armento ⁊ arietem
⁊ agnum anniculum in holocauſtum: hircūq̄
pro peccato ⁊ in hoſtias pacificorum boues du
os: arietes quinq̄: hircos quinq̄: agnos anni
culos quinq̄. Hec fuit oblatio eliſur filij ſede/
ur. Die quinto princeps filiorum ſymeon ſala
miel filius ſuriſaddai obtulit acetabulum argē
teum appendens centum triginta ſiclos: phia/
lam argenteam hñtē ſeptuaginta ſiclos ad pō
dus ſanctuarij: vtrunq̄ plenum ſimila con/
ſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureū
appendens decem ſiclos plenum incenſo: bo/
uem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculū
in holocauſtum: hircumq̄ pro peccato: ⁊ in ho
ſtias pacificorum boues duos: arietes quinq̄:
hircos quinq̄: agnos anniculos quinq̄. Hec
fuit oblatio ſalamihel filij ſuriſaddai. Die ſexto
princeps filiorum gad heliaſaph filius duel ob
tulit acetabulum argenteum appendens centū
triginta ſiclos: phialam argenteā hñtem ſeptua
ginta ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrūq̄ ple/
num ſimila ↄſperſa oleo in ſacrificium: morta
riolum aureum appendens decem ſiclos ple/
num incenſo: bouem de armento ⁊ arietem ⁊
agnum anniculum in holocauſtum: hircumq̄
ꝓ pctō: ⁊ in hoſtias pacificorū: boues duos:
arietes quinq̄: hircos quinq̄: agnos annicu/
los q̄nq̄. Hec fuit oblatio heliaſaph filij duel
Die ſeptimo princeps filiorum ephraim eliſa/
ma filius āmiud obtulit acetabulū argenteum
appendens centū triginta ſiclos: phialam argē
team habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus
ſanctuarij: vtrūq̄ plenum ſimila cōſperſa oleo
in ſacrificiū: mortariolū aureum appendens
decem ſiclos plenū incenſo: bouem de armēto
⁊ arietem ⁊ agnū anniculū in holocauſtum hir
cumq̄ pro peccato. ⁊ in hoſtias pacificorū bo
ues duos: arietes q̄nq̄: hircos quinq̄: agnos

anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio eliſama fi/
lij ammiud. Die octauo princeps filiorum ma
naſſe gamaliel filius phadaſſur obtulit aceta/
bulum argenteuz appendens centumtriginta
ſiclos: phialam argenteā habentē ſeptuaginta
ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrūqꝫ plenuz ſi/
mila cōſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolū au/
reum appendens decem ſiclos plenum incen/
ſo: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnū anni/
culū in holocauſtum: hircumqꝫ pro peccato. ⁊
in hoſtias pacificorum boues duos: arietes qn
qꝫ: hircos quinqꝫ: agnos anniculos quinqꝫ.
Hec fuit oblatio gamaliel filij phadaſſur Die
nono princeps filiorum beniamin abidan fi/
lius gedeonis obtulit acetabulum argenteum
appendens centumtriginta ſiclos: phialam ar
genteam habentez ſeptuaginta ſiclos ad pon/
dus ſanctuarij vtrumqꝫ plenuz ſimila conſper
ſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureuz ap
pendens decem ſiclos plenum incenſo: bouez
de armento ⁊ arietem ⁊ agnuz anniculuz in ho
locauſtum: hircumqꝫ pro peccato. ⁊ in hoſtias
pacificorum boues duos: arietes quinqꝫ. hir/
cos quinqꝫ: agnos anniculos quinqꝫ. Hec fu
it oblatio abidan filij gedeonis. Die decimo
princeps filiorum dan abiezer filius amiſad/
dai obtulit acetabulum argenteuz appendens
centumtriginta ſiclos: phialam argenteaz ha/
bentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij
vtrumqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo ſacrifi
cium: mortariolum aureum appendens decez
ſiclos plenum incenſo: bouē de armento ⁊ arie
tem ⁊ agnum anniculuz in holocauſtum: hir/
cumqꝫ pro peccato. ⁊ in hoſtias pacificoruz bo
ues duos: arietes qnqꝫ: hircos quinqꝫ: agnos
anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio abiezer fi/
lij amiſaddai. Die vndecimo princeps filioruz
aſer phegiel filius ochran obtulit acetabulum
argenteum appendens centumtriginta ſiclos
phialam argenteā habentem ſeptuaginta ſiclos
ad pondus ſanctuarij: vtrūqꝫ plenum ſimila
conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum au
reum appendens decem ſiclos plenum incen/
ſo: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum an/
niculum in holocauſtum: hircumqꝫ pro pecca/
to ⁊ in hoſtias pacificorum boues duos: arie/
tes quinqꝫ: hircos quinqꝫ: agnos anniculos
quinqꝫ. Hec fuit oblatio phegiel filij ochran.
Die duodecimo princeps filiorum neptalim:
ahira filius henan obtulit acetabulum argen/
teum appendens centumtriginta ſiclos: phia/
lam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad
pondus ſanctuarij: vtrūqꝫ plenum ſimila oleo
conſperſa in ſacrificium mortariolum aureum
appendens decem ſiclos plenum incenſo: bo/
uem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculū
in holocauſtum: hircūqꝫ pro peccato. ⁊ in ho/
ſtias pacificorum boues duos: arietes quinqꝫ:
hircos qnqꝫ: agnos anniculos quinqꝫ. Hec
fuit oblatio ahira filij henan. Hec in dedicati
one altaris oblata ſūt a principibꝰ iſrael in die q̄
cōſecratū ē: acetabula argētea duodecim: phia
le argētee duodecim: mortariola aurea duode
cim: ita vt centūtriginta argenti ſiclos hrēt vnū
acetabulū. ⁊ ſeptuaginta ſiclos vna phiala. i. in
cōmune vaſorū oiuz ex argēto: ſicli duo milia
quadringēti pondere ſanctuarij: mortariola au
rea. Duodecim plena incēſo. denos ſiclos ap/
pendētia pondere ſanctuarij. i. ſimul auri ſicli
centū viginti boues de armēto in holocauſtum
duodecī: arietes duodecim: agni anniculi duo
decim ⁊ libamēta eorū: hirci duodecim ꝓ pctō
ī hoſtias pacificoꝝ: boues vigītiquattuor: arie
tes ſexaginta hirci ſexaginta: agni āniculi ſexa
ginta. Hec oblata ſūt in dedicatione altaris qn̄
vnctum eſt. Cūqꝫ ingrederetur moyſes taber
naculū federis vt ꝯſulēt oraculū: audiebat vocē
loquētis ad ſe de ꝓpitiatorio: qd̄ erat ſup archā
teſtimonij inter duos cherubin: vn̄ ⁊ loq̄bat ei.

Ocutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen di VIII
cens. Loquere aaron. ⁊ dices ad eum
Cuz poſueris ſeptem lucernas. cande
labrum in auſtrali parte erigatur. Hoc igitur
precipe vt lucerne contra boream e regione re
ſpiciant ad menſam panum propoſitionis: cō/
tra eam partem quam candelabrum reſpicit lu
cerne debebunt. Fecitqꝫ aaron ⁊ impoſuit lu/
cernas ſuper candelabrum. vt preceperat do/
minus moyſi. Hec autem erat factura cande
labri. ex auro ductili tam medius ſtipes q̄z cun
cta que ex vtroqꝫ calamorum latere naſceban/
tur. Iuxta exemplum quod oſtendit dominus
moyſi: ita operatus eſt candelabrum. Et locu
tus eſt dominus ad moyſen dicens. Tolle le/
uitas de medio filiorū iſrael. ⁊ purificabis eos
iuxta hunc ritum. Aſpergantur aqua luſtrati/
onis ⁊ radant omnes pilos carnis ſue. Cum/
qꝫ lauerint veſtimenta ſua ⁊ mundati fuerint.
tollent bouem de armentis ⁊ libamentum eius
ſimilam oleo conſperſam: bouem autem alte/
rum de armento accipies pro peccato. ⁊ appli/
cabis leuitas coram tabernaculo federis con/
uocata omni multitudine filiorum iſrael. Cū/
qꝫ leuite fuerint corā domino ponent filij iſrael

manus ſuas ſuper eos. ⁊ offeret aaron leuitas
munus in ꝯſpectu dñi a filijs iſrl': vt ſeruiant i
miniſterio eius. Leuite quoqꝫ ponent manus
ſuas ſup capita boū: e qbus vnū facies ꝓ pctō.
⁊ alteꝝ i holocauſtū dñi. vt depꝯcer' ꝓ eis. Sta
tueſqꝫ leuitas i ꝯſpectu aaron ⁊ filioꝝ eiꝰ. ⁊ cō
ſecrabis oblatos dño. ac ſepabis de medio filio
rū iſrl' vt ſint mei ⁊ poſtea igrediant' tabernacu
lū federis vt ſeruiāt mihi. Sicqꝫ purificabis ⁊
conſecrabis eos in oblationē dñi: qm̄ dono do
nati ſunt mihi a filijs iſrl'. Pro primogēitis q̄
apiunt oē vuluam in iſrael. accepi eos. Mea
ſūt eni oīa ꝑmogenita filioꝝ iſrl'. tam ex hoībꝰ
qꝫ ex iumentis. Ex die quo pcuſſi oē ꝑmogeni
tū i terra egypti. ſcificaui eos mihi. ⁊ tuli leuitas
ꝓ cūctis ꝑmogenitis filioꝝ iſrael. tradidiqꝫ eos
dono aaron ⁊ filijs eius de medio ppl'i: vt ſerui
ant mihi ꝓ iſrael in tabernaculo federis. ⁊ orēt
ꝓ eis ne ſit in pplo plaga. ſi auſi fuerint accede
re ad ſcūariū. Feceruntqꝫ moyſes ⁊ aaron ⁊ oīs
multitudo filioꝝ iſrael ſup leuitis que p̄ceperat
dñs moyſi. purificatiqꝫ ſunt ⁊ lauerūt veſtimē
ta ſua. Eleuauitqꝫ eos aaron in cōſpectu domi
ni ⁊ orauit pro eis: vt purificati ingrederentur
ad officia ſua i tabernaculū federis coraꝫ aaron
⁊ filijs eiꝰ. Sicut p̄ceperat dñs moyſi de leui-
tis ita factū eſt. Locutuſqꝫ ē dñs ad moyſen di-
cēs. Hec eſt lex leuitaꝝ. A viginti quinqꝫ ānis
⁊ ſup igredient': vt miniſtrēt in tabernaculo fede
ris. Cūqꝫ quīquageſimū annū etatis iplenerint
ſeruire ceſſabūt: eruntqꝫ miniſtri fratrū ſuorum in
tabernaculo federis: vt cuſtodiant q ſibi fuerit
cōmendata opera aūt ipſa non faciant. Sic di-
ſpones leuitis in cuſtodijs ſuis. IX.
LOcutus eſt dñs ad moyſen i deſerto ſy
nai. anno ſecūdo poſtqꝫ egreſſi ſunt de
terra egypti. mēſe ꝑmo dicēs. Faciant
filij iſrl' phaſe in tpe ſuo. quartadecima die men
ſis huius ad veſperaꝫ. iuxta oēs cerimonias ⁊
iuſtificationes eius. Precepitqꝫ moyſes filijs
iſrael vt facerēt phaſe. Qui fecerunt tpe ſuo q̄r
tadecima die menſis ad veſperā in mōte ſynai.
Iuxta omnia q̄ mādauerat dñs moyſi fecerūt
filij iſrael. Ecce autem qdam immundi ſuper aīa
hoīs q non poterant facere phaſe in die illo. ac
cedentes ad moyſen ⁊ aaron dixerunt eis. In
mundi ſumꝰ ſuper aīa hoīs. quare fraudamur
vt nō valeamꝰ oblationē offerre dño in tpe ſuo
inter filios iſrl'. Quibꝰ rñdit moyſes. State vt
conſulā qd p̄cipiat dñs de vobis. Locutuſqꝫ ē
dñs ad moyſen dicēs. Loquere filijs iſrl'. Hō
q fuerit immundus ſup aīa. ſiue in via ꝓcul i gē-
te veſtra. faciat phaſe dño in menſe ſecūdo q̄r-
tadecima die menſis ad veſperā: cū azimis ⁊ la
ctucis agreſtibꝰ comedent illud. Nō relinquēt
ex eo quippiā vſqꝫ mane: ⁊ os eius non cōfrin
gent oēm ritū phaſe obſeruabunt. Si quis aūt
⁊ mundus eſt: ⁊ in itinere non fuit. ⁊ tamē non
fecit phaſe exterminabitur aīa illa de populis ſu
is. q2 ſacrificiū dño nō obtulit tpe ſuo. Pctm̄
ſuū ipſe portabit. Peregrinus quoqꝫ ⁊ adue-
na ſi fuerint apud vos: facient phaſe dño iuxta
cerimonias ⁊ iuſtificatiōes ſuas. Preceptum
idē erit apud vos tā aduene qꝫ indigene. Igit'
die qua erectū eſt tabernaculū. operuit illud nu-
bes. A veſpere aūt ſuper tentoriū erat q̄ſi ſpēs
ignis vſqꝫ mane. Sic fiebat iugiter. Per dieꝫ
oꝑiebat illud nubes ⁊ ꝑ noctē q̄ſi ſpēs ignis.
Cūqꝫ ablata fuiſſet nubes q̄ tabernaculū ꝓtege
bat. tunc proficiſcebant' filij iſrael. ⁊ in loco vbi
ſtetiſſet nubes. ibi caſtrametabant'. Ad imperiꝫ
dñi ꝓficiſcebant' ⁊ ad impiū illius figebāt taber
naculū. Cūctis diebꝰ qbꝰ ſtabat nubes ſup ta-
bernaculū: manebāt in eodē loco. ⁊ ſi eueniſſet
vt multo tpe maneret ſup illud. erant filij iſrael
in excubijs dñi. ⁊ nō ꝓficiſcebant' quotqt diebꝰ
fuiſſet nubes ſuper tabernaculū. Ad imperiuꝫ
dñi erigebant tentoria. et ad īperiū illius depo
nebant. Si fuiſſet nubes a veſpere vſqꝫ mane
⁊ ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet. ꝓ-
ficiſcebantur. ⁊ ſi poſt diem ⁊ noctem receſſiſſꝫ
diſſipabant tentoria. Si vero biduo aut vno
menſe vel longiori tempore fuiſſet ſuper taber
naculum. manebant filij iſrael in eodem loco ⁊
non proficiſcebātur: ſtatim autem vt receſſiſſet
mouebant caſtra. Per verbum domini fige-
bant tentoria. ⁊ per verbum illius ꝓficiſceban
tur: erantqꝫ in excubijs dñi iuxta imperiū eius
per manū moyſi. X
LOcutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen di-
cens. Fac tibi duas tubas argenteas
ductiles: quibus conuocare poſſis mul
titudinem quando mouenda ſunt caſtra. Cū-
qꝫ increpueris tubis: congregabitur ad te om
nis turba ad oſtium tabernaculi federis. Si ſe
mel clangueris: venient ad te principes ⁊ capi
ta multitudinis iſrael. Si autꝫ plirior atqꝫ cō
ciſus clangor increpuerit mouebunt caſtra. P
mi qui ſunt ad orientalem plagam: In ſecun-
do autem ſonitu ⁊ pari vlulatu tube leuabūt tē
toria qui habitant ad meridieꝫ. ⁊ iuxta hūc mo
dum reliqui facient vlulātibus tubis in ꝓfecti
onē. Qū aūt cōgregādus ē populus. ſimplex
turbarum clangor erit. ⁊ non conciſe vlulabūt

Filij aũt aaron ſacerdotis clangẽt tubis: eritq̨ʒ
hoc legitimũ ſempiternuʒ in gñationibus vr̃is.
Si exieritis ad bellũ de terra vr̃a ꝯ̃ hoſtes qui
dimicant aduerſũ vos: clangetis vlulantibus
tubis. ⁊ erit recordatio vr̃i coram dño deo vr̃o
vt eruamini de manib⁹ inimicoꝝ veſtroꝝ. Si
qñ habebitis epulũ ⁊ dies feſtos ⁊ calendas: ca
netis tubis ſuper holocauſtis ⁊ pacificis victi/
mis: vt ſint vobis i recordationẽ dei vr̃i. Ego
dñs deus veſter. Anno ſecundo mẽſe ſecundo
viceſima die menſis. eleuata eſt nubes de taber
naculo federis. Profectiq̨ʒ ſunt filij iſrl̃ ꝑ tur/
mas ſuas de deſerto ſynai. ⁊ recubuit nubes i
ſolitudine pharan. Mouerunteq̨ʒ caſtra primi
iuxta imperiũ dñi ꝑ manuʒ moyſi. Filij iuda ꝑ
turmas ſuas. quoꝝ princeps erat naaſon filius
aminadad. In tribu filioꝝ yſachar fuit pñceps
nathanael filius ſuar. In tribu zabulõ erat pri
ceps eliab. filius helon. Depoſitumq̨ʒ eſt taber/
naculum: qđ portantes egreſſi ſunt filij gerſon
⁊ merari. Profectiq̨ʒ ſunt ⁊ filij ruben ꝑ tur/
mas ⁊ ordinem ſuum: quoꝝ pñceps erat eliſur
filius ſedeur. In tribu autẽ filioꝝ ſymeon prin
ceps fuit ſalamihel filius ſuriſaddai. Porro in
tribu gad erat princeps heliaſaph filius duel.
Profectiq̨ʒ ſunt ⁊ caathite portantes ſcĩuarium
Tãdiu tabernaculũ portabat donec venirẽt ad
erectionis locum. Mouerũt caſtra ⁊ filij ephra
im per turmas ſuas: in quoꝝ exercitu princepſ
erat eliſama filius amiud. In tribu autẽ filioꝝ
manaſſe princeps fuit gamaliel filius phadaſ/
ſur. ⁊ in tribu beniamin erat dux abidan filius
gedeonis. Nouiſſimi caſtroꝝ oĩum profecti ſi
filij dan per turmas ſuas: in quoꝝ exercitu pri
ceps fuit abiezer filius amiſaddai. In tribu ãt
filioꝝ aſer erat princeps phegiel filius ochran.
Et in tribu filioꝝ neptalim princeps fuit ahira
filius henan. Hec ſunt caſtra ⁊ profectiões fili
orum iſrael per turmas ſuas qñ egrediebãtur.
Dixitq̨ʒ moyſes obab filio raguel madianite
cognato ſuo. Proficiſcimur ad locũ queʒ dñs
daturus eſt nobis: veni nobiſcũ vt bñfaciamuſ
tibi: qꝛ dñs bona promiſit iſraeli. Cui ille reſpõ
dit. Non vadã tecũ: ſed reuertar in terrã meaʒ
in qua natus ſum. Et ille: Noli inquit nos re/
linquere. Tu. n. noſti in quibus locis ꝑ deſer/
tum caſtra ponere debeam⁹. ⁊ eris ductor nr̃.
Cũq̨ʒ nobiſcum veneris: quicquid optimũ fue
rit ex opib⁹ q̃s nobis traditurus eſt dñs. dabi/
mus tibi. Profecti ſunt ergo de mõte dñi viaʒ
triũ dierum: archaq̨ʒ federis dñi ꝓcedebat eos
per dies tres prouidens caſtroꝝ locũ. Nubes
quoq̨ʒ dñi ſuper eos erat per diẽ cũ icẽderent.
Cũq̨ʒ eleuaret archa dicebat moyſes. Surge
dñe ⁊ diſſipent inimici tui. ⁊ fugiãt qui oderũt
te a facie tua. Cum autem deponeretur. aiebat
Reuertere domine ad multitudinem exercituſ
iſrael.

XI

Interea ortum eſt murmur ppl̃i: quaſi
dolentiũ ꝓ labore ꝯ̃ dñm. Qđ cum au
diſſet iratus eſt. ⁊ accenſus i eos ignis
dñi deuorauit extremã caſtroꝝ partem. Cumq̨ʒ
clamaſſet popul⁹ ad moyſen: orauit moyſes ad
dñm ⁊ abſortus eſt ignis. Vocauitq̨ʒ nomẽ lo
ci illius incenſio. eo ꝙ ſuccenſus fuiſſet contra
eos ignis dñi. Vulgus quippe ꝓmiſcuuʒ quod
aſcẽderat cũ eis flagrauit deſiderio ſedẽs ⁊ flẽſ
iunctis ſibi pariter filijs iſrael. ⁊ ait: Quis da/
bit nobis ad veſcendũ carneſ. Recordamur pi
ſcium quos comedebamus in egypto gratis: i
mentem nobis veniũt cucumeres ⁊ pepones.
porriq̨ʒ ⁊ cepe ⁊ allea. Aĩa nr̃a arida eſt. nihil
aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Erat au
tẽ man quaſi ſemẽ coriãdri coloris bdellij. Cir
cuibatq̨ʒ popul⁹. ⁊ colligẽſ illud frangebat mo
la ſiue terebat in mortario: coquẽs in olla ⁊ fa
ciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis olei.
Cũq̨ʒ deſcenderet nocte ſupra caſtra ros. deſcẽ
debat pariter ⁊ man. Audiuit ğ moyſes flentẽ
populũ per familias: ſingulos per oſtia tento/
rij ſui. Iratuſq̨ʒ eſt furor dñi valde. ſed ⁊ moy
ſi intollerãda res viſa ẽ. ⁊ ait ad dominũ. Cur
afflixiſti ſeruuʒ tuum. Quare nõ inuenio gra
tiam coram te. Et cur impoſuiſti pondus vni/
uerſi populi huius ſuper me. Nunqđ egõ cõce
pi oẽm hanc multitudinẽ vel genui eam: vt di
cas mihi: porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſo/
let nutrix infantulũ ⁊ defer in terram, ꝓ q̃ iura/
ſti patrib⁹ eoꝝ. Unde mihi carnes vt dem tan
te multitudini. Flent cõtra me dicentes. da no
bis carnes vt comedamus. Non poſſum ſol⁹
ſuſtinere oẽm hunc populũ qꝛ grauis eſt mihi.
Sin aliter tibi videtur: obſecro vt i̇terficias me
⁊ inueniam grãm in oculis tuis ne tantis affici
ar malis. Et dixit dñs ad moyſen. Congrega
mihi ſeptuaginta viros de ſeniorib⁹ iſrael quos
tu noſti ꝙ ſenes populi ſint ac magiſtri. ⁊ du/
ces eos ad oſtium tabernaculi federis: facieſq̨ʒ
ibi ſtare tecum vt deſcendam ⁊ loquar tibi ⁊ au
feram de ſpiritu tuo tradamq̨ʒ eis. vt ſuſtentẽt te
cum onus populi. ⁊ nõ tu ſolus graueris. Po
pulo quoq̨ʒ dices. Sanctificamini. Cras come
detis carnes. Ego. n. audiui vos dicere. Quiſ
dabit nobis eſcas carnium. Bñ nobis erat in



egypto. Ut det vobis dñs carnes ⁊ comedatis
nõ vno die nec duob⁹ vel quinqȝ aut decẽ. nec
viginti quidẽ. ſed vſqȝ ad mẽſem dieꝝ: donec
exeat per nares vr̃as ⁊ vertat̃ in nauſeã. eo ꝙ
repuleritis dñm qui i medio vr̃i eſt. ⁊ fleueritis
corã eo dicẽtes. Quare egreſſi ſum⁹ ex egypto
vt periremꝰ in ſolitudine. Et ait moyſes ad do
minũ. Sexcenta milia peditũ huius populi ſũt
Et tu dicis: dabo eis eſum carniũ mẽſe itegro.
Nũqd ouiũ ⁊ boũ multitudo cedet̃ vt poſſit ſuf
ficere ad cibũ. vel oẽs piſces maris in vnũ con
gregabunt̃ vt eos ſacient. Cui rñdit dñs. Nũ
quid man⁹ dñi iualida ẽ. Iã nũc videbis. vtrũ
meus ſermo ope cõpleat̃. Uenit igit̃ moyſes ⁊
narrauit populo verba dñi. congregãs ſeptua
ginta viros de ſenioꝛib⁹ iſrael: quos ſtare fecit
circa tabernaculũ. Deſcenditqȝ dñs ꝑ nubẽ. ⁊
locutus eſt ad eum. auferens de ſpũ qui erat in
moyſe ⁊ dans ſeptuaginta viris. Cũqȝ requie
uiſſet in eis ſpũs propheiauerunt nec vltra ceſ-
ſauerunt. Remanſerãt aũt in caſtris duo viri
quoꝝ vnus vocabat̃ heldad ⁊ alter mẽdad. ſup
quos requieuit ſpũs: nã ⁊ ipſe deſcripti fuerant
⁊ nõ exierãt ad tabernaculũ. Cũ ꝓphetarent in
caſtris: cucurrit puer ⁊ nunciauit moyſi dicens
Heldad ⁊ medad ꝓphetãt in caſtris. Statim
ioſue fili⁹ nõ miniſter moyſi ⁊ electus: e pluri-
bus ait: Dñe mi moyſes ꝓhibe eos. At ille: qd
inquid emularis pro me. Quis tribuat vt oĩs
ppl's ꝓphetet: ⁊ det eis dñs ſpm̃ ſuũ. Reuerſuſ
qȝ ẽ moyſes ⁊ maiores natu iſrael i caſtra. Uẽ
tus aũt egrediẽs a dño arreptas tranſmare co-
turnices dedit ⁊ dimiſit in caſtra itinere ꝗ̃tum
vno die ꝓfici põt ex oĩ pte caſtroꝝ per circuitũ:
volabantqȝ in aere duobus cubitis i altitudine
ſup terrã. Surgens ergo ppl's toto die illo ⁊
nocte ac die altero: ꝯgregauit coturnicũ multi-
tudinẽ: qui paꝝ decẽ choros: ⁊ ſiccauerũt eas
ꝑ gyrũ caſtroꝝ. Adhuc carnes erant in denti-
bus eoꝝ nec defecerat huiuſcemodi cib⁹ ⁊ ecce
furoꝛ dñi ꝯcitatus in populũ ꝑcuſſit eum plaga
magna nimis. Vocatuſqȝ eſt ille loc⁹ ſepulchra
ꝯcupiſcẽtie: ibi. n. ſepelierũt ppl'm qui deſidera
uerat carnes. Egreſſi aũt dẽ ſepulchris ꝯcupiſcẽ
tie venerũt in aſeroth ⁊ mãſerunt ibi. XII

LOcutaqȝ eſt maria ⁊ aaron ꝯ̃ moyſen
ꝑp vxorẽ eius ethiopiſſam: ⁊ dixerunt
Nõ per ſolũ moyſen locutus eſt dñs:
Nõne ⁊ nobis ſimiliter ẽ locut⁹: Qđ cũ audiſ
ſet dñs iratus ẽ valde. Erat. n. moyſes vir mi
tiſſimus ſup oẽs hoĩes qui moꝛabãtur in terra
Statim locutus eſt dñs ad eũ ⁊ ad aaron ⁊ ma
riam. Egredimini vos tm̃ tres ad tabernacu
lum federis. Cũqȝ fuiſſent egreſſi deſcẽdit dñs
in colũna nubis ⁊ ſtetit in introitu tabernaculi vo
cans aaron ⁊ mariã. Qui cũ iiſſent dixit ad eos
Audite ſermones meos. Si quis fuerit inter
vos ꝓpheta dñi in viſione apparebo ei vel per
ſomnũ loquar ad illũ. At nõ talis ſu⁹ me⁹ moy
ſes qui in oĩ domo mea fideliſſim⁹ eſt. Oꝛe. n.
ad os loquoꝛ ei. Palã ⁊ nõ ꝑ enigmata ⁊ figu-
ras deũ videt. Quare ergo nõ timuiſtis detra
here ſuo meo moyſi: Iratuſqȝ ꝯ̃ eos abiit. Nu
bes qȝ receſſit que erat ſup tabernaculũ. Et ec-
ce maria apparuit candẽs lepra quaſi nix. Cũqȝ
reſpexiſſet eã aarõ ⁊ vidiſſet ꝑfuſam lepra ait ad
moyſen. Obſecro domine mi. ne iponas no-
bis hoc peccatum quod ſtulte commiſimus: ne
fiat hec quaſi moꝛtua: ⁊ vt aboꝛtiuum quod ꝓ
iicitur de vulua matris ſue. Ecce iam medium
carnis eius deuoꝛatum eſt a lepra. Clamauit-
qȝ moyſes ad dominum dicens. Deus obſe-
cro ſana eam. Cui reſpondit dominus. Si pa
ter eius ſpuiſſet in faciem illius: nonne debue
rat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi. Se
paretur ſeptem diebus extra caſtra ⁊ poſtea re
uocabit̃. Excluſa eſt itaqȝ maria extra caſtra ſe
ptẽ diebus. ⁊ populus nõ ẽ motus de loco illo
donec reuocata ẽ maria. XIII

PRofectuſqȝ eſt populus de aſeroth fi-
xis tentoꝛiis in deſerto pharan. Ibi-
qȝ locutus eſt dominus ad moyſen di-
cens. Mitte viros qui conſiderent terram cha
naan quam daturus ſum filiis iſrael: ſingulos
de ſingulis tribubus ex principib⁹. Fecit moy
ſes quod dominus imperauerat đ deſerto pha
ran mittens principes viros: quoꝛum iſta ſunt
nomina. De tribu ruben ſemnus filium ze-
chur. De tribu ſymeon: ſaphat filiũ vri. De
tribu iuda: caleb filium iephone. De tribu yſa
char: igal filiũ ioſeph. De tribu effraim: oſee
filium nun. De tribu beniamin: phalti filium
raphu. De tribu zabulon: geddihel filium ſo-
di. De tribu ioſeph ſceptri manaſſe: gaddi fili
um ſuſi. De tribu dan: amihel filium gemalli.
De tribu aſer. ſthur filium michael. De tribu
neptalim: naabi filium napſi. De tribu gad.
guhel filium machi. Hec ſunt nomina viro-
rum quos miſit moyſes ad conſiderandam ter
ram. vocauitqȝ oſee filiũ nun ioſue. Miſit er
go eos moyſes ad conſiderandum terram cha
naan. et dixit ad eos. Aſcendite per meridia-
nam plagam. Cumqȝ veneritis ad montes. cõ
ſiderate terram qualis ſit ⁊ populum qui inha

bitator eſt eius: vtrum fortis ſit an infirmus. pauci numero an plures. ipſa terra bona an mala: vrbes quales. murate an abſqȝ muris. humus pinguis an ſterilis. nemoroſa an abſqȝ arboribus. Confortamini ⁊ afferte nobis de fructibus terre. Erat autem tempus quando iam ꝑcoque vue veſci poſſunt. Cumqȝ aſcendiſſent explorauerunt terram a deſerto ſyn. vſqȝ roob intrantibus emath. Aſcenderuntqȝ ad meridiem ⁊ venerunt in hebron vbi erant achiman ⁊ ſiſai ⁊ tholmai filij enach: nam hebron ſeptem annis ante thanim vrbem egypti cõdita eſt. Pergentesqȝ vſqȝ ad torrentem botri abſciderunt palmitem cum vua ſua quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoqȝ granatis ⁊ de ficis loci illius tulerunt qui appellatus eſt nehe leſcol. i. torrens botri. eo q botrum portaſſent inde filij iſrl'. Reuerſiqȝ exploratores terre pꝰ quadraginta dies omni regione circuita. venerunt ad moyſen ⁊ aaron. ⁊ ad omnem cetum filiorum iſrael in deſertum pharan: quod eſt in cades. Locutiqȝ eis ⁊ oĩ multitudini oñderunt fructus terre. ⁊ narrauerunt dicentes. Venimꝰ in terram ad quam miſiſtis nos que reuera fluit lacte ⁊ melle: vt ex his fructibus cognoſci põt ſed cultores fortiſſimos habet: ⁊ vrbes grãdes atqȝ muratas. Stirpem enach vidimus ibi. Amalech habitat in meridie etheus ⁊ iebuſeus ⁊ amoreus in montanis. Chananeus vero moratur iuxta mare ⁊ circa fluenta iordanis. Inter hec caleb compeſcens murmur populi qui oriebatur cõtra moyſen ait: Aſcendamus ⁊ poſſideamus terram: quoniam poterimus obtinere eam. Alij vero qui fuerant cum eo dicebant nequaqȝ ad hunc populum valemus aſcendere quia fortior nobis eſt. Detraxerũtqȝ terre quã inſpexerant apud filios iſrael dicentes. Terra quam luſtrauimus deuorat habitatores ſuos. Populus quem aſpeximus procere ſtature ẽ. Ibi vidimus monſtra quedam filiorum enach de genere giganteo quibus comparati quaſi locuſte videbamur.

XIIII

Igitur vociferans oĩs turba fleuit nocte illa ⁊ murmurati ſunt contra moyſen ⁊ aaron cuncti filij iſrael dicentes: Vtinam mortui eſſemus in egypto: ⁊ nõ i hac vaſta ſolitudine. Vtinam pereamus ⁊ non inducat nos dñs in terram iſtã ne cadamus gladio: ⁊ vxores ac liberi noſtri ducantur captiui. Nõne melius eſt reuerti in egyptũ. Dixerũtqȝ alij ad alterutrum. Cõſtituamꝰ nobis ducẽ. ⁊ reuertamur i egyptum. Quo audito moyſes ⁊ aarõ ceciderũt proni in terram coram oĩ multitudine filioꝝ iſrael. At vo ioſue filiꝰ nun ⁊ caleb filius iephone q̃ ⁊ ipſi luſtrauerãt terram. sciderunt veſtimenta ſua. ⁊ ad oẽm multitudinẽ filioruȝ iſrael locuti ſũt. Terra quam circuiuimꝰ valde bona ẽ. Si ꝓpitiꝰ fuerit dñs. inducet nos i eã ⁊ tradet humum lacte ⁊ melle manãtẽ. Nolite rebelles eẽ ꝯ dñm. neqȝ timeati populũ terre huiꝰ: qa ſicut panem ita eos poſſumꝰ deuorare. Receſſit ab eis oẽ ꝑſidiũ: dñs nobiſcum eſt nolite metuere. Cũqȝ clamaret oĩs multitudo ⁊ lapidibꝰ eos vellet opprimẽ: apparuit gloria dñi ſup tectũ federis: cũctiſ vidẽtibꝰ filijs iſrael Et dixit dñs ad moyſen: Vſqȝq̃ detrahet mihi pplſ iſte: Quouſqȝ non credẽt mihi in oĩbus ſignis q̃ feci corã eis: Feriã igit eos peſtilentia atqȝ cõſumã. te autem faciam ꝓncipem ſup gentẽ magnã ⁊ fortiorẽ q̃ h eſt. Et ait moyſes ad dñm. Vt audiant egypti de q̃rum medio eduxiſti pplm iſtum. ⁊ habitatores terre huius qui audierunt q tu dñe in populo iſto ſis. ⁊ facie ad faciem videaris ⁊ nubes tua ꝓtegat illos. ⁊ i colũna nubis ꝑcedas eos ꝑ diem. ⁊ in colũna ignis ꝑ noctẽ: q occideris tantam multitudinẽ quaſi vnũ hoiem. ⁊ dicant. Non poterat introducere pplm in trã ꝓ q̃ iurauerat: iccirco occidit eos in ſolitudine. Magnificetur ẽ fortitudo dñi ſicut iuraſti dicens. Dñs patiẽs ⁊ multe mĩe. auferens iniqtatem ⁊ ſcelera nulliſqȝ inoxiũ derelinquens. qui viſitas peccã patꝝ i filios in tertiã ⁊ quartã gñationem. Dimitte obſecro pccm pplĩ tui huiꝰ ſcdm magnitudinẽ mĩe tue: ſicut ꝓpitius fuiſti egredientibus de egypto vſqȝ ad locũ iſtũ. Dixitqȝ dñs. Dimiſi iuxta vbum tuũ. Viuo ego ⁊ implebitur gloria dñi vniuerſa terra. Attñ omnes homines qui viderũt maieſtatem meã ⁊ ſigna que feci in egypto ⁊ in ſolitudine. ⁊ tentauerunt me iam ꝑ decẽ vices nec obedierunt voci mee: non videbũt terram ꝓ q̃ iuraui pribꝰ eoꝝ: nec qſqȝ ex illis qui detraxit mihi intuebit eam. Seruum meũ caleb qui plenꝰ alio ſpũ ſecutus eſt me. inducã in terrã hãc quam circuiuit: ⁊ ſemen eius poſſidebit eam. qm amalechites ⁊ chananeus habitant in vallibꝰ. Cras mouete caſtra. ⁊ reuertimini in ſolitudinẽ ꝑ viã maris rubri. Locutuſqȝ ẽ dominus ad moyſen ⁊ aaron dicens: Vſqȝq̃ multitudo h peſſima murmurat ꝯ me Querelas filioꝝ iſrl' audiui. Dic ẽ eis: Viuo ego ait dñs: ſicut locuti eſtis audiente me: ſic

faciā vob. In ſolitudine hac iacebunt cadaue/
ra vr̄a. Omnes q̄ nūerati eſtis a viginti annis
⁊ ſupra. ⁊ murmuraſtis ꝯ me. nō intrabitis trā
ſup quam leuaui manū meam ut habitare vos
facerē p̄ter caleb filiū iephone. ⁊ ioſue filium
nun. Paruulos aūt vr̄os de quibus dixiſtis
ꝙ p̄de hoſtib⁹ forēt: introducā ut videāt trā
q̄ vob diſplicuit. Vr̄a cadauera iacebunt in ſo/
litudine. Filij vr̄i erūt vagi i deſ᷑to annis qua
draginta. ⁊ portabūt fornicationē veſtram do/
nec ꝯſumant cadauera patrum in deſerto iuxta
nūeꝝ q̄draginta dieꝝ qb⁹ cōſideraſtis terram
Ann⁹ ꝓ die iputabit᷑. Et q̄draginta ānis reci
pietis inīqtates vr̄as. ⁊ ſcietis vltionē meam.
Qm̄ ſicut locutus ſum. ita faciā oī multitudini
huic peſſime. q̄ cōſurrexit aduerſū me. In ſoli
tudine hac deficiet ⁊ morietur. Igitur oēs viri
q̄s miſerat moyſes ad ꝯtēplandā terram. ⁊ q
reuerſi murmurare fecerāt ꝯ eum oēm multi
tudinem. detrahētes terre ꝙ eēt mala. mortui
ſunt atq̄ ꝑcuſſi i ꝯſpectu dn̄i. Ioſue aūt filius
nun ⁊ caleb fili⁹ iephone vixerunt ex oib⁹ qui
p̄rexerāt ad ꝯſiderandā terram. Locutuſq̄ eſt
moyſes vniuerſa v̄ba hec ad oēs filios iſrl̄: ⁊
luxit pp̄lus nimis. Et ecce mane p̄mo ſurgē/
tes. aſcenderunt v̄ticē mōtes atq̄ dixerūt: Pa
rati ſum⁹ aſcēdere ad locū de q̄ dn̄s locut⁹ eſt:
quia peccauim⁹. Quib⁹ moyſes: Cur inquit
trāſgredimini v̄bū dn̄i. qđ vob nō cedet i pro
ſpum: Nolite aſcēdere: nō. n. ē dn̄s vobiſcum
ne corruatis corā inimicis vr̄is. Amalechites
⁊ chananeus an̄ vos ſunt q̄ꝝ gladio corruetis:
eo ꝙ nolueritis acq̄ſcē dn̄o: nec erit dn̄s vo/
biſcū. At illi ꝯtenebrati. aſcenderunt in v̄ticē
montis. Archa aūt teſtamenti dn̄i ⁊ moyſes nō
receſſerunt de caſtris. Deſcenditq̄ amalechi
tes ⁊ chananeus q habitabat i monte. ⁊ ꝑcutiens
eos atq̄ ꝯcidens. perſecut⁹ ē eos vſq̄ horma.

Locutus ē dn̄s ad moyſen XV
dicēs: Loquere ad filios iſrl̄. ⁊ dices
ad eos: Cū igreſſi fueritis trā habita/
tionis vr̄e quā ego dabo vob. ⁊ feceritis obla/
tionē dn̄o in holocauſtū. aut victimam pacifi/
cā. vota ſoluentes uel ſponte offerentes mune
ra. aut in ſolennitatib⁹ vr̄is adolētes odorem
ſuauitatis dn̄o. de bob⁹ ſiue de ouibus offeret
q̄cūq̄ imolauerit victimam. ſacrificium ſimile
decimā partē ephi cōſpſam oleo. qđ menſurā
habebit quartā partē hin. ⁊ vinū ad liba fūden
da eiuſdem menſure dabit in holocauſtū ſiue i
victimam. Per agnos ſingulos ⁊ arietes erit
ſacrificiū. ſimile duarū decimarū. que cōſperſa
ſit oleo tertie ꝑtis hin. ⁊ vinū ad libamētum ter
tie partis eiuſdē menſure offeret in odorē ſua/
uitatis dn̄o. Qn̄ vero de bobus feceris holo/
cauſtū aut hoſtiā vt īpleas votum vel pacificas
victimas: dabis ꝑ ſingulos boues ſimile tres
decimas cōſperſe oleo: qđ habeat mediū men
ſure hin. ⁊ vinū ad liba fundenda eiuſdē mē/
ſure in oblationē ſuauiſſimi odoris dn̄o. Sic
facies per ſingulos boues ⁊ arietes ⁊ agnos ⁊
hedos. Tā indigene q̄ ꝑegrini eodē ritu offe
rent ſacrificia. Vnū p̄ceptū erit atq̄ iudiciū
tam vobis q̄ aduenis terre. Locutus eſt dn̄s
ad moyſen dicēs. Loquere filijs iſrael. ⁊ dices
ad eos. Cū veneritis in terrā quā dabo vobis
⁊ comederitis de panibus regiōis illius. ſepa
bitis p̄mitias dn̄o de cibis veſtris. Sicut de are
is p̄mitias ſepabitis: ita ⁊ de pulmētis dabitis
p̄mitias dn̄o. Qđ ſi ꝑ ignorātiā p̄terieritis q̄cq̄
hoꝝ q̄ locutus ē dn̄s ad moyſen. ⁊ mādauit ꝑ
eū ad vos. a die qua cepit iubere ⁊ vltra. obli
taq̄ fuerit facere multitudo: offeret vitulum de ar
mento holocauſtum in odorem ſuauiſſimū do
mino. ⁊ ſacrificium ei⁹ ac liba vt cerimonie po
ſtulāt. hircum ꝓ pctō. ⁊ rogabit ſacerdos pro
oī multitudine filioꝝ iſrl̄. ⁊ dimittetur eis. qm̄
nō ſponte peccauerūt: nihilominus offerentes
incenſum dn̄o pro ſe ⁊ ꝓ pctō atq̄ errore ſuo ⁊
dimittetur vniuerſe plebi filioꝝ iſrl̄ ⁊ aduenis
q ꝑegrināt᷑ int᷑ eos. qm̄ culpa eſt omnis pp̄li
per ignorantiam. Qđ ſi aīa vna neſciens pecca
uerit offeret caprā anniculam pro pctō ſuo. ⁊ de
p̄cabitur ꝓ ea ſacerdos ꝙ inſcia peccauerit co
ram dn̄o: impetrabitq̄ ei veniam ⁊ dimittetur
illi. tam indigenis q̄ aduenis vna lex erit oīū
qui peccauerint ignorantes. Aīa v̄o que ꝑ ſu/
perbiam aliquid cōmiſerit. ſiue ciuis ſit ille ſiue
peregrinus: qm̄ aduerſus dominū rebellis fu
it: peribit de populo ſuo. Verbum enim domi
ni contempſit. ⁊ p̄ceptū illius fecit irritum: id
circo delebitur. ⁊ portabit iniquitatem ſuā. Fa
ctū eſt aūt cū eſſent filij iſrael in ſolitudine ⁊ in/
ueniſſent hoiem colligentem ligna in die ſabba
ti: obtulerunt eū moyſi ⁊ aaron ⁊ vniuerſe mul
titudini. Qui recluſerunt eū in carcerem neſciē
tes quid ſuper eo facere deberent. Dixitq̄ do/
minus ad moyſē. Morte moriatur hō iſte: ob
ruat eū lapidibus oīs turba extra caſtra. Cūq̄
eduxiſſent eū foras obruerunt eū lapidibus. ⁊
mortuus eſt ſicut p̄ceperat dn̄s. Dixit quoq̄
dominus ad moyſen. Loquere filijs iſrael: ⁊
dices ad eos: vt faciant ſibi fimbrias per angu
los quattuor palliorum ponentes in eis vittas

hyacinthinas. Quas cum viderint recordent̄
omnium mandatorum domini: nec ſequātur co/
gitationes ſuas. ⁊ oculos per res varias forni
cantes: ſed magis memores preceptorum domi
ni faciant ea: ſintq; ſancti deo ſuo. Ego domi/
nus deus veſter: qui eduxi vos de terra egypti
vt eſſem deus veſter. XVI

ECce aūt chore filius iſuar filij caath fi/
lij leui: ⁊ dathan atq; abiron filij eliab
hon quoq; filius pheleth de filijs ru/
ben. ſurrexerunt contra moyſen: aliiq; filiorū
iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſyna
goge. ⁊ q tpe ↄcilij p noīa vocabāt̄. Cūq; ſtetiſ
ſent aduerſū moyſen ⁊ aarō. dixerūt: Sufficiat
vobis: q2 oīs multitudo ſcōꝝ ē ⁊ in ipſis ē dñs
Cur eleuamini ſup ppl'm dñi: Qd' cū audiſſet
moyſes: cecidit ꝓn⁹ in faciē. locutuſq; ad cho
re ⁊ ad oēm multitudinē: mane inquit notum
faciet dñs qui ad ſe pertineāt. ⁊ ſcōs applicabit
ſibi: ⁊ quos elegerit appropinquabūt ei. Hoc igit̄
facite. Tollat vnuſquiſq; thurribilū ſuum: tu
chore ⁊ oē cōſiliū tuū. ⁊ hauſto cras igne poni/
te deſuper thymiama coram dño. ⁊ quemcūq;
elegerit ipſe erit ſanctus. Multū erigimini filij
leui. Dixitq; rurſum ad chore. Audite filij le/
ui. Nū parū vobis eſt ꝙ ſeparauit vos de⁹ iſrl̄
ab oī pplo. ⁊ iunxit ſibi vt ſeruiretis ei in cultu
tabernaculi. ⁊ ſtaretis corā frequētia ppli ⁊ mi
niſtraretis ei? Iccirco ad ſe fecit accedere te ⁊
oēs fratres tuos filios leui: vt vobis etiā ſacer
dotiū vendicetis. ⁊ oīs globus tuus ſtet contra
dñm? Quid ē enī aaron vt murmuretis cōtra
eum? Miſit ergo moyſes vt vocaret dathan ⁊
abiron filios eliab. Qui rñderunt: Non veni
mus. Nūqd parū ē tibi ꝙ eduxiſti nos de terra
que lacte ⁊ melle manabat vt occideres in de/
ſerto: niſi ⁊ dñat⁹ fueris nri? Reuera induxi/
ſti nos in terram que fluit riuis lactis ⁊ mellis
⁊ dediſti nobis poſſeſſiones agroꝝ ⁊ vineaꝝ:
An ⁊ oculos nr̄os vis eruere? Non venim⁹.
Iratuſq; moyſes valde: ait ad dñm: Ne re/
ſpicias ſacrificia eorum. Tu ſcis ꝙ nec aſellum
qdē vnq̄ acceperim ab eis nec afflixerim quē/
piā eoꝝ. Dixitq; ad chore. Tu ⁊ oīs congrega
tio tua ſtate ſeorſū corā dño. ⁊ aaron die craſti/
no ſeparatim. Tollite ſinguli thuribula veſtra
⁊ ponite ſuper eū incēſū offerentes dño ducen
ta quinquagintaq; thuribula: aaron quoq; teneat
thuribulū ſuū. Qd' cū feciſſent ſtantib⁹ moyſe
⁊ aaron ⁊ coaceruaſſent aduerſum eos omnem
multitudinem ad oſtium tabernaculi: apparuit
cūctis gloria dñi. Locutuſq; dñs ad moyſen ⁊
aaron: ait: Separamini de medio ↄgregationis
hui⁹ vt eos repēte diſpdā. Qui ceciderunt ꝓni
in faciē atq; dixerunt. Fortiſſime de⁹ ſpirituum
vniuerſe carnis: nū vno peccante: contra oēs
ira tua deſeuiet? Et ait dñs ad moyſen. Preci
pe vniuerſo populo vt ſepet̄ a tabernaculis cho
re ⁊ dathā ⁊ abirō. Surrexitq; moyſes ⁊ abijt
ad dathan: ⁊ abiron. ⁊ ſequentib⁹ eum ſeniori
bus iſrael dixit ad turbam. Recedite a taberna
culis impiorū. ⁊ nolite tangere que ad eos pti/
nēt: ne inuoluamini in pccīs eoꝝ. Cūq; receſſiſ/
ſent a tētorijs eoꝝ ꝑ circuitū: dathan ⁊ abi/
ron egreſſi ſtabāt in introitu papilionū ſuorum
cū vxorib⁹ ⁊ liberis oīq; frequētia. Et ait moy
ſes. In hoc ſcietis ꝙ dñs miſerit me vt facerē
vniuerſa que cernitis. ⁊ nō ex proprio ea corde
ꝓtulerim. Si cōſueta hoīum morte interierint
⁊ viſitauerit eos plaga qua ⁊ ceteri viſitari ſo/
lent nō miſit me dñs. Sin aūt nouā rem fecerit
dñs vt aperiēs terra os ſuū deglutiat eos ⁊ oīa
q̄ ad illos ptinēt: deſcēderintq; viuētes i infer
nū: ſcietis ꝙ blaſphemauerint dñm. Cōfeſtim
igit̄ vt ceſſauit loq: dirupta ē terra ſub pedib⁹
eorū ⁊ aperiens os ſuū deuorauit illos cum ta/
bernacul' ſuis ⁊ vniuerſa ſubſtātia eoꝝ. Deſcē
derūtq; viui in infernū operti humo ⁊ perierunt
de medio multitudinis. At vero oīs iſrl' qui ſta
bat per gyrū fugit a clamore pereuntiū dicens:
Ne forte ⁊ nos terra deglutiat. Sed ⁊ ignis
egreſſus a dño interfecit ducētos quīquaginta vi
ros qui offerebāt incēſū. Locutuſq; eſt dñs ad
moyſen dicens? Precipe eleazaro filio aaron
ſacerdotis vt tollat thuribula que iacēt in incē/
dio ⁊ ignē huc illucq; diſpergat: qm̄ ſanctificata
ſunt in mortib⁹ peccatorū: producatq; ea in la/
minas. ⁊ affigat altari: eo ꝙ oblatum ſit in eis
incenſum dño. ⁊ ſanctificata ſint: vt cernant ea
ꝓ ſigno ⁊ monimēto filij iſrl'. Tulit ergo elea/
zar ſacerdos thuribula enea: in quib⁹ obtule/
rant hi quos incēdiū deuorauit. ⁊ ꝓduxit ea in
laminas affigēs altari: vt haberēt poſtea filij
iſrael qb⁹ cōmemorarēt̄: ne quis accedat alieni
gena. ⁊ q nō ē de ſemine aaron ad offerendum
incenſū dño: ne patiat̄ ſicut paſſus eſt chore ⁊
oīs congregatio eius loquente dño ad moyſen
Murmurauit autē oīs multitudo filioꝝ iſrl'.
ſequēti die cōtra moyſen ⁊ aaron dicēs. Vos
interfeciſtis ppl'm dñi. Cūq; oriret̄ ſeditio ⁊ tu
multus increſceret: moyſes ⁊ aaron fugerunt
ad tabernaculum federis: Qd' poſtq̄ ingreſſi
ſunt: opuit nubes: ⁊ apparuit gloria dñi. Di/
xitq; dñs ad moyſen ⁊ aaron. Recedite de me

dio hui⁹ multitudinis: ctiā nunc delebo eos. Cū
qꝫ iacerēt i terra. dixit moyſes ad aaron. Tolle
thuribulū. ⁊ hauſto igne de altari mitte incēſū
deſuper. pergens cito ad populum vt roges ꝓ
eis. Iam. n. egreſſa eſt ira a dn̄o. ⁊ plaga dele/
uit Q̄d cū feciſſet aaron ⁊ cucurriſſet ad mediā
multitudinē quā iā vaſtabat icendiū. obtulit thy
miama. ⁊ ſtās iter mortuos ac viuētes ꝓ pplo
depcatus eſt. ⁊ plaga ceſſauit. Fuerūt aūt q per
cuſſi ſūt q̄ttuordecī milia hoīū ⁊ ſeptingēti abſ
qꝫ hiis q̄ pierāt i ſeditione chore Reuerſuſqꝫ eſt
aaron ad moyſen ad oſtiū tabernaculi federis:
poſtqꝫ qeuit interitus. XVII.

Et locutus eſt dominus ad moyſen di/
cens. Loquere ad filios iſrl̄. ⁊ accipe ab
eis virgas ſingulas ꝑ cognatiōes ſuas
a cūctis ꝓncipibus tribuū virgas duodecim ⁊
vniuſcuiuſqꝫ nomē ſupſcribes v̄ge ſue. No
men aūt aaron erit in tribu leui. ⁊ vna virga cū
ctas eorū familias ꝯtinebit. ponesqꝫ eas in ta/
bernaculo federis corā teſtimonio: vbi loquar
ad te. Quem ex his elegero germinabit virga
eius. ⁊ cohibebo a me querimonias filiorum iſ
rael. q̄bus ꝯtra vos murmurāt. Locutuſqꝫ eſt
moyſes ad filios iſrael. ⁊ dederūt ei oēs princi
pes v̄gas ꝑ ſingulas trib⁹ Fuerūtqꝫ v̄ge duo
decim abſqꝫ virga aaron. Quas cum poſuiſſet
moyſes corā dn̄o in tabernaculo teſtimonij ſe/
quenti die regreſſus īuenit germinaſſe virgam
aaron i domo leui. ⁊ turgentib⁹ gemmis. erupe/
rāt flores q̄ folijs dilatatis in amigdalas defor
mati ſunt. Protulit ergo moyſes oēs v̄gas d̄
cōſpectu dn̄i ad cūctos filios iſrael. videruntqꝫ
⁊ receperūt ſinguli v̄gas ſuas. Dixitqꝫ dn̄s ad
moyſen. Refer virgā aarō i tabernaculū teſti
monij. vt ſeruet̄ ibi in ſignū rebelliū filiorū iſrl̄
⁊ quieſcāt querele eorū a me ne moriant̄. Fecit
qꝫ moyſes ſicut p̄ceperat dn̄s. Dixerūt autem
filij iſrael ad moyſen. Ecce ꝯſumpti ſumus. oēs
perijm⁹. Quicūqꝫ accedit ad tabernaculū dn̄i
moritur. Nū vſqꝫ ad internitionē cūcti delendi
ſumus. XVIII

Dixitqꝫ domin⁹ ad aarō. Tu ⁊ filij tui ⁊
domus p̄ris tui tecū portabitis iniq̄ta/
te ſcūarij. ⁊ tu ⁊ filij tui ſimul ſuſtinebi/
tis pctā ſacerdotij vr̄i. Sed ⁊ fr̄es tuos d̄ tribu
leui ⁊ ſceptro p̄ris tui ſume tecum. p̄ſtoqꝫ ſint ⁊
miniſtrēt tibi. Tu aūt ⁊ filij tui miniſtrabitis i
tabernaculo teſtimōij. Excubabūtqꝫ leuite ad
precepta tua ⁊ ad cuncta opera tabernaculi: ita
dūtaxat vt ad vaſa ſcūarij ⁊ altare non accedant
ne ⁊ illi moriantur ⁊ vos pereatis ſil̄. Sint aūt
tecū ⁊ excubēt in cuſtodijs tabernaculi ⁊ in oī/
b⁹ ceri moniis ei⁹. Alienigena nō miſcebit̄ vo
bis. Excubate in cuſtodia ſanctuarij. ⁊ i miſte
rio altaris: ne oriat̄ indignatio ſup filios iſrael
Ego dedi vobis fr̄es vr̄os leuitas de medio fi
lioꝝ iſrael: ⁊ tradidi donū dn̄o vt ſeruiāt in mi
niſterijs tabernaculi ei⁹. Tu aūt ⁊ filij tui cuſto
dite ſacerdotiū vr̄m. ⁊ oia q̄ ad cultū altaris ꝑ/
tinēt ⁊ intra velū ſūt. ꝑ ſacerdotes amminiſtra
bunt̄. Si q̄s extern⁹ acceſſerit. occidet̄. Locu/
tuſqꝫ ē dn̄s ad aaron. Ecce dedi tibi cuſtodiā
p̄mitiaꝝ meaꝝ. Oia q̄ ſanctificant̄ a filijs iſrl̄
tibi tradidi ⁊ filijs tuis ꝓ officio ſacerdotali: le
gitima ſempiterna. Hec ergo accipies de his
q̄ ſanctificant̄ ⁊ oblata ſūt dn̄o. Oīs oblatio et
ſacrificiū ⁊ q̄cq̄d ꝓ pctō atqꝫ delicto reddit̄ mi/
hi ⁊ cedet in ſcā ſcōꝝ: tuū erit ⁊ filioꝝ tuoꝝ. In
ſanctuario comedes illud. Mares tm̄ edent ex
eo: quia cōſecratū ē dn̄o. Primitias aūt q̄s vo
uerint ⁊ obtulerint filij iſrael: tibi dedi ⁊ filijs
tuis ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mun/
dus eſt in domo tua. veſcet̄ eis. Oē mdul/
lā olei ⁊ vini ac frumenti: q̄cq̄d offerūt p̄mitia/
rū dn̄o tibi dedi. Uniuerſa frugū initia que gi
gnit humus ⁊ dn̄o deportant̄: cedēt in vſus tu
os. Qui mūdus ē in domo tua. veſcet̄ eis. Oē
quod ex voto reddiderint filij iſrael. tuum erit
Quicq̄d p̄mū erūpet e vulua cūcta carnis quā
offerūt dn̄o. ſiue ex hoībus ſiue de pecorib⁹ fue
rint. tui iuris erit. ita dūtaxat vt ꝓ hominis pri
mogenito p̄ciū accipias. ⁊ oē aīal qd̄ imūdū eſt
redimi facias. cuius redemptio erit poſt vnū
menſem: ſiclis argenti q̄nqꝫ pōdere ſanctuarij
Siclus viginti obolos habet. Primogenita au
tē bouis ⁊ ouis ⁊ capre nō facies redimi. q2 ſan
ctificata ſūt dn̄o. Sanguinē tm̄ eoꝝ fundes ſu
per altare. ⁊ adipes adolebis in ſuauiſſimum
odorē dn̄o. Carnes vero ī vſū tuū cedēt: ſicut
pectuſculū cōſecratū ⁊ armus dexter tua erunt.
Oēs p̄mitias ſanctuarij quas offerūt filij iſra
el dn̄o. tibi dedi ⁊ filijs ac filiabus tuis iure ꝑ/
petuo. Pactū ſalis ē ſempiternū corā dn̄o. tibi
ac filijs tuis. Dixitqꝫ dn̄s ad aaron. In terra
eoꝝ nihil poſſidebitis: nec habebitis partē int
eos. Ego pars ⁊ hereditas tua in medio filio/
rū iſrael. Filijs aūt leui dedi oēs decimas iſra/
helis in poſſeſſionē ꝓ miniſterio quo ſeruiunt
mihi in tabernaculo federis: vt nō accedant vl
tra filij iſrael ad tabernaculū. nec cōmittāt pec/
catū mortiferū: ſolis filijs leui mihi in taberna/
culo ſeruientib⁹ ⁊ portātibus pctā ppl̄i. Legiti
mū ſempiternū erit in generatiōib⁹ vr̄is. Nli/

hil aliud poſſidebūt. decimarū oblatiōe contētí
quas in vſus eoꝝ ⁊ neceſſaria ſeparaui. Locu
tuſqꝫ ē dñs ad moyſē dicēs. Precipe leuitis at
qꝫ denūcia. Cū acceperitis a filijs iſrael decimas
quas dedi vobis: ꝓmitias eoꝝ offerte dño. i. de
cimā ꝑtē decime. vt reputet vobis in oblationē
ꝓmitiuoꝝ: tam de areis ꝙ̄ de torcularib⁹ ⁊ vni
uerſis quoꝝ accipitis ꝓmitias offerte dño. ⁊ da
te ea aarō ſacerdoti. Oia ꝗ̄ offeretis ex decimis
⁊ in donaria dñi ſeꝑabitis: optima ⁊ electa erūt
cūcta. Diceſqꝫ ad eos. Si preclara ⁊ meliora ꝗ̄
qꝫ obtuleritis ex decimis: reputabit vobis ꝙ̄ſi
de area ⁊ torculari dederitis ꝓmitias. ⁊ come
detis ea in oībus locis vr̄is. tam vos ꝙ̄ fami
lie vr̄e. q2 p̄ciū ē ꝓ miniſterio quo ſeruitis ī ta
bernaculo teſtimonij. ⁊ nō peccabitis ſuꝑ hoc.
egregia vobis ⁊ pinguia reſeruātes. ne pollua
tis oblatiōes filioꝝ iſrl̄ ⁊ moriamini. XIX

Locutuſqꝫ ē dñs ad moyſen ⁊ aarō di
cens. Iſta eſt religio victime quā ꝯſti
tuit dñs. Precipe filijs iſrael vt addu
cāt ad te vaccā rufam etatis integre in qua nul
la ſit macula nec portauerit iugū: tradeſqꝫ eam
eleazaro ſacerdoti. Qui eductam extra caſtra
immolabit in cōſpectu omniū. ⁊ tingens digi
tū in ſanguine eius. aſꝑget ꝯtra fores taberna
culi ſeptē vicibus: cōburetqꝫ eā cūctis videnti
bus tā pelle ⁊ carnibus eius ꝙ̄ ſanguie ⁊ fimo
flāme traditis. Lignū quoqꝫ cedrinū ⁊ hyſopū
coccūqꝫ bis tinctū. ſacerdos mittet in flāmā ꝗ̄
vaccā vorat. Et tūc demū lotis veſtibus ⁊ cor
pore ſuo. īgredietur in caſtra: cōmaculatuſqꝫ erit
vſqꝫ ad veſperū. Sed ⁊ ille q cōbuſſerit eā la
uabit veſtimenta ſua ⁊ corpus. ⁊ immundus erit
vſqꝫ ad veſperū. Colliget aūt vir mūdus cine
res vacce. ⁊ effūdet eos extra caſtra in loco pu
riſſimo: vt ſint multitudini filioꝝ iſrael ī cuſto
diā ⁊ in aquā aſperſionis. q2 ꝓ pctō vacca cō
buſta ē. Cūqꝫ lauerit q vacce portauerat cine
res veſtimenta ſua. immundus erit vſqꝫ ad ve
ſperū. Habebūt quoqꝫ hoc filij iſrael ⁊ adue
ne q habitant int̄ eos ſanctū. iure ꝑpetuo. Qui
tetigerit cadauer hoīs. ⁊ ꝓpt̄ hoc ſeptē diebus
fuerit immūdus: aſpergetur ex hac aqua die tertio
⁊ ſeptimo. ⁊ ſic mūdabitur. Si die tertio aſꝑſus
nō fuerit ſeptimo nō poterit emundari. Oīs q
tetigerit humane aīe morticinū. ⁊ aſperſus hac
cōmixtiōe nō fuerit. polluet tabernaculū dñi: ⁊
ꝑibit ex iſrael. Q2 aqua expiatiōis nō ē aſꝑ
ſus: immūdus erit. ⁊ manebit ſpurcitia eius ſuꝑ
eū. Iſta ē lex hoīs q moritur ī tabernaculo. Oēs
q ingrediuntur tentoriū illius. ⁊ vniuerſa vaſa ꝗ̄
ibi ſunt. polluta erūt ſeptē diebus. Vas qḋ nō
habuerit operculū nec ligaturā deſuper: immun
dū erit. Si qs in agro tetigerit cadauer occiſi
hoīs aut per ſe mortui. ſiue os illius vel ſepul
chrū: immūdus erit ſeptē diebus. Tollētqꝫ de ci
neribus cōbuſtiōis atqꝫ peccati. ⁊ mittēt aquas
viuas ſuꝑ eos in vas: ī qbus cū hō mūdus tin
xerit hyſopū. aſꝑget ex eo oē tentoriū. ⁊ cunctā
ſuppellectilem. ⁊ homines huiuſcemodi conta
gione pollutos. Atqꝫ hoc mō mundus luſtra
bit immūdū tertio ⁊ ſeptimo die: expiatuſqꝫ die ſe
ptimo. lauabit ⁊ ſe ⁊ veſtimenta ſua. ⁊ immūdus
erit vſqꝫ ad veſperū. Si qs hoc ritu non fuerit
expiatus: ꝑibit aīa illius de medio eccleſie. q2
ſanctuariū dñi polluit. ⁊ nō ē aqua luſtrationis
aſꝑſus. Erit hoc p̄ceptū legitimū ſempiternū.
Ipſe qꝫ q aſꝑgit aquas. lauabit veſtimēta ſua.
Oīs q tetigerit aquas expiatiōis: immūdus erit
vſqꝫ ad veſperū. Quicqḋ tetigerit immūdus. im
mūdū faciet. ⁊ aīa ꝗ̄ hoꝝ qppiā tetigerit immun
da erit vſqꝫ ad veſperū. XX

Veneruntqꝫ filij iſrael ⁊ omnis multitu
do in deſerto ſyn. mēſe ꝓmo. ⁊ manſit
populus in cadeſ. Mortuaqꝫ ē ibi ma
ria ⁊ ſepulta in eodē loco. Cūqꝫ idigeret aqua
populus cōuenerūt aduerſū moyſen ⁊ aaron.
⁊ verſi in ſeditionē dixerūt. Vtinā ꝑiſſemus ī
ter fratres nr̄os corā dño. Cur eduxiſtis eccle
ſiā dñi ī ſolitudinē. vt ⁊ nos ⁊ nr̄a iumēta mo
riamur. Quare nos feciſtis aſcendere de egy
pto ⁊ adduxiſtis in locū iſtū peſſimū qui ſeri nō
poteſt: qui nec ficū gignit. nec vineas. nec ma
logranata: inſuꝑ ⁊ aquā nō habēt ad bibendū
Ingreſſuſqꝫ moyſes ⁊ aaron dimiſſa multitu
dine ī tabernaculū federis. corruerūt ꝓni ī ter
rā: clamaueruntqꝫ ad dñm. atqꝫ dixerūt. Domi
ne deus audi clamorē populi hui⁹: ⁊ aperi eis
theſaurū tuū fontem aque viue: vt ſatiati ceſſet
murmuratio eoꝝ. Et apparuit gloria dñi ſuꝑ
eos. Locutuſqꝫ ē dñs ad moyſen dicens. Tol
le virgā ⁊ ꝯgrega populū tu ⁊ aaron frat̄ tuus
⁊ loquimini ad petrā corā eis: ⁊ illa dabit aquas.
Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet oīs multi
tudo ⁊ iumēta eius. Tulit igitur moyſes virgā ꝗ̄
erat in ꝯſpectu dñi ſicut preceꝑat ei: cōgregata
multitudine ante petrā. dixitqꝫ eis. Audite re
belles ⁊ increduli. Nō de petra hac vobis aquā
poterimus eijcere. Cūqꝫ eleuaſſet moyſes ma
num percutiens virga bis ſilicē. egreſſe ſunt
aque largiſſime. ita vt ppl̄s biberet ⁊ iumenta
Dixitqꝫ dñs ad moyſen ⁊ aaron. Quia nō cre
didiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filijs

iſrael. nõ introducetis hos populos in terram
quã dabo eis. Hec ẽ aqua ꝯtradictiõis vbi iur
gati ſũt filij iſrael ꝯtra dñm ⁊ ſanctificatꝰ ẽ i eis
Miſit int̃ea nũcios moyſes de cades ad regẽ
edom q diceret. Hec mãdat frat̃ tuꝰ iſrl̃. No/
ſti oẽm laborẽ q apprehẽdit nos: quõ deſcẽde
rint patres noſtri in egyptũ. ⁊ habitauerimus
ibi multo tp̃e: afflixerũtꝫ nos egyptij ⁊ p̃res
noſtros. ⁊ quõ clamauerimꝰ ad dñm ⁊ exaudie
rit nos: miſeritꝫ angelum qui eduxerit nos d̃
egypto. Ecce in vrbe cades q̃ ẽ in extremis fi/
nibus tuis poſiti: obſecramꝰ vt nobis trãſire li
ceat ꝑ terrã tuã. Nõ ibimꝰ ꝑ agros nec ꝑ vine
as nõ bibemꝰ aquas de puteis tuis. ſed gradie
mur via publica nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã
declinãtes donec trãſeamꝰ terminos tuoſ. Cui
r̃ndit edom. Non trãſibis per me. Alioqn ar
matꝰ occurrã tibi. Dixerũtꝫ filij iſrael. Per
tritã gradiemur viã. ⁊ ſi biberimꝰ aquas tuas
nos ⁊ pecora noſtra. dabimꝰ qđ iuſtũ eſt. Nul
la erit in p̃cio difficultas: tm̃ velocit̃ tranſeamꝰ
At ille r̃ndit. Nõ trãſibitis. Statimꝫ egreſſus
eſt obuiꝰ cũ infinita multitudine ⁊ manu forti:
nec voluit acquieſcere deprecanti vt concederet
tranſitũ per fines ſuos. Quãobrẽ diuertit ab
eo iſrael. Cũqꝫ caſtra mouiſſent de cades. ve/
nerũt in montẽ hor. q ẽ in finibus terre edom
vbi locutꝰ ẽ dñs ad moyſen dicens. Pergat i
quit aaron ad populos ſuos. Nõ eni intrabit
terrã quã dedi filijs iſrael: eo q incredulus fue
rit ori meo: ad aquas ꝯtradictiõis. Tolle aarõ
⁊ filiũ eiꝰ cũ eo. ⁊ duces eos in montẽ hor. Cũ
qꝫ nudaueris patrẽ veſte ſua: indues eleazarũ
filiũ eiꝰ. ⁊ aaron colliget̃ ⁊ morietur ibi. Fecit
moyſes vt p̃cepat dñs. ⁊ aſcẽderũt in montem
hor corã oĩ multitudine. Cũqꝫ aaron ſpoliaſſꝫ
veſtibus ſuis: induit eis eleazar filiũ eiꝰ. Illo
mortuo in montis ſupcilio deſcendit cũ eleaza/
ro. Omnis aũt multitudo videns occubuiſſe
aaron. fleuit ſuper eo triginta diebus per cun/
ctas familias ſuas. XXI

QVod cũ audiſſet chananeus rex arad
qui habitabat ad meridiem veniſſe. ſ.
iſrael ꝑ exploratorꝫ viã: pugnauit con
tra illũ. ⁊ victor exiſtẽs: duxit ex eo p̃dam. At
iſrael voto ſe dño obligans. ait. Si tradideris
populũ iſtũ in manu mea: delebo vrbes eius.
Exaudiuitꝫ dñs p̃ces iſrael. ⁊ tradidit chana
neũ: quẽ ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius.
⁊ vocauit nomen loci illiꝰ horma. i. anathema.
Profecti ſũt aũt de mõte hor: per viã que ducit
ad mare rubrũ vt circuirent terrã edom. Et te
dere cepit populũ itineris ac laboris: locutuſqꝫ
cõtra dominũ ⁊ moyſen. ait. Cur eduxiſti noſ
de egypto: vt moreremur in ſolitudine. Deeſt
panis. non ſũt aque: aia noſtra iam nauſeat ſu
per cibo iſto leuiſſimo. Quãobrem miſit domi
nꝰ in populũ ignitos ſerpẽtes: ad quorꝫ plagas
⁊ mortes plurimorꝫ. venerunt ad moyſen atqꝫ
dixerũt. Peccauimꝰ: q: locuti ſumꝰ contra do
minũ ⁊ te. Ora vt tollat a nobis ſpentes. Ora
uit moyſes ꝓ populo. Et locutꝰ ẽ dñs ad eum
Fac ſerpentẽ eneũ. ⁊ pone eũ ꝓ ſigno. Qui ꝑ
cuſſus aſpexerit eũ. viuet. Fecit ergo moyſes
ſerpentẽ eneũ. ⁊ poſuit eũ ꝓ ſigno. Quem cũ
percuſſi aſpicerẽt. ſanabant̃. Profectiqꝫ filij iſra
el caſtrametati ſũt in oboth. Vnde egreſſi fixe
re tentoria in ieabarim i ſolitudine que reſpicit
moab ꝯtra orientalẽ plagã. ⁊ inde mouẽtes ve/
nerũt ad torrentẽ zareth. Quẽ relinquẽtes ca/
ſtrametati ſũt ꝯtra arnon que ẽ in deſerto. ⁊ ꝓ/
minet in finibꝰ ãmorrei. Siqdẽ arnon terminꝰ
eſt moab: diuidẽs moabitas ⁊ ãmorreos. Vn
de dicit̃ in libro bellorꝫ dñi. Sicut fecit in mari
rubro: ſic faciet in torrentibꝰ arnõ. Scopuli tor
rentiũ inclinati ſunt vt requieſcerent in ar nõ ⁊
recumberent in finibus moabitarũ. Ex eo lo/
co apparuit puteꝰ: ſup quo locutꝰ ẽ dñs ad moy
ſen. Congrega populũ ⁊ dabo ei aquã. Tũc ce
cinit iſrael carmẽ iſtud. Aſcẽdat puteꝰ. cõcine/
bant. puteꝰ quẽ foderũt p̃ncipes. ⁊ parauerunt
duces multitudinis in datore legis ⁊ in baculiſ
ſuis. Profectiqꝫ ſunt de ſolitudine mathana.
De mathana in nahaliel. De nahaliel i ba/
moth. Bamoth vallis eſt in regione moab in
vertice phaſga: quod reſpicit contra deſertum.
Miſit autem iſrael nũcios ad ſeon regem am/
morreorꝫ dicens. Obſecro vt tranſire mihi lice
at per terrã tuã. Nõ declinabimꝰ in agros ⁊ vi
neas. non bibemꝰ aquas ex puteis. Via regia
gradiemur: donec tranſeamus terminos tuos
Qui cõcedere noluit vt tranſiret iſrael ꝑ fines
ſuos. qn potiꝰ exercitu congregato egreſſus ẽ
obuiã in deſertum. ⁊ venit in iaſa: pugnauitqꝫ
ꝯtra eũ. A quo ꝑcuſſus ẽ in ore gladij. ⁊ poſſeſ
ſa eſt terra eiꝰ ab arnon vſqꝫ ieboc ⁊ filiꝰ ãmon
quia forti p̃ſidio tenebant̃ termini ãmonitarũ.
Tulit ergo iſrael oẽs ciuitates eiꝰ. ⁊ habitabit i
vrbibꝰ ãmorrei. in eſebon. ſ. ⁊ viculꝭ eiꝰ. Vrbs
eſebon fuit ſeon regis ãmorrei. q pugnauit cõ/
tra regẽ moab. ⁊ tulit omnẽ terrã q̃ ditiõis illi
us fuerat vſqꝫ arnon. Idcirco dicitur in ꝓuer
bio. Venite in eſebon: edificet̃ ⁊ conſtruat̃ ci/
uitas ſeon. Ignis egreſſus ẽ de eſebon: flãma

de oppido ſeon. ⁊ deuorauit arnon moabitarꝫ ⁊ habitatores excelſorum arnō. Ve tibi moab periſti popule chamos. Dedit filios eiꝰ in fugā ⁊ filias in captiuitatem regi ămorreorum ſeon. Jugum ipſorꝫ diſperiit ab eſebon vſqꝫ dibon: laſſi puenerūt in iophe ⁊ vſqꝫ medaba. Habitauitqꝫ iſrael i terra ămorrei. Miſit itaqꝫ moyſes q explorarēt iaçer. Cuiꝰ ceperūt viculos: ⁊ poſſiderūt habitatores: Verteruntqꝫ ſe ⁊ aſcenderunt ꝑ viā baſan. ⁊ occurrit eis og rex baſan cū oi populo ſuo pugnaturus in edrai. Dixitqꝫ dñs ad moyſen. Ne timeas eū. qꝛ in manu tua tradidi illū ⁊ oēm populū ac terrā eiꝰ. faciesqꝫ illi ſicut feciſti ſeon regi ămorreorū habitatori eſebon. Percuſſerūt igit̃ ⁊ hūc cū filijs ſuis. vniuerſūqꝫ populū eius vſqꝫ ad internitionē. ⁊ poſſederūt terrā illius. XXII

Profectiqꝫ caſtrametati ſunt in campeſtribus moab. vbi trans iordanē hiericho ſita ē. Videns aūt balac filiꝰ ſephor omnia que fecerat iſrael ămorreo. ⁊ q ptimuiſſent eū moabite. ⁊ impetū eius ferre nō poſſent dixit ad maiores natu madian. Ita delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus cōmorantur. quomodo ſolet bos herbas vſqꝫ ad radices carpere. Ipſe aūt erat eo tpe rex in moab Miſit ergo nūcios ad balaā filiū beor ariolū q habitabat ſup flumē terre filiorꝫ ămon. vt vocarent eum ⁊ dicerēt. Ecce egreſſus ē populuſ ex egypto q opuit ſupficiē terre ſedēs ꝯtra me Veni igit̃ ⁊ maledic populo huic q fortior me ē ſi quo mō poſſim percutere ⁊ eijcere eū de terra mea. Noui enī q benedictus ſit cui benedixeris ⁊ maledictꝰ in quē maledicta congeſſeris Perrexerūtqꝫ ſeniores moab ⁊ maiores natu madian. hn̄tes diuinationis ꝑciū in manibus. Cūqꝫ veniſſent ad balaan. ⁊ narraſſent ei omnia verba balac. ille rn̄dit. Manete hic nocte. ⁊ reſpōdebo qcqd mihi dixerit dn̄s. Manentibus aūt illis apud balaam: venit deus ⁊ ait ad eū. Quid ſibi volūt homines iſti apud te. Reſpondit. Balac filius ſephor rex moabitarum miſit ad me dicens. Ecce populus q egreſſus ē de egypto opuit ſuperficiē terre. veni ⁊ maledic ei: ſi quo modo poſſim pugnās abigere eū. Dixitqꝫ deus ad balaā. Noli ire cum eis neqꝫ maledicas populo: qꝛ benedictꝰ ē. Qui mane cōſurgēs. dixit ad pncipes. Ite in terrā veſtrā qꝛ ꝓhibuit me deus venire vobiſcū. Reuerſi pncipes. dixerūt ad balac. Noluit balaā venire nobiſcū. Rurſum ille multo plures ⁊ nobiliores q̄ ante miſerat miſit. Qui cum veniſſent ad balaam. dixerūt. Sic dicit balac filiꝰ ſephor. Ne cuncteris venire ad me. paratū habeo honorare te. ⁊ quicquid volueris dabo tibi. Veni ⁊ maledic populo iſti. Rn̄dit balaā. Si dederit mihi balac plenā domū ſuā argenti ⁊ auri nō potero immutare verbū dn̄i dei mei: vt vel plus vel minus loquar. Obſecro vt hic maneatis etiā hac nocte. vt ſcire queā qd mihi rurſum reſpōdeat dn̄s. Venit ergo deꝰ ad balaā nocte ⁊ ait ei. Si vocare te venerūt hoies iſti. ſurge ⁊ vade cū eis: ita dūtaxat vt qđ tibi p̄cepero facias. Surrexit balaam mane: ⁊ ſtrata aſina ꝓfectꝰ ē cū eis. Et iratus ē deꝰ. Stetitqꝫ angelꝰ domini i via ꝯtra balaam q ſedebat aſine. ⁊ duos pueros habebat ſecū. Cernēs aſina angelū ſtātē i via euaginato gladio. auertit ſe de itinere. ⁊ ibat ꝑ agrū. Quā cū verberaret balaā ⁊ vellet ad ſemitā reducere. ſtetit angelus in anguſtis duarū maceriarū qbus vinee cingebant̃. Quē vidēs aſina iūxit ſe parieti. ⁊ attriuit ſedētis pedē. At ille iterū verberabat eam. ⁊ nihilominus angelus ad locū anguſtū trāſiēs. vbi nec ad dexterā nec ad ſiniſtrā poterat deuiari. obuius ſtetit. Cūqꝫ vidiſſet aſina ſtātē angelū cōcidit ſub pedibus ſedētis. Qui iratus. vehemētius cedebat fuſte latera eius. Aperuitqꝫ dn̄s os aſine. ⁊ locuta ē. Quid feci tibi. Cur pcutis me ecce iam tertio. Reſpondit balaam. Quia commeruiſti. ⁊ illuſiſti mihi. Vtinā haberem gladium vt te percuterē. Dixit aſina. Nōne aial tuū ſum cui ſp ſedere cōſueſti. vſqꝫ in preſentē diē. Dic qd ſimile vnqꝫ fecerim tibi. At ille ait Nunqꝫ. Protinus apuit dn̄s oculos balaā. ⁊ vidit angelū ſtantem in via euaginato gladio. adorauitqꝫ eū ꝓnus ī terrā. Cui angelꝰ. Cur inquit tertio verberaſti aſinā tuā. Ego veni vt aduerſarer tibi: qꝛ peruerſa eſt via tua. mihiqꝫ cōtraria. Et niſi aſina declinaſſet de via dās locū reſiſtenti: te occidiſſem ⁊ illa viueret. Dixitqꝫ balaam. Peccaui: neſciens q tu ſtares contra me. Et nūc ſi diſplicet tibi vt vadam reuertar. Ait angelus. Vade cū iſtis. ⁊ caue ne aliud q̄ p̄cepero tibi loquaris. Iuit igit̃ cū pncipibus. Qđ cū audiſſet balac: egreſſus ē in occurſum eius in oppido moabitarū qđ ſitū ē in extremis finibus arnon. Dixitqꝫ ad balaam. Miſi nūcios vt vocarēt te. Cur nō ſtatim veniſti ad me. An qꝛ mercedē aduētui tuo reddere nequeo. Cui ille rn̄dit. Ecce adſū. Nūquid loqui potero aliđ niſi quod deus poſuerit ī ore meo. Perrexerunt ergo ſimul. ⁊ venerunt in vrbē q in extremis regni eiꝰ finibꝰ erat. Cūqꝫ

occidiſſet balac boues ⁊ oues: miſit ad balaam
⁊ principes qui cū eo erāt munera. Mane au
tem facto: duxit eū ad excelſa baal. ⁊ intuitus ē
extremam partem populi: XXIII:

Dixitqꝫ balaam ad balac. Edifica mihi
hic ſeptem aras. ⁊ para totidem vitulos
eiuſdēqꝫ numeri arietes. Cumqꝫ feciſ/
ſet iuxta ſermonem balaā: impoſuerunt ſimul
vitulum ⁊ arietē ſup aram. Dixitqꝫ balaam ad
balac. Sta pauliſp iuxta holocauſtum tuū do
nec vadam: ſi forte occurrat mihi dñs. ⁊ quod/
cūqꝫ īperauerit loquar tibi. Cumqꝫ abiiſſet ve
lociter: occurrit illi deus. Locutuſqꝫ ad eū ba/
laā ſeptē inquit aras erexi: ⁊ impoſui vitulū ⁊
arietē deſuper. Dñs autē poſuit vbū ī ore eiꝰ
⁊ ait. Reuertere ad balac. ⁊ hec loq̄ris. Reuer
ſus īuenit ſtātem balac iuxta holocauſtum ſuū
⁊ oēs principes moabitarū: aſſumptaqꝫ ꝑabo/
la ſua. dixit. De arā adduxit me balac rex mo/
abitarū de mōtibus oriētis. Veni inquit ⁊ ma
ledic iacob. propera ⁊ deteſtare iſrl̄. Quomo/
do maledicā: cui nō maledixit deꝰ. Qua ratiōe
deteſter: quē dñs non deteſtat̄. De ſūmis ſilici
bus videbo eū: ⁊ de collibꝰ ꝯſiderabo illū. Po
pulus ſolus hitabit. ⁊ inter gētes nō reputabit̄
Quis dinumerare poſſit puluerē iacob. ⁊ noſ
ſe numerum ſtirpis iſrael. Moriat̄ anima mea
morte iuſtorum: ⁊ fiāt nouiſſima mea horum ſi
milia. Dixitqꝫ balac ad balaam. Quid eſt hoc
quod agiſ. Vt maledicerés inimicis meiſ vo/
caui te. ⁊ tu ecōtrario benedicis eis. Cui ille re/
ſpōdit. Nū aliud poſſum loqui. niſi qd̓ iuſſerit
dñs. Dixit ergo balac. Veni mecū in alterū
locū. vnde ptē iſrl̓ videas. ⁊ totū videre non
poſſis. inde maledicito ei. Cūqꝫ duxiſſet eū in
locū ſublimē ſuper verticē mōtis phaſga. edifi/
cauit balaā ſeptē aras. ⁊ īpōſitis ſup vitulis at/
qꝫ arietibus. dixit ad balac. Sta hic iuxta holo/
cauſtū tuū donec ego obuius pgam. Cui cū do
minꝰ occurriſſet. poſuiſſetqꝫ verbū in ore eius.
ait. Reuertere ad balac. ⁊ hec loq̄ris ei. Reuer
ſus inuenit eū ſtantē iuxta holocauſtū ſuū. ⁊ ꝑn
cipes moabitarū cū eo. Ad quē balac. Quid i
quit locutus eſt dñs. At ille aſſumpta parabola
ſua ait. Sta balac ⁊ auſculta. audi fili ſephor.
Non eſt deus q̄ſi homo vt mentiat̄: nec vt filiꝰ
hoīs vt mutet̄. Dixit ergo ⁊ nō faciet. locutꝰ qꝫ
eſt ⁊ nō implebit. Ad benedicendū adductꝰ ſū
bñdictionē ꝓhibere nō valeo. Nō eſt idolū in
iacob: nec videt̄ ſimulacrū in iſrael Dñs deus
eiꝰ cū eo eſt. ⁊ clāgor victorie regiſ ī illo. Deus
eduxit illū d̓ egypto. cuiꝰ fortitudo ſilis ē rhino

cerotis. Non ē augurium in iacob: nec diuinatio
in iſrael. Tpibꝰ ſuis dicet̄ iacob ⁊ iſrl̄. qd opa/
tꝰ ſit deꝰ. Ecce populꝰ vt leena ꝯſurget. ⁊ quaſi
leo erigēt̄. Nō accubabit donec deuoret p̄dā et
occiſorū ſanguinē bibat. Dixitqꝫ balac ad bala
am. Nec maledicas ei nec bñdicas. Et ille: nō
ne ait dixi tibi. ꝙ quicqd mihi deꝰ imperaret hoc
facerē. Et ait balac ad eū. Veni ⁊ ducam te ad
aliū locū: ſi forte placeat deo vt inde maledicas
eis. Cūqꝫ duxiſſet eū ſup verticem montiſ pho
gor qui reſpicit ſolitudinē. dixit ei balaā. Edi
fica mihi hic ſeptē aras: ⁊ para totidē vitulos:
eiuſdēqꝫ numeri arietes. Fecit balac vt balaā
dixerat. impoſuitqꝫ vitulos ⁊ arietes ꝑ ſingu/
las aras. XXIIII

Cumqꝫ vidiſſet balaam ꝙ placeret dño
vt benediceret iſraheli: nequaq̄ꝫ abiit
vt añ perrexerat vt auguriū quereret. ſꝫ
dirigēs ꝯtra deſertū vultū ſuū. et eleuans ocu
los vidit iſrael in tētoriis cōmorātē ꝑ tribꝰ ſu/
as et irruēte in ſe ſpiritu dei aſſumpta parabo/
la ait. Dixit balaā filiꝰ beor. dixit hō cuiꝰ obtu/
ratꝰ eſt oculꝰ. dixit auditor ſermonū dei q viſio
nem omnipotentiſ intuitꝰ eſt. qui cadit et ſic ape
riunt̄ oculi eiꝰ. Q̄ pulchra tabernacula tua ia/
cob et tētoria tua iſrael: vt valles nemoroſe vt
horti iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula que
fixit dominꝰ: quaſi cedri ꝓpe aquas. Fluet aq̄
de ſitula eiꝰ. ⁊ ſemē illius erit in aquas multas
Tollet̄ ꝓpter agag rex eiꝰ: ⁊ auferet̄ regnū illi
us. Deꝰ eduxit illū de egypto: cuius fortitudo
ſimilis ē rhinocerotiſ. Deuorabūt gētes hoſteſ
illiꝰ. oſſaqꝫ eorū confringent. ⁊ ꝑforabūt ſagit/
tiſ. Accubās dormiuit vt leo: ⁊ quaſi leena quā
ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi
erit ⁊ ipe benedictꝰ: q maledixerit tibi in male/
dictione reputabitur. Iratuſqꝫ balac contra ba
laam cōploſ manibus ait. Ad maledicendū ini
micis meis vocaui te: quibus econtrario tertio
benedixiſti. Reuertere ad locū tuū. Decreue/
rā quidē magnifice honorare te: ſed dñs ꝓua/
uit te honore diſpoſito. Rñdit balaā ad balac
Nōne nūciis tuis quos miſiſti ad me dixi ſi de
derit mihi balac plenā domū ſuā argenti ⁊ auri
nō potero p̄terire ſmonē dñi dei mei: vt vl̓ bo
ni vel mali quid ꝓferā ex corde meo: ſed quicqd
dñs dixerit. hoc loquar. Verūtamē ꝑgens ad
populū meū dabo tibi ꝯſiliū: qd pplꝰ tuꝰ pplo
huic faciet extremo tempore. Sūpta igit̄ para/
bola. rurſū ait. Dixit balaā filius beor. dixit ho
mo cuiꝰ obturatus eſt oculus. dixit auditor ſer/
monū dei: qui nouit doctrinā altiſſimi. ⁊ viſio

nes omnipotentis videt. qui cadens apꝫos hꝫ
oculos. Videbo eū ſed nō modo. intuebor illū
ſed nō ꝓpe. Orietꝫ ſtella ex iacob ⁊ ↄſurget vir
ga de iſrł. ⁊ percutiet duces moab. vaſtabitqꝫ
oēs filiꝰ ſeth. ⁊ erit idumea poſſeſſio eiꝰ. Here
ditas ſeyr cedet inimicis ſuis. iſrł vero fortiter
aget. De iacob erit ꝗ dn̄etꝫ. ⁊ ꝑdat reliqas ciui
tatꝫ. Cūqꝫ vidiſſet amalech: aſſumēs pabolam
ait. Principiū gentiū amalech: cuiꝰ extrema ꝑ
dentꝫ. Vidit qꝫ cyneū. ⁊ aſſumpta parabola ait
Robuſtū quidē eſt habitaculū tuū: ſed ſi in pe-
tra poſuerꝫ nidum tuum. et fuerꝫ electꝰ de ſtir-
pe cyn. q̄ꝫdiu poterꝫ permanere. Aſſur enī ca
piet te. Aſſumptaqꝫ parabola iterum locutꝰ ē.
Heu qs victurꝰ ē qn̄ iſta faciet deꝰ. Venient ī
trierībꝰ de italia ſupabūt aſſyrios vaſtabuntqꝫ
hebreos. et ad extremū etiam ipſi ꝑibunt. Sur
rexitqꝫ balaā. et reuerſus eſt ī locum ſuū: balac
qꝫ via qua venerat rediit. XXV

MOrabatꝫ autē eo tpe iſrael in ſethim: et
fornicatꝰ ē populꝰ cū filiabꝰ moab: que
vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At il
li comederunt et adorauerunt deos eoꝝ. Ini-
tiatuſqꝫ ē iſrahel beelfegor. Et iratꝰ dn̄s ait ad
moyſen. Tolle cūctos ꝓncipes populi. ⁊ ſuſpē
de eos ↄtra ſolē in patibulꝫ. vt auertatur furor
meꝰ ab iſrael. Dixitqꝫ moyſes ad iudices iſrł
Occidat vnuſquiſqꝫ ꝓximos ſuos qui initiati
ſunt beelfegor. Et ecce vnꝰ de filiis iſrael intra
uit corā fratribꝰ ſuis ad ſcortuꝫ madianiten. vi
dente moyſe et omni turba filioꝝ iſrael. qui fle
bāt ante fores tabernaculi. Quod cū vidiſſet phi
nees filiꝰ eleazari filii aarō ſacerdotis. ſurrexit
de medio multitudinis: et arrepto pugione in
greſſus eſt poſt virū iſrahelitē in lupanar. et ꝑ
fodit ambos ſimul viruꝫ. ſ. et mulierē in locis
genitalibus. Ceſſauitqꝫ plaga a filiis iſrł et oc
ciſi ſunt vigintiquattuor milia hominū. Dixitqꝫ
dn̄s ad moyſen. Phinees filius eleazari filii
aaron ſacerdotis auertit irā meā a filiis iſrael.
q2 zelo meo cōmotus ē ↄ͞ eos. vt nō ipe delerē
filios iſrł ī zelo meo. Idcirco loquere ad eum.
Ecce do ei pacē federis mei et erit tam ipi qꝫ ſe
mini eiꝰ pactum ſacerdotii ſempiternū. q2 zela-
tus eſt ꝓ deo ſuo. ⁊ expiauit ſcelus filioꝝ iſrael
Erat aūt nomē viri iſrahelite ꝗ occiſus eſt cum
madianitide zambri filiꝰ ſalumi dux de cogna-
tione ⁊ tribu ſymeonis. Porro mulier madia
nitis que pariter interfecta ē vocabatꝫ cozbi: fi
lia ſur principis nobiliſſimi madianitarū. Lo-
cutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Hoſtes vos
ſentiant madianite ⁊ percutite eos: q2 ⁊ ipſi ho
ſtiliter egerunt contra vos. ⁊ decepere inſidiis
per idolū phogor. ⁊ cozbi filiā ducis madiā ſo-
rorē ſuā. que percuſſa eſt in die plage ꝓ ſacrile
gio phogor. XXVI

POſtqꝫ noxiorum ſanguis effuſus eſt
dixit dominus ad moyſen ⁊ eleazaruꝫ
filium aaron ſacerdotem. Numerate
omnem ſummam filiorum iſrael a viginti an-
nis ⁊ ſupra per domos ⁊ cognationes ſuas: cū
ctos qui poſſunt ad bella ꝓcedere. Locuti ſunt
itaqꝫ moyſes ⁊ eleazar ſacerdos in campeſtri-
bus moab ſuper iordanem contra hiericho ad
eos qui erant a viginti annis ⁊ ſupra ſicut dn̄s
imperauerat. quoꝝ eſt iſte numerus. Ruben
primogenitus iſrael. Huius filius enoch. a ꝗ
familia enochitarum. ⁊ phallu. a ꝗ familia phal
luitarum: ⁊ eſron a quo familia eſronitarum:
⁊ charmi a quo familia charmitarum. He ſūt
familie de ſtirpe ruben. quarum numerus inuē
tus eſt quadragintatria milia ⁊ ſeptingenti tri-
ginta. Filius phallu eliab: huius filii namuhel
⁊ dathan ⁊ abiron. Iſti ſunt dathan ⁊ abiron.
principes populi qui ſurrexerunt contra moy-
ſen ⁊ aaron in ſeditione chore quādo aduerſus
dominum rebellauerunt. ⁊ aperiens terra os
ſuum deuorauit chore morientibꝰ plurimis qn̄
combuſſit ignis ducētos quinquaginta viros.
Et factū eſt grande miraculū: vt chore ꝑeunte
filii illiꝰ nō perirent. Filii ſymeon ꝑ cognatio-
nes ſuas. namuhel: ab hoc familia namuhelita
rum: ⁊ iamin. ab hoc familia iaminitarum: ia-
chin. ab hoc familia iachinitarū: zare. ad hoc fa
milia zareitarū: ſaul ab hoc familia ſaulitarum
He ſunt familie de ſtirpe ſymeon: quaruꝫ oīs
numerus fuit vigintiduo milia ducenti. Filii
gad per cognatiōes ſuas. ſephon. ab hoc fami
lia ſephonitarū: aggi. ab hoc familia aggitarū.
ſuni. ab hoc familia ſunitaꝝ. ozni. ab hoc fami
lia ozinitaꝝ: her. ab hoc familia heritaꝝ: arod.
ab hoc familia aroditarum: aribel. ab hoc fami
lia aribelitarum. Iſte ſunt familie gad: quaruꝫ
oīs numerus fuit quadraginta milia quingēti
Filii iuda: her ⁊ onan: qui ambo mortui ſunt ī
terra chanaan. Fueruntqꝫ filii iuda ꝑ cogna-
tiōes ſuas: ſela. a quo familia ſelaitarū: phares
a quo familia pharesitarum: zare a quo familia
zareitarū. Porro filii phares: eſron. a quo fa-
milia eſronitarū: ⁊ amul. a quo familia amuli-
taꝝ. Iſte ſūt familie iuda: quaꝝ oīs numerꝰ fu
it ſeptuagintaſex milia quingēti. Filii yſachar
ꝑ cognatiōes ſuas: thola. a quo familia tholai-
tarū: phua. a quo familia phuaitarū: iaſub. a ꝗ

familia iaſubitaꝝ: ſemran. a quo familia ſem/
ranitaꝝ. He ſūt cognationes yſachar: quoꝝ nu/
merꝰ fuit ſexagintaquattuor milia trecenti. Filij
zabulon per cognatiōes ſuas: ſared. a quo fa/
milia ſareditarum: helon. a q̄ familia helonita/
rū: ialel. a quo familia ialelitarū. He ſūt cogna
tiōes zabulon: quoꝝ numerꝰ fuit ſexaginta milia
quingenti. Filij ioſeph per cognationes ſuas
manaſſe ⁊ ephraim. De manaſſe ortus eſt ma/
chir. a quo familia machiritaꝝ. Machir genu
it galaad. a q̄ familia galaaditaꝝ. Galaad ha/
buit filios iezer. a q̄ familia iezeritaꝝ. ⁊ helech. a
quo familia helechitarū: ⁊ aſrihel. a quo familia
aſrihelitarum: ⁊ ſechem. a quo familia ſechemi
tarū: ⁊ ſemida. a quo familia ſemidaitarum: ⁊
epher. a quo familia epheritaꝝ. Fuit aūt epher
pater ſalphaad. q filios nō habebat ſ; tm̄ filias
quaꝝ iſta ſūt noīa: maala ⁊ noa ⁊ egla ⁊ melcha
⁊ therſa. He ſunt familie manaſſe ⁊ numerus
eaꝝ quīquagintaduo milia ſeptingenti. Filij āt
ephraim per cognatiōes ſuas fuerunt hi. Su/
thala. a quo familia ſuthalaitaꝝ: becher. a q̄ fa/
milia becheritaꝝ: tehen. a quo familia teheni/
tarū. Porro filius ſuthala fuit heran. a quo fa
milia heranitarū. He ſūt cognationes filiorū
ephraim: quaꝝ nūerus fuit trigintaduo milia
q̄ngenti. Iſti ſūt filij ioſeph per familias ſuas.
Filij beniamin in cognationibus ſuis: bale. a
quo familia baleitarū: azbel. a quo familia azbe
litarū: achiram. a quo familia achiramitaꝝ: ſu
pham. a quo familia ſuphanitarū: vpham. a q̄
familia vphamitarū. Filij bale: hered ⁊ noe/
man. De hered. familia hereditarum: de noe/
man. familia noemanitaꝝ. Hi ſunt filij benia
min per cognatiōes ſuas: quoꝝ numerus fuit
q̄dragintaquīq; milia ſexcēti. Filij dan per co/
gnationes ſuas: ſuham. a q̄ familia ſuhamitarū.
He ſunt cognationes dan per familias ſuas.
Oēs fuere ſuhamite: quoꝝ numerus erat ſexagin
taquattuor milia quadringēti. Filij aſer per co
gnationes ſuas: iemna: a quo familia iemnai/
tarū: ieſſui. a quo familia ieſſuitarum: brie. a q̄
familia brieitarum. Filij brie: haber. a quo fa/
milia haberitarum: ⁊ melchiel. a quo familia
melchielitarum. Nomen autē filie aſer. fuit ſa
ra. He cognationes filiorū aſer: ⁊ numerus
eoꝝ quīquagintatria milia quadringenti. Filij
neptalim per cognationes ſuas: ieſſiel. a quo
familia ieſſielitarū: guni. a quo familia guni/
tarū: iaſer. a quo familia iaſeritarum: ſellem. a
quo familia ſellemitarū. He ſūt cognatiōes
filioꝝ neptalim p familias ſuas: quorū nume/
rus quadragintaquīq; milia quadringēti. Iſta ē
ſūma filioꝝ iſrl' qui recenſiti ſunt. ſexcenta mi:
lia ⁊ mille ſeptingenti triginta. Locutuſq; ē do
minus ad moyſen dicēs. Iſtis diuidet̄ terra iu
xta nūerū vocabuloꝝ in poſſeſſiōes ſuas. Plu
ribus maiorē ptē dabis. ⁊ paucioribꝰ minorē:
ſingulis ſicut nunc recenſiti ſunt tradet̄ poſſeſ
ſio. ita dūtaxat vt ſors terrā tribubus diuidat ⁊
familijs. Quicqd ſorte cōtigerit: hoc vel plu/
res accipiant vel pauciores. Hic quoq; eſt nu
merus filioꝝ leui per familias ſuas. Gerſon
a q̄ familia gerſonitarū: caath. a q̄ familia caa/
thitarum: merari. a quo familia meraritarum
He ſunt familie leui. Familia lobni. familia
hebroni. familia mooli. familia muſi. familia
chori. At vero caath genuit amram: qui ha/
buit vxorē iocabeth filiā leui. que nata eſt ei in
egypto. Hec genuit amram viro ſuo filios a/
aron ⁊ moyſen ⁊ mariā ſororē eoꝝ. De aaron
orti ſunt nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ ythamar.
Quorū nadab ⁊ abiu: mortui ſunt cū obtuliſ/
ſent ignem alienum corā dn̄o. Fueruntq; oēs
qui numerati ſūt vigintitria milia generis ma/
ſculini ab vno menſe ⁊ ſupra: qui nō ſūt recen/
ſiti inter filios iſrael: nec eis cū ceteris data poſ
ſeſſio ē. Hic ē numerus filioꝝ iſrl'. q deſcripti
ſunt a moyſe ⁊ eleazaro ſacerdote in campeſtri
bus moab ſupra iordanē ꝯ hiericho: inter q̄s
nullus fuit eorum q āt numerati ſūt a moyſe ⁊
aaron in deſerto ſynai. Predixerat enim dn̄s
q oēs morerēt̄ in ſolitudine. Nulluſq; remanſit
ex eis niſi caleb filiꝰ iephone ⁊ ioſue filiꝰ nun

XXVII

Acceſſerūt aūt filie ſal/
phaad. filij epher. filij galaad filij ma
chir. filij manaſſe. qui fuit filius ioſeph
quarū ſunt noīa. maala ⁊ noa ⁊ egla ⁊ melcha
⁊ therſa: ſteteruntq; coram moyſe ⁊ eleazaro
ſacerdote ⁊ cunctis principibus ppl'i ad oſtiū
tabernaculi federis. atq; dixerūt. Pr̄ nr̄ mor
tuꝰ ē in deſerto. nec fuit in ſeditiōe que cōcitata
ē ꝯ dn̄m ſub chore: ſed in pctō ſuo mortuus ē.
Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nō
men illius de familia ſua: quia nō habet filium
Date nobis poſſeſſionē inter cognatos patris
nr̄i. Retuliteq; moyſes cām eaꝝ ad iudiciū dn̄i
Qui dixit ad eum. Iuſtā rē poſtulāt filie ſal/
phaad Da eis poſſeſſionē inter cognatos pr̄is
ſui. ⁊ ei in hereditatē ſuccedāt. Ad filios autē
iſrl' loq̄ris hec. Homo cū mortuꝰ fuerit abſq; filio
ad filiā eius trāſibit hereditas: ſi filiā nō habue
rit habebit ſucceſſores frēs ſuos. Qd ſi ⁊ frēs
non fuerint: dabitis hereditatem frībꝰ pr̄is eius

Sin autē nec patruos hūerit: dabitur heredi/
tas his qui ei ꝓximi ſūt. Eritqꝫ h̄ filijs iſrł ſcīm
lege ꝑpetua: ſicut p̄cepit dn̄s moyſi. Dixit qꝫ
dn̄s ad moyſen. Aſcende in montē iſtum aba
rim. ⁊ ꝯtemplare inde trā quā daturus ſū filijs
iſrł. Cūqꝫ videris eam. ibis ⁊ tu ad pplm tuū
ſicut iuit frater tuus aarō: quia offendiſti me in
deſerto ſyn in contradictione multitudinis. nec
ſcificare me voluiſti corā ea ſuper aq̄s. Hę ſūt
aq̄ contradictiōis in cades deſerti ſyn. Cui re/
ſpondit moyſes. Prouideat dn̄s de⁹ ſpiu ōis
carnis hoīem qui ſit ſuper multitudinē hanc. ⁊
poſſit exire et intrare an̄ eos. ⁊ educere eos vel
introducere ne ſit ppłs dn̄i ſicut oues abſqꝫ pa
ſtore. Dixitqꝫ dn̄s ad eum. Tolle ioſue filium
nun virū in quo eſt ſpūs dei: ⁊ pone manū tuā
ſup eum. Qui ſtabit corā eleazaro ſacerdote
et oī multitudine: ⁊ dabis ei precepta cunctis
videntibus ⁊ partē glīe tue: vt audiat eū oīs ſy
nagoga filioꝝ iſrł. Pro h̄ ſi quid agendū erit
eleazar ſacerdos cōſulet dn̄m. Ad verbū eius
egredient̄ ⁊ igredient̄ ipe ⁊ oēs filij iſrł cum eo ⁊
cetera multitudo. Fecit moyſes ut preceperat
dn̄s. Cūqꝫ tuliſſet ioſue ſtatuit eum coram elea
zaro ſacerdote ⁊ oī frequētia ppłi. ⁊ ipoſitis ca/
piti ei⁹ manib⁹ cuncta replicauit que manda/
uerat dominus. XXVIII

Dixit qꝫ dn̄s ad moyſen. Precipe fi/
lijs iſrł. ⁊ dices ad eos. Oblationem
meā ⁊ panes ⁊ incenſū odoris ſuauiſ
ſimi offerte ꝑ tpa ſua. hec ſunt ſacrificia que of
ferre debetis. Agnos anniculos imaculatos
duos q̄tidie i holocauſtū ſempiternū: vnū of/
feretis mane. ⁊ alterū ad veſpꝫ: decimā ꝑtem
ephi ſimile q̄ conſpſa ſit oleo puriſſimo: et ha/
beat q̄rtā partem hin. Holocauſtū iuge eſt qđ
obtuliſtis i mōte ſynai in odorem ſuauiſſimū
incēſi dn̄i. Et libabitis vini quartā ꝑtē hin per
agnos ſinglos in ſcūario dn̄i. Alterū qꝫ agnū
ſilit offeretis ad veſperā iuxta oēm ritum ſacri
ficij matutini et libamentorum eius. oblationē
ſuauiſſimi odoris dn̄o. Die autem ſabbati offe
retis duos agnos anniculos imaculatos. ⁊ du
as decimas ſimile oleo conſperſe in ſacrificio. ⁊
liba que rite fundunt̄ ꝑ ſingula ſabbata in ho/
locauſtū ſempiternū. In calēdis aūt. i. in men
ſiū exordijs offeretis holocauſtū dn̄o. vitulos đ
armento duos. arietē vnū. agnos anniculos
ſeptem imaculatos. ⁊ tres decimas ſimile oleo
cōſpſe in ſacrificio ꝑ ſingulos vitulos. ⁊ duas
decimas ſimile oleo ꝯſpſe per ſingulos arietes
⁊ decimā decime ſimile ex oleo in ſacrificio per
agnos ſingulos. Holocauſtū ſuauiſſimi odo/
ris atqꝫ incēſi eſt dn̄o. Libamenta aūt vini q̄ ꝑ
ſingulas fundenda ſūt victimas. iſta erūt. Me
dias pars hin ꝑ ſingulos vitulos. tcia ꝑ arietē.
quarta per agnū. Hoc erit holocauſtum ꝑ oēs
menſes: q ſibi anno vertēte ſuccedūt. Hircus
quoqꝫ offeret̄ dn̄o pro pctis in holocauſtū ſem/
piternū cū libamētis ſuis. Mēſe aūt primo q̄r/
tadecima die mēſis. phaſe dn̄i erit. ⁊ q̄ntadecia
die ſolēnitas. Septem diebus veſcent̄ azimis.
quaꝝ dies ꝓma venerabilis ⁊ ſcā erit. Omne
opus ſeruile nō facietis in ea. Offeretiſqꝫ incē
ſum holocauſtum dn̄o. vitulos de armento du
os. arietem vnū. agnos anniculos imaculatos
ſeptem. ⁊ ſacrificia ſinguloꝝ ex ſimila que con
ſperſa ſit oleo: tres decimas ꝑ ſingulos vitulos
⁊ duas decimas ꝑ arietem ⁊ decimā decime per
agnos ſingulos. i. per ſeptem agnos. ⁊ hircū
ꝓ pctō vnū vt expient̄ ꝓ vobis. preter holocau/
ſtum matutinū. qđ ſemꝑ offeretis. Ita facietis
per ſingulos dies ſeptē dierū. in fomitē ignis
⁊ in odorem ſuauiſſimū domino. qui ſurget đ
holocauſto ⁊ de libatiōibus ſingulorum. Dies
quoqꝫ ſeptim⁹ celeberrimus ⁊ ſcūs erit vobis.
Oē opus ſeruile nō facietis i eo. Dies etiā pri
mitiuoꝝ qn̄ offeretis nouas fruges dn̄o exple/
tis ebdomadib⁹. venerabilis ⁊ ſcā erit. Omne
opus ſeruile nō facietis i ea. Offeretiſqꝫ holo/
cauſtum i odorē ſuauiſſimū dn̄o. vitulos de ar
mento duos. arietē vnū. agnos anniculos im
maculatos ſeptē. atqꝫ in ſacrificijs eorū ſimile
oleo cōſperſe. tres decimas ꝑ ſingulos vitulos.
per arietes duas. per agnos decimam decime
q ſil ſūt agni ſeptē. hircū qꝫ q mactat̄ ꝓ expiatio
ne. p̄ter holocauſtū ſēpiternū ⁊ liba ei⁹. Imma
culata offeretis oīa cū libatiōib⁹ ſuis. XXIX

Menſis etiā ſeptimi prima dies venera/
bilis ⁊ ſcā erit vob. Oē opus ſuile nō
facietis in ea. q2 dies clāgoris ē ⁊ tuba/
rū. Offeretiſqꝫ holocauſtū i odorē ſuauiſſimum
dn̄o vitulū de armēto vnū: arietē vnū ⁊ agnos
āniculos imaculatos ſeptē. ⁊ i ſacrificijs eorū ſi
mile oleo ꝯſpſe tres decias ꝑ ſingulos vitulos
duas decimas ꝑ arietē. vnā decimā per agnū
q ſil ſūt agni ſeptē. ⁊ hircū ꝓ pctō q offert̄ in ex
piatiōe populi p̄ter holocauſtū calēdarū cum ſa
crificijs ſuis. ⁊ holocauſtū ſempiternū cum liba/
tiōib⁹ ſolitis. Hiſdē cerimonijs offeretis i odo
rē ſuauiſſimū icenſū dn̄o. Decia quoqꝫ dies mē
ſis hui⁹ ſeptimi erit vob ſcā atqꝫ venerabilis. ⁊
affligetis aias vras. Oē op⁹ ſuile nō facietis i
ea. Offeretiſqꝫ holocauſtū dn̄o in odorem ſua

niſſimū: vitulū de armento vnum: arietē vnū.
agnos ānniculos īmaculatos ſeptē. ⁊ in ſacrifi-
cijs eorum ſimile oleo cōſperſe tres decimas ꝑ
ſingulos vitulos: duas decimas per arietem.
decimā decimę per agnos ſingulos. q̄ ſunt ſil
agni ſeptē. ⁊ hircū ꝓ peccō: abſqꝫ his q̄ offerri
pro delicto ſolent in expiationē. ⁊ holocauſtum
ſempiternū in ſacrificio ⁊ libaminibus eorum.
Quintadecima vō die mēſis ſeptimi q̄ vobis
ſcā erit atqꝫ venerabilis: oē opus ſeruile non
facietis in ea: ſꝫ celebrabitis ſolēnitatē dn̄o ſe-
ptem dieb⁹. Offeretiſqꝫ holocauſtum in odorē
ſuauiſſimū dn̄o: vitulos de armento tredecim.
arietes duos: agnos anniculos imaculatos.
q̄ttuordecim. ⁊ in libamētis eoꝝ: ſimile oleo cō
ſperſe tres decimas ꝑ vitulos ſingulos: q ſunt
ſil vituli tredecim. ⁊ duas decimas arieti vno
.i. ſil arietib⁹ duob⁹ et decimā decime agnis ſin
gulis: q ſūt ſimul agni quattuordecim. ⁊ hircū
ꝓ peccō abſqꝫ holocauſto ſempiterno ⁊ ſacrificio
⁊ libamine ei⁹. In die altero offeretis vitulos
de armēto duodecim: arietes duos: agnos an
niculos immaculatos q̄ttuordecim: ſacrificiaqꝫ
⁊ libamina ſingulorum per vitulos ⁊ arietes ⁊
agnos rite celebrabitis. ⁊ hircum ꝓ peccō abſqꝫ
holocauſto ſempiterno: ſacrificioqꝫ ⁊ libamine
ei⁹. Die tertio offeret̄ vitulos vndecim arie-
tes duos: agnos ānniculos imaculatos quattu-
ordecim: ſacrificiaqꝫ ⁊ libamina ſingulorꝫ per
vitulos ⁊ arites ⁊ agnos rite celebrabit̄. ⁊ hir
cū ꝓ peccō: abſqꝫ holocauſto ſempiterno: ſacrifi
cioqꝫ ⁊ libamine ei⁹. Die quarto offeret̄ vitu-
los decem: arietes duos: agnos ānniculos ima
culatos quattuordecim: ſacrificiaqꝫ ⁊ libamina
ſingulorum per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite
celebrabitis. ⁊ hircuꝫ ꝓ peccō: abſqꝫ holocauſto
ſempiterno. ſacrificioqꝫ ei⁹ ⁊ libamie. Die qn-
to offeretis vitulos nouē: arietes duos agnos
ānniculos imaculatos q̄ttuordecim: ſacrificiaqꝫ
⁊ libamina ſingulorū per vitulos et arietes et
agnos rite celebrabit̄. et hircum ꝓ peccō: abſqꝫ
holocauſto ſempiterno: ſacrificioqꝫ ei⁹ et liba-
mine. Die ſexto offeretis vitulos octo: arites
duos: agnos anniculos imaculatos quattuor
decim: ſacrificiaqꝫ et libamina ſingulorꝫ ꝑ vi-
tulos et arietes et agnos rite celebrabit̄. et hir
cum ꝓ peccō: abſqꝫ holocauſto ſempiterno: ſa-
crificioqꝫ ei⁹ et libamine. Die ſeptimo offeret̄
vitulos ſeptē: et arietes duos: agnos ānniculos
īmaculatos q̄ttuordecim. ſacrificiaqꝫ et libami
na ſingulorꝫ per vitulos et arites et agnos rite
celebrabitis. et hircū ꝓ peccō abſqꝫ holocauſto
ſempiterno: ſacrificioqꝫ ei⁹ ⁊ libamie. Die octa
uo qui eſt celeberrim⁹: oē opus ſeruile nō facie
tis offerētes holocauſtum in odorē ſuauiſſimū
dn̄o: vitulū vnū: arietē vnū: agnos anniculos
imaculatos ſeptē: ſacrificiaqꝫ ⁊ libamina ſin-
gulorꝫ per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite cele-
brabitis ⁊ hircū ꝓ peccō: abſqꝫ holocauſto ſem-
piterno: ſacrificioqꝫ ei⁹ ⁊ libamine. Hec offe-
retis dn̄o i ſolēnitatibus vr̄is: p̄ter vota ⁊ obla
tiones ſpontaneas in holocauſto: in ſacrificio:
in libamine: ⁊ in hoſtijs pacificis. XXX

Narrauitqꝫ moyſes filijs iſrl̄ omnia q̄
ei dn̄s imperauerat: et locutus eſt ad p̄n-
cipes tribuum filioꝝ iſrl̄. Iſte ē ſermo
quē p̄cepit dominus. Si qs viroꝝ votum dn̄o
vouerit: aut ſe cōſtrinxerit iuramēto: nō faciet
irritū v̄bū ſuū: ſed omne qd̄ ꝓmiſit implebit.
Mulier ſi quippiam vouerit ⁊ ſe conſtrinxerit
iuramēto: q̄ ē in domo patris ſui. ⁊ in etate ad
huc puellari: ſi cognouerit pater votū qd̄ polli-
cita ē: ⁊ iuramentū q̄ obligauit aīam ſuā: ⁊ ta-
cuerit: voti rea erit. Quicqd pollicita ē et iura
uit opere cōplebit. Sin autē ſtatim vt audierit
cōtradixerit pater. et vota et iuramēta eius irri
ta erunt: nec obnoxia tenebit̄ ſponſioni: eo q
cōtradixerit pater. Si maritū habuerit et voue
rit aliqd. et ſemel de ore eius v̄bū egrediens:
aīam eius obligauerit iuramēto: q̄ die audierit
vir et nō cōtradixerit voti rea erit: reddetqꝫ qd̄
cunqꝫ ꝓmiſerat. Sin āt audiēs ſtatim ꝯtradi
xerit. et irritas fecerit pollicitatiōes eius: ver-
baqꝫ qbus obſtrinxerat aīam ſuā: ꝓpitius erit
ei dominus. Vidua ⁊ repudiata quicqd voue
rint: reddent. Vxor in domo viri cum ſe voto
cōſtrinxerit iuramēto: ſi audierit vir et tacue-
rit nec cōtradixerit ſpōſioni: reddet qdcūqꝫ ꝓ
miſerat. Sin autē extēplo ꝯtradixerit: nō tene-
bitur ꝓmiſſionis rea: quia maritus ꝯtradixit et
dn̄s ei ꝓpiti⁹ erit. Si vouerit et ſe iuramēto ſe cō
ſtrinxerit: vt per ieiuniū vel ceteraꝝ reꝝ abſti
nentiā affligat aīam ſuā: in arbitrio viri erit ſi
faciat ſiue nō faciat. Qd ſi audiens vir tacue-
rit: et in alteram diem diſtulerit ſniam: quicqd
vouerat atqꝫ ꝓmiſerat. reddet: quia ſtatim vt
audiuit. tacuit. Sin autē cōtradixerit poſtq̄ re
ſciuit: portabit ipſe iniquitatē eius. Iſte ſunt le
ges quas ꝯſtituit dn̄s moyſi inter virū et vxo
rē: inter patrē et filiā q̄ in puellari adhuc etate
eſt: vel q̄ manet in parentis domo. XXXI

Locutuſqꝫ ē domin⁹ ad moyſen dicēs
Vlciſcere prius filios iſrl̄ de madianitis
⁊ ſic colligeris ad ppl'm tuū. Statimqꝫ

cuius domū in ſingulos diuidēs viros. inue/
nit achan filiū charmi filij çabdi filij çare d' tri
bu iuda. Et ait ioſue ad achan. Fili mi. da glo
riā dño deo iſrael ⁊ cōfitere: atq; indica mihi
qd feceris. ne abſcōdas. Rūditq; achan ioſue
et dixit ei. Vere ego peccaui dño deo iſrl'. et ſic
et ſic feci. Vidi enī inter ſpolia palliū coccineū

valde bonū ⁊ ducētos ſiclos argēti: regulāqꝫ
aureā quinquaginta ſicloꝝ. ⁊ ꝯcupiſcens ab/
ſtuli. ⁊ abſcondi in terra ꝯtra mediū taberna/
culi mei: argentūqꝫ foſſa humo operui. Miſit
ergo ioſue miniſtros: qui currētes ad taber na
culū illiꝰ repperērūt cūcta abſcōdita in eodē lo
co ⁊ argētū ſil'. Auferētesqꝫ de tētorio tulerunt
ea ad ioſue ⁊ ad oēs filios iſrael, ꝓiecerūtqꝫ añ
dominū. Tollēs itaqꝫ ioſue achan filium zare
argentūqꝫ ⁊ palliū ⁊ aureā regulam: filios q̄qꝫ
⁊ filias eius: boues ⁊ aſinos ⁊ oues: ipſūqꝫ ta/
bernaculū ⁊ cunctā ſuppellectilē ⁊ oīs iſrael cū
eo: duxerunt eos ad vallem achor: vbi dixit io
ſue. Quia turbaſti nos: exturbet te dominꝰ in
die hac. Lapidauitqꝫ eū omnis iſrael: ⁊ cuncta
que illius erant igne ꝯſumpta ſunt. Cōgrega
uerūtqꝫ ſuꝑ eū aceruū magnū lapidū: qui per/
manet vſqꝫ in preſentē diē. Et auerſus eſt fu/
ror dñi ab eis. Vocatūqꝫ eſt nomē loci illius
vallis achor: vſqꝫ hodie. VIII

D Ixit autem dñs ad ioſue: Ne timeas:
neqꝫ formides. Tolle tecū omnē mul/
titudinē pugnatorū ⁊ ꝯſurgens aſcen
de in oppidū hay. Ecce tradidi in manū tuam
regē eius ⁊ pplm: vrbēqꝫ ⁊ terram. Faciesqꝫ
vrbi hay ⁊ regi eius: ſicut feciſti hiericho ⁊ re/
gi illius. Predā vero ⁊ oīa animātia diripietꝭ
vobis. Pone inſidias vbi poſt eā. Surrexit/
qꝫ ioſue. ⁊ oīs exercitus bellatoꝝ cū eo: vt aſcē
derēt in hay. Et electa triginta milia virorum
fortiū miſit nocte: ꝑcepitqꝫ eis dicēs: Ponite
inſidias poſt ciuitatē. Nec longius recedatis:
⁊ eritis oēs parati. Ego aūt ⁊ reliqua multitu
do que mecū ē: aſcēdemꝰ ex aduerſo ꝯ̄ vrbem
Cūqꝫ exierint ꝯtra nos: ſicut ante feciꝰ fugie
mus ⁊ terga vertemꝰ donec pſequētes ab vrbe
longiꝰ ꝓtrahāt. Putabūt enī nos fugere ſicut
priꝰ. Nobis ergo fugiētibꝰ ⁊ illis pſequētibꝰ
ꝯſurgetis de inſidijs ⁊ vaſtabitis ciuitatem:
tradetqꝫ eaꝫ dñs deus veſter in manꝰ veſtras
Cūqꝫ ceperitis ſuccendite eā. ⁊ ſic oīa facietis
vt iuſſi. Dimiſitqꝫ eos ⁊ perrexerūt ad locum
inſidiaꝝ: ſederūtqꝫ inter bethel ⁊ hay ad occi/
dentalē plagā vrbis hay. Joſue aūt nocte illa
in medio māſit ppli. Surgēſqꝫ diluculo recen
ſuit ſocios. ⁊ aſcēdit cū ſenioribus in fronte ex/
ercitus: vallatus auxilio pugnatoꝝ. Cūqꝫ ve/
niſſent ⁊ aſcendiſſent ex aduerſo ciuitatis: ſte/
terunt ad ſeptētrionalē vrbis plagā: inter quā
⁊ eos: vallis erat media. Quinqꝫ autem milia
viros elegerat ⁊ poſuerat in inſidijs inter be/
thauen ⁊ hay ex occidētali ꝑte eiuſdē ciuitatis.

Ois vo reliquus exercitꝰ ad aquilonē aciē di
rigebat: ita vt nouiſſimi multitudinis occiden
talem plagā vrbis attingerent: Abijt ergo io/
ſue nocte illa. et ſtetit in vallis medio. Quod
cū vidiſſet rex hay feſtinauit mane: et egreſſus
eſt cū oī exercitu ciuitati: direxitqꝫ aciē ꝯtra
deſertum: ignorans q̄ poſt tergum laterēt in/
ſidie. Joſue vo et oīs iſrl' ceſſerunt loco: ſimu
lantes metū ⁊ fugiētes ꝑ ſolitudinis viam. At
illi vociferātes ꝑiter ſe mutuo cōhortātes: pſe/
cuti ſunt eos. Cūqꝫ receſſiſſent a ciuitate. ⁊ ne
vnꝰ quidē in vrbe hay ⁊ bethel remanſiſſet qui
nō pſequeret̄ iſrael: ſicut erūpant aperta oppi/
da relinquentes: dixit dominꝰ ad ioſue. Leua
clypeū q̄ in māu tua ē ꝯ̄ vrbē hay: qm̄ tibi tra
dam eā. Cūqꝫ eleuaſſet clypeū ex aduerſo ciui
tatis: inſidie que latebāt: ſurrexerūt ꝯfeſtim et
pergētes ad ciuitatē ceperūt. ⁊ ſuccēderūt eā.
Viri aūt ciuitatis q̄ pſequebāt̄ ioſue: reſpiciē/
tes ⁊ vidētes fumū vrbis ad celū vſqꝫ ꝯſcen
dere: nō potuerūt vltra huc illucqꝫ diffugere.
p̄ſertim cū hi qui ſimulauerāt fugam. ⁊ tende/
bant ad ſolitudinē: ꝯtra pſequētes fortiſſime
reſtitiſſent. Vidēſqꝫ ioſue ⁊ oīs iſrael q̄ capta
eſſet ciuitas ⁊ fumus vrbis aſcenderet: reuer/
ſus ꝑcuſſit viros hay. Siquidē ⁊ illi q̄ ceperāt
⁊ ſuccēderāt ciuitatē egreſſi ex vrbe ꝯtra ſuos
medios hoſtiū ferire ceperūt. Cū ergo ex vtra
qꝫ ꝑte aduerſarij ciderēt: ita vt nullꝰ de tanta
multitudine ſaluaret̄: regē q̄qꝫ vrbis hay app̄/
henderūt viuentē. ⁊ obtulerūt ioſue. Igit om
nibꝰ interfectis q̄ iſrahelē ad deſerta tendentes
fuerāt pſecuti. ⁊ in eodē loco gladio corruenti
bus: reuerſi filij iſrl' percuſſerūt ciuitatē. Erāt
aūt q̄ in eodē die ceciderāt a viro vſqꝫ ad mu/
lierem: duodecim milia hoīuꝫ oēs vrbes hay.
Joſue vero nō ꝯtraxit manū quaꝫ in ſublime
porrexerat tenēs clypeū: donec interficerentur
oēs habitatores hay. Jumēta aūt ⁊ predā ciui
tatis diuiſerūt ſibi filij iſrael: ſicut p̄ceꝑat domi
nus ioſue. Qui ſuccendit vrbē. ⁊ fecit eam tu/
mulū ſempiternū. Regē quoqꝫ eiꝰ ſuſpēdit in
patibulo vſqꝫ ad veſperā ⁊ ſolis occaſū: precē/
pitqꝫ ioſue ⁊ depoſuerūt cadauer eius de cruce
ꝓiecerūtqꝫ in ipſo introitu ciuitatis: cōgeſto ſu
ꝑ eo magno aceruo lapidū q̄ ꝑmanet vſqꝫ in
pſentē diē. Tūc edificauit ioſue altare domino
deo iſrael in mōte hebal: ſicut p̄ceꝑat moyſes
famulꝰ dñi filijs iſrl'. ⁊ ſcriptū ē in volumine le
gis moyſi: altare de lapidibꝰ impolitis q̄s fer/
rū nō tetigit. ⁊ obtulit ſuꝑ eo holocauſtū dño:
immolauitqꝫ pacificas victimas. Et ſcripſit ſuꝑ

lapides deuteronomij legis moyſi: quod ille
digeſſerat corā filijs iſrahel. Oīs autem popu
lus ⁊ oēs maiores natu: duceſq; ac iudices ſta
bant ex vtraq; parte arche in conſpectu ſacer
dotum qui portabāt archam federis domini vt
aduena ita ⁊ indigena. Media pars eoꝝ iuxta
montē garizim. ⁊ media iuxta montē hebal: ſi
cut preceperat moyſes famulꝰ dñi. Et primū qui
dē benedixit pplo iſrl': poſt hoc legit oīa verba
bñdictiōis ⁊ maledictiōis. ⁊ cūcta q̄ ſcripta fue
rant in legis volumine. Nihil ex his que moy
ſes iuſſerat reliq̄t intactū: ſed vniuerſa replica
uit corā oī multitudine iſrl' mulierib' ac puulis
⁊ aduenis q̄ inter eos morabāt. IX

Quibus auditis: cūcti reges trāſiordanē q̄ verſabant in montanis ⁊ cāpeſtri
bus: in maritimis ac littore magni ma
ris: hi quoq; q̄ habitabāt iuxta libanū: ethe' et
ammorreus: chananeꝰ: phereſeus: ⁊ eueꝰ ⁊ ie
buſeus cōgregati ſūt pariter: vt pugnarēt ꝯtra
ioſue ⁊ iſrael vno aīo eadēq; ſentētia. At hi q̄
habitabāt in gabaon: audiētes cuncta que fe
cerat ioſue hiericho ⁊ hay: callide cogitantes tu
lerunt ſibi cibaria: ſaccos veteres aſinis impo
nētes: ⁊ vtres vinarios ſciſſos atq; conſutos:
calciamētaq; perantiqua que ad indiciū vetu
ſtatis pitacijs cōſuta erāt induti veterib' veſti
mētis: panes quoq; quos portabāt ob viaticū
duri erāt ⁊ in fruſtra cōminuti. Perrexeruntq;
ad ioſue q̄ tūc morabat in caſtris galgale: ⁊ di
xerūt ei atq; fil' oī iſraeli. De terra longinq̄ ve
nimus: pacē vobiſcū facere cupiētes. Rūde
rūtq; filij iſrael ad eos: atq; dixerūt. Ne forte
in terra que nobis ſorte debet habitetis ⁊ non
poſſim' fed' inire vobiſcū. At illi ad ioſue ſer
ui inquiūt tui ſumus. Quibus ioſue ait: Qui
nam eſtis vos: aut vnde veniſtis? Rūderunt
de terra longinqua valde venerunt ſerui tui in
noīe domini dei tui. Audiuim' eni famam po
tentie eius: cūcta q̄ fecit in egypto ⁊ duob' regi
bus āmorreoꝝ trāſiordanē: ſeon regi eſebon
⁊ og regi baſan qui erāt in aſtaroth: dixerūtq;
nobis ſeniores ⁊ oēs habitatores terre noſtre.
Tollite in manib' veſtris cibaria ob longiſſi
mā viā. ⁊ occurrite eis ⁊ dicite: Serui veſtri ſu
mus: fedus inite nobiſcum. En panes quādo
egreſſi ſum' de domibus nrīs vt veniremꝰ ad
vos: calidos ſūpſimus: nūc ſicci facti ſūt. et ve
tuſtate nimia cōminuti. Vtres vini nouos im
pleuimus nūc rupti ſunt ⁊ ſoluti. Veſtes ⁊ cal
ciamenta quibus induimur ⁊ q̄ habemus i pe
dibus ob longitudinē lōgioris vie trita ſunt ⁊

pene cōſumpta. Suſceperūt igitur de cibarijs
eorū: ⁊ os dñi nō interrogauerūt. Feciq; io
ſue cū eis pacē. ⁊ inito federe pollicitus ē vt nō
occiderent. Principes quoq; mltitudinis iu
rauerūt eis. Poſt dies aūt tres initi federis: au
dierūt q̄ in vicino habitarēt ⁊ inter eos futuri
eēnt. Mouerūtq; caſtra filij iſrl' ⁊ venerunt in
ciuitates eoꝝ die tertio: quaꝝ hec vocabula ſūt
gabaon et caphira et beroth et cariathiarim.
Et non percuſſerunt eos eo quod iuraſſent eis
principes multitudinis in noīe dñi dei iſrael.
Murmurauit itaq; oē vulgus ꝯtra principes
iſrael. Qui rūderūt eis. Jurauim' eis in noīe
dñi dei iſrael. ⁊ iccirco nō poſſum' eos ꝯtinge
re. Sed hoc faciem' eis. Reſeruent quidē vt vi
uāt ne ꝯtra nos ira dñi ꝯcitet. ſi peierauerim'
ſed ſic viuāt: vt in vſus vniuerſe multitudinis
ligna cedāt. aquaſq; cōportēt. Quibus hec lo
quētibus vocauit gabaonitas ioſue. ⁊ dixit eis
Cur nos decipere fraude voluiſtis. vt dicere
tis procul valde habitamus a vobis: cū i medio
noſtri ſitis. Jtaq; ſub maledictiōe eritis. ⁊ non
deficiet de ſtirpe vrā ligna cedens. aquaſq; cō
portans in domū dei mei. Qui rūderūt. Nun
ciatū ē nobis ſeruis tuis q̄ pmiſiſſet dñs deus
tuus moyſi ſeruo ſuo: vt traderet vobis omnē
terrā. ⁊ diſperderet cunctos habitatores eius.
Timuim' igit valde. ⁊ prouidim' aīab' noſtris
veſtro terrore cōpulſi. ⁊ hoc conſiliū iniuimus
Nūc aūt in manu tua ſum': qd' tibi bonū ⁊ re
ctum videt. fac nobis. Fecit ergo ioſue vt dixe
rat. ⁊ liberauit eos de manu filioꝝ iſrael vt nō
occiderent. Decreuitq; in illo die eos eē in mi
niſterio cuncti populi ⁊ altaris dñi. cedentes li
gna ⁊ aquas cōportātes: vſq; in pñs tempus ī
loco quē dñs elegiſſet. X

Que cū audiſſet adoniſedech rex hirlm q̄ ſ. cepiſſet ioſue hay ⁊ ſubuertiſſet eā
ſicut enim fecerat hiericho ⁊ regi eius
ſic fecit hay ⁊ regi illius. ⁊ q̄ tranſfugiſſet ga
baonite ad iſrael. ⁊ eſſent federati eorū. timuit
valde. Vrbs enim magna erat gabaon ⁊ vna
ciuitatum regalium: ⁊ maior oppido hay oēſq;
bellatores eius fortiſſimi. Miſit ergo adonide
ſech rex hirlm ad oham regē hebron ⁊ ad pha
rā regem hierimoth: ad iaphie q̄q; regē lachis ⁊
ad dabir regem eglon. dicens: Ad me aſcen
dite ⁊ ferte preſidium vt expugnemus gabaon
quare tranſfugerit ad ioſue ⁊ ad filios iſrahel.
Cōgregati igit' aſcenderunt quinq; reges āmor
reorū: rex irlm rex hebron: rex hierimoth: rex
lachis: rex eglon. ſil' cum exercitibus ſuis: ⁊ ca

ſtrametati ſunt circa gabaon oppugnãtes eam.
Habitatores aũt gabaon vrbis obſeſſe. miſe/
runt ad ioſue q tunc morabať in caſtris apd gal
galam. ⁊ dixerunt ei. Ne retrahas manus tuas
ab auxilio ſeruorum tuoꝝ. Aſcende cito ⁊ libe/
ra nos: ferq; ꝑſidium. Conuenerunt .n. aduer/
ſuʒ nos oẽs reges amorreorũ qui habitãt i mõ/
tanis. Aſcenditq; ioſue de galgalis. ⁊ oĩs exer
citus bellatorum cuʒ eo viri fortiſſimi. Dixitq;
dñs ad ioſue. Ne timeas eos. In manus enim
tuas tradidi illos. Nullus eum ex eis tibi reſi
ſtere poterit. Irruit itaq; ioſue ſuper eos repẽ
te tota nocte aſcendens de galgalis. Et contur/
bauit eos dñs a facie iſrael: ꝯtriuitq; plaga ma
gna in gabaon: ac perſecutus ẽ eos ꝑ viã aſcen
ſus bethoron. ⁊ percuſſit vſq; azecha ⁊ maceda
Cumq; fugerent filios iſrael. ⁊ eſſent in deſcenſu
bethoron. dñs miſit ſuper eos lapides magnos
de celo vſq; ad azecha. Et mortui ſũt multo plu
res lapidibus grandinis: q̃ quos gladio per/
cuſſerant filij iſrael. Tunc locutus eſt ioſue do
mino i die qua tradidit amorreũ in conſpectu fi
lioꝝ iſrael. dixitq; coram eis. Sol ꝯtra gabaon
ne mouearis: ⁊ luna ꝯ vallẽ haylon. Steterunt
q; ſol ⁊ luna donec vlciſcereť ſe gẽs de inimicis
ſuis. Nõne ſcriptum eſt hoc i libro iuſtoꝝ. Ste
tit itaq; ſol in medio celi: ⁊ nõ feſtinauit occum/
bere ſpatio vnius diei. Non fuit ante ⁊ poſtea
tam longa dies obediente dño voci hoĩs ⁊ pu/
gnante ꝓ iſrael. Reuerſuſq; eſt ioſue cũ omni
iſrl' in caſtra galgale. Fugerãt enĩ quinq; reges:
⁊ ſe abſcõderant i ſpeluncã vrbis maceda. Nũ
ciatũq; eſt ioſue q inuenti eſſent quinq; reges: la
tentes in ſpelũca vrbis maceda: qui precepit ſo
cijs. ⁊ ait. Voluite ſaxa ingentia ad os ſpelun
ce. ⁊ ponite viros induſtrios q clauſos cuſtodi
ant. Vos aũt nolite ſtare: ſed ꝑſequimini hoſtes
⁊ extremos quoſq; fugientiũ cedite. Ne dimit
tatis eos vrbiũ ſuarũ intrare ꝑſidia: quos tradi
dit dñs deus in manꝰ vr̃as. Ceſis ergo aduer
ſarijs plaga magna. ⁊ vſq; ad internitionẽ pene
ꝯſumptis: hi qui iſrael effugere potuerũt: ingreſ
ſi ſũt ciuitates munitas. Reuerſuſq; ẽ oĩs exer
citus ad ioſue in maceda vbi tunc erant caſtra.
ſani ⁊ integro numero. Nulluſq; ꝯtra filios iſ
rael mutire auſus eſt. Precepitq; ioſue dicens
Aperite os ſpelunce. ⁊ ꝓducite ad me quinq;
reges q in ea latitant. Feceruntq; miniſtri vt ſi/
bi fuerat imperatũ: ⁊ adduxerũt ad eũ quinq;
reges de ſpelunca: regẽ irlm. regẽ hebron. re/
gẽ hierimoth. regẽ lachis. regẽ eglon. Cumq;
educti eſſent ad eũ: vocauit omnes viros iſrael

⁊ ait ad ꝓncipes exercitus q ſecum erant. Ite ⁊
ponite pedes ſuper colla regum iſtoꝝ. Qui cũ
perrexiſſent ⁊ ſubiectoꝝ colla pedibus calcarẽt
rurſũ ait ad eos. Nolite timere nec paueatis: cõ
fortamini ⁊ eſtote robuſti. Sic enim faciet dñs
cũctis hoſtibus veſtris aduerſũ quos dimicabi
tis. Percuſſitq; ioſue ⁊ interfecit eos: atq; ſu/
ſpendit ſuper quinq; ſtipites: fuerũtq; ſuſpẽſi vſ
q; ad veſpeꝝ. Cumq; occũberet ſol. ꝑcepit ſocijs
vt deponerent eos de patibulis: qui depoſitos
ꝓiecerũt in ſpeluncã in qua latuerant. ⁊ poſue
rũt ſuper os eiꝰ ſaxa ingẽtia q̄ ꝑmanẽt vſq; in
pñs. Eodẽ die macedã q; cepit ioſue. ⁊ ꝑcuſſit
in ore gladij: regẽq; illiꝰ interfecit. ⁊ oẽs habi/
tatores eiꝰ. Nõ dimiſit in ea ſaltẽ ꝑuas reliqui
as. Fecitq; regi maceda ſicut fecerat regi hieri
cho. Tranſiuit aũt cũ omni iſrael de maceda in
lebna ⁊ pugnabat ꝯtra eã: quã tradidit dñs cũ
rege ſuo in manu iſrael. Percuſſeruntq; vrbeʒ
in ore gladij ⁊ oẽs habitatores eiꝰ. Nõ dimiſe
rũt in ea vllas reliquias. Feceruntq; regi lebna
ſicut fecerant regi hiericho. De lebna tranſiuit
in lachis cũ oĩ iſrael. ⁊ exercitu ꝑ gyrũ diſpoſi/
to oppugnabat eã: tradiditq; dñs lachis i ma/
nus filioꝝ iſrahel. ⁊ cepit eã die altero: atq; per
cuſſit in ore gladij oẽm aĩam que fuerat in ea ſi
cut fecerat lebna. Eo tpe aſcendit hiram rex ga
zer vt auxiliareť lachis. quẽ ꝑcuſſit ioſue cũ om
ni populo eiꝰ vſq; ad internitionẽ. Trãſiuitq;
de lachis in eglon. ⁊ circũdedit atq; expugna/
uit eã eadẽ die: ꝑcuſſitq; in ore gladij oẽs aĩas
que erãt in ea. iuxta oĩa q̄ fecerat lachis. Aſcen
dit q; cũ oĩ iſrael de eglon in hebron. ⁊ pugna/
uit contra eam: cepitq; ⁊ percuſſit in ore gladij
regẽ q; eiꝰ. ⁊ oĩa oppida regionis illiꝰ vniuer/
ſaſq; aĩas q̄ in ea fuerãt cõmorate. Nõ reliquit
in ea vllas reliquias. Sicut fecerat eglon. ſic fe
cit ⁊ hebron: cũcta q̄ in ea repperit ꝯſumẽs gla
dio. Inde reuerſus in dabir. cepit eã atq; va/
ſtauit. regẽ q; eiꝰ atq; oĩa ꝑ circuitũ oppida ꝑ/
cuſſit in ore gladij. Nõ dimiſit in ea vllas reli/
quias. Sicut fecerat hebron ⁊ lebna ⁊ regibus
eaꝝ. ſic fecit ⁊ dabir ⁊ regi illiꝰ. Percuſſit ita/
q; ioſue oẽm terrã montanã ⁊ meridianã atq;
cãpeſtrẽ. ⁊ aſeroth cũ regibꝰ ſuis. Nõ dimiſit i
ea vllas reliqas. ſed oẽ qđ ſpirare poterat inter
fecit: ſicut ꝑceꝑat ei dñs deus iſrl'. a cadeſbarne
vſq; gazam. Omnẽ terram goſen vſq; gabaon
vniuerſoſq; reges ⁊ regiões eoꝝ vno impetu
cepit atq; vaſtauit. Dñs enĩ deꝰ iſrael pugna/
uit ꝓ eo. Reuerſuſq; eſt cũ oĩ iſrael ad locũ ca/
ſtroꝝ in galgala.

Q Ve cum audiſſet iabin rex aſor: miſit
ad iobab regē madan τ ad regē ſeme-
ron atqꝫ ad regē acſaph: ad reges quo-
qꝫ aglonis q habitabāt in montanis τ in pla-
nicie cōtra meridiē ceneroth: in campeſtribus
quoqꝫ et regiōibus dor iuxta mare: chananeū
q̄qꝫ ab oriēte τ occidēte. τ āmoreū atqꝫ etheū
ac phereſeū τ iebuſeū in mōtanis: eueū quoqꝫ
q habitabat ad radices hermō in terra maſpha
Egreſſiqꝫ ſūt oēs cū turmis ſuis: populꝰ mul-
tus nimis ſicut harena q̄ ē in litore maris: eq-
q̄ꝫ τ currus imenſe multitudinis. Cōuenerūt-
qꝫ oēs reges iſti in vnū ad aq̄s meron vt pu-
gnarēt ꝯ iſrael. Dixitqꝫ dn̄s ad ioſue. Ne ti-
meas eos. Cras eni hac eadē hora ego tradā
oēs iſtos vulnerādos i ꝯſpectu iſrael. Equos
eoꝝ ſubneruabis: τ currꝰ igne ꝯbures. Venit-
qꝫ ioſue τ ois exercitus cū eo aduerſus illos ad
aquas meron ſubito. τ irruerūt ſuper eos. tra-
diditqꝫ illos dn̄s in manꝰ iſrael. Qui percuſſe-
rūt eos τ perſecuti ſūt vſqꝫ ad ſidonē magnam
τ aquas maſſerephot: campūqꝫ maſphe qui eſt
ad orientalē illius partē. Itaqꝫ ꝑcuſſit oēs vt
nullas dimitteret ex eis reliqas. Fecitqꝫ ſicut
p̄ceperat ei dn̄s. Equos eoꝝ ſubneruauit: currꝰ-
qꝫ cōbuſſit. Reuerſuſqꝫ ſtatim cepit aſor. τ re-
gem eius ꝑcuſſit gladio. Aſor eni antiquitꝰ int'
oia regna hec ꝑncipatū tenebat. Percuſſitqꝫ
oēs aias q̄ ibidē morabant'. Nō dimiſit in ea
vllas reliqas: ſꝫ vſqꝫ ad internitionē vniuerſa
vaſtauit: ipſamqꝫ vrbē ꝑcremit incēdio. τ oēs
ꝑ circuitū ciuitates. Reges q̄ꝫ earū cepit: per-
cuſſit atqꝫ deleuit: ſicut p̄ceperat ei moyſes fa-
mulus dn̄i. Abſqꝫ vrbibꝰ q̄ erāt in collibus τ i
tumulis ſite: ceteras ſuccēdit iſrael: vnā tm̄ aſor
munitiſſimā flāma conſumpſit. Omnēqꝫ p̄dā
iſtarū vrbiū ac iumenta diuiſerūt ſibi filij iſrael
cūctis hoībus interfectis. Sicut p̄ceperat domi-
nꝰ moyſi ſeruo ſuo: ita p̄cepit moyſes ioſue. τ il-
le vniuerſa cōpleuit. Non p̄teriit de vniuerſis
mādatis: nec vnū quidē verbū qd̄ iuſſerat dn̄s
moyſi. Cepit itaqꝫ ioſue omnē terrā montanā
et meridianā: terrāqꝫ goſen et planitiem et oc-
cidentalem plagā. montēqꝫ iſrael et cāpeſtria
eiꝰ et partē montis q̄ aſcendit ſeyr vſqꝫ baalgath
ꝑ planitiē libani ſubter montē hermon: oēs re-
ges eoꝝ cepit. percuſſit et occidit. Multo tēpo-
re pugnauit ioſue contra reges iſtos. Non fuit
ciuitas que ſe nō traderet filijs iſrael: p̄ter eue-
um q habitabat in gabaon. Oēs eni bellando
cepit. Dn̄i eni ſentētia fuerat vt indurarēt cor-
da eoꝝ et pugnarēt ꝯtra iſrael et caderēt et nō
mererent' vllā clementiā: ac perirent ſicut p̄cepat
dn̄s moyſi. In tempore illo venit ioſue et inter-
fecit enachim de montanis hebron et dabir et
anab et de oi monte iuda et iſrael. vrbēſqꝫ eoꝝ
deleuit. Nō reliqt vllū de ſtirpe enachim in ter-
ra filioꝝ iſrael abſqꝫ ciuitatibus gaza et geth et
azoto. in qbꝰ ſolū relicti ſūt. Cepit ḡ ioſue oēm
terrā. ſicut locutꝰ ē dn̄s ad moyſen. et tradidit
eā in poſſeſſionē filijs iſrael ꝑm ptes et tribꝰ ſu-
as. quieuitqꝫ terra a p̄lijs. XII

H I ſūt reges quos percuſſerūt filij iſra-
el et poſſederūt terrā eoꝝ trās iordanē
ad ſolis ortū. a torrente arnon vſqꝫ ad
montem hermon. et omnē orientalē plagā que
reſpicit ſolitudinem. Seon rex āmoreoꝝ q ha-
bitabat in eſebon. dn̄atus ē ab aroer q̄ ſita ē ſu-
per ripam torrentis arnon. et medie ptis i val-
le. dimidieqꝫ galaad vſqꝫ ad torrentē ieboc qui
ē terminus filioꝝ āmon. τ a ſolitudine vſqꝫ ad
mare ceneroth ꝯtra orientem. et vſqꝫ ad mare
deſerti qd̄ ē mare ſalſiſſimū. ad orientalē plagā
per viā q̄ ducit bethſimoth. et ab auſtrali parte
que ſubiacet aſeroth vſqꝫ phaſga. terminus og
regis baſan. de reliquijs raphaim qui habita-
uit in aſtaroth et in edrai. τ dn̄atus ē in monte
hermon et in ſalecha atqꝫ in vniuerſa baſan vſ-
qꝫ ad terminos geſſuri et machati et dimidie p-
tis galaad ad t'minos ſeon regis eſebon. Moy-
ſes famulus dn̄i τ filij iſrael ꝑcuſſerūt eos. tra-
diditqꝫ terrā eoꝝ moyſes in poſſeſſionē ruben-
nitis et gadditis. et dimidie tribui manaſſe. Hi
ſunt reges terre quos ꝑcuſſit ioſue et filij iſrael
trās iordanē ad occidētalē plagā a baalgad in
cāpo libani vſqꝫ ad montem libani: cuius pars
aſcendit in ſeyr. Tradiditqꝫ eā ioſue i poſſeſſi-
onem tribubus iſrael. ſingulis partes ſuas. tā
in mōtanis q̄ꝫ in planis atqꝫ campeſtribꝰ. In
aſeroth et in ſolitudine ac in meridie. etheꝰ fuit
et āmoreus. chananeus et phereſeus. eueus
et iebuſeus. Rex hiericho vnus. Rex hay que
eſt ex latere bethel vnus. Rex ir'lm vnꝰ. Rex
hebron vnus. Rex hierimoth vnus. Rex la-
chis vnus. Rex eglon vnus. Rex gazer vnꝰ
Rex dabir vnus. Rex gader vnus. Rex her-
ma vnus. Rex hereth vnus. Rex lebna vnꝰ
Rex odallam vnus. Rex maceda vnus. Rex
bethel vnꝰ. Rex taphana vnꝰ. Rex ofer vnꝰ
Rex affec vnus. Rex ſaron vnus. Rex ma-
dan vnꝰ. Rex aſor vnꝰ. Rex ſameron vnus.
Rex acſaph vnꝰ. Rex ienach vnus. Rex ma-
geddo vnus. Rex cedes vnus. Rex iachanen
carmeli vnus. Rex dor et prouincie dor vnus.

Rex gentiū galgal vnus. Rex therſa vnus.
Omnes reges triginta vnus. XIII

IOſue ſenex ꝓceſſeqꝫ etatis erit ⁊ dixit
dominꝰ ad eū. Senuiſti ⁊ lōgeuꝰ es:
terraqꝫ latiſſima derelicta ē: que necdū
ſorte diuiſa ē: oīs videlicet galilea philiſtijm et
vniuerſa geſſuri: a fluuio turbido qui irrigat
egyptum vſqꝫ ad terminos accaron cōtra aq/
lonē: terra chanaan que in quinqꝫ regulos phi
liſtijm diuidit: gaçeos ⁊ açotios aſcalonitas ge
theos ⁊ accaronitas. Ad meridiem vero ſunt
euei: omnis terra chanaan. ⁊ maara ſidonioꝝ
vſqꝫ afeca ⁊ terminos ammorei eiuſqꝫ cōfinia
libani quoqꝫ regio contra orientem abaalgad
ſub monte hermon donec ingrediaris emath
Omniū qui habitabāt in monte a libano vſqꝫ
ad aq̄s maſſerephot vniuerſiqꝫ ſidonij. Ego
ſum qui delebo eos a facie filiorum iſrael. Ve
niant ergo in partem hereditatis iſrael: ſicut p̄
cepi tibi ⁊ nunc diuide terram in poſſeſſionem
nouē tribubꝰ ⁊ dimidie tribui manaſſe. cum q̄
ruben ⁊ gad poſſiderunt terrā quā tradidit eis
moyſes famulus dn̄i trans fluenta iordanis ad
orientalē plagā ab aroer que ſita ē in ripa torrē
tis arnon ⁊ in vallis medio vniuerſaqꝫ campe
ſtria medaba vſqꝫ dibon. ⁊ cūctas ciuitates ſeō
regis amorrei q regnauit in eſebon vſqꝫ ad ter
minos filioꝝ āmō ⁊ galaad: ac terminū geſſuri
⁊ machati. ⁊ oēm montē hermon ⁊ vniuerſaꝫ
baſan vſqꝫ ſalecha: oē regnū og in baſan q re/
gnauit in aſtaroth ⁊ edrai ipſe fuit de reliquijs
raphaim: percuſſitqꝫ eos moyſes atqꝫ deleuit.
Noluerūtqꝫ diſꝑdere filij iſrl' geſſuri ⁊ macha
ti ⁊ habitauerūt in medio iſrl' vſqꝫ in p̄ſentē diē
Tribui aūt leui nō dedit poſſeſſionē: ſꝫ ſacriſi/
cia et victime dn̄i dei iſrael: ipſa ē eius heredi/
tas ſicut locutꝰ ē illi. Dedit ergo moyſes poſſeſ
ſionē tribui filioꝝ ruben iuxta cognatiōes ſuas
Fuitqꝫ terminꝰ eoꝝ ab aroer q̄ ſita eſt in ripa
torrentis arnon ⁊ in valle eiuſdē torrentis me/
dia. vniuerſam planiciēqꝫ ducit medaba. ⁊ eſe
bon cūctoſqꝫ viculos earū q ſūt in cāpeſtribus
dibon. quoqꝫ ⁊ abamothbaal ⁊ oppidum ba/
almaon. et geſſa et cedimoth et mephet et cari/
athaim ⁊ ſabania et ſarathaſar: in monte cōual
lis bethphogor et aſeroth phaſga et bethaiſi/
moth oēs vrbes cāpeſtres vniuerſaqꝫ regna
ſeon regis āmorrei q regnauit in eſebon quē p
cuſſit moyſes cū ꝑncipibꝰ madian: eueū et re/
cen et ſur et vr et rebee duces ſeon habitatores
terre. et balaam filiū beor ariolū occiderūt filij
iſrael gladio cuꝫ ceteris interfectis: factuſqꝫ eſt
terminꝰ filioꝝ ruben iordanis fluuius. Hec ē
poſſeſſio rubenitaꝝ p cognationes ſuas vrbiū
⁊ viculoꝝ. Deditqꝫ moyſes tribui gad et filijs
eiꝰ per cognationes ſuas poſſeſſionē: cuiꝰ hec
diuiſio ē. Terminꝰ gaçer ⁊ oēs ciuitates gala/
ad. ⁊ dimidiā ꝑtem terre filioꝝ āmon vſqꝫ ad
aroer que ē ꝯtra rabba: ⁊ ab eſebon vſqꝫ ra/
moth: maſphe ⁊ bethanim. ⁊ a manaim vſqꝫ
ad terminos dabir. In valle q̄qꝫ betharan et
bethnemra ⁊ ſoccoth ⁊ ſaphon reliquā partem
regni ſeon regis eſebon. Huiꝰ quoqꝫ finis ior
danis ē vſqꝫ ad extremā partē maris ceneretb.
trans iordanē ad orientalē plagā: Hec eſt poſ
ſeſſio filiorum gad p familias ſuas ⁊ ciuitates ⁊
ville earū. Dedit ⁊ dimidie tribui manaſſe fi/
lijſqꝫ iuxta eiꝰ cognatiōes ſuas poſſeſſionē cuiꝰ
hoc ꝑncipiū ē. A manaim vniuerſam baſan et
cūcta regna og regis baſan: oēſqꝫ vicos iabir
q ſūt in baſan ſexaginta oppida. ⁊ dimidiā ꝑteꝫ
galaad. ⁊ aſtaroth ⁊ edrai vrbes regni og i ba
ſan filijs machir filij manaſſe dimidie parti fi/
lioꝝ machir iuxta cognatiōes ſuas. Hāc poſ/
ſeſſionē diuiſit moyſes in cāpeſtribꝰ moab trāſ
iordanē ꝯ hiericho ad orientalē plagā. Tribui
aūt leui nō dedit poſſeſſionē qm̄ dn̄s deꝰ iſrael
ipſe ē poſſeſſio eiꝰ: vt locutus ē illi. XIIII

HEc ē quod poſſederūt filij iſrael in ter
ra chanaan quā dederūt eis eleaçar ſa/
cerdos ⁊ ioſue filius nun: ⁊ principes
familiaꝝ per tribꝰ iſrael: ſorte oīa diuidētes: ſic
preceperat dn̄s in manu moyſi: nouem tribubꝰ
⁊ dimidie tribui manaſſe. Duabus eni tribu/
bus ⁊ dimidie dederat moyſes trāſ iordanem
poſſeſſionē abſqꝫ leuitis q nihil terre acceperūt
inter frēs ſuos: ſꝫ in eoꝝ ſucceſſerāt locum filij
ioſeph: in duas diuiſi tribꝰ manaſſe ⁊ effraim.
Nec acceperūt leuite aliā in terra partē niſi vr
bes ad habitādū ⁊ ſuburbana eaꝝ ad alēda iu
mēta ⁊ pecora ſua. Sicut p̄cepat dn̄s moyſi ita
fecerūt filij iſrael ⁊ diuiſerūt terrā. Acceſſerunt
itaqꝫ filij iuda ad ioſue in galgada: locutuſqꝫ ē
ad eum caleph filius iephone ceneçeus. Noſti
qd locutꝰ ſit dn̄s ad moyſen hoīeꝫ dei de me et
te i cadeſbarne Quadraginta annoꝝ eram qn̄
miſit me moyſes famulus dn̄i de cadeſbarne
vt ꝯſiderarē trā: nūciauiqꝫ ei qd̄ mihi vex vi/
debat. Frēs āt mei q aſcenderāt mecū diſſolue
rūt cor populi. ⁊ nihilominꝰ ego ſecutꝰ ſū dn̄m
deū meū. Iurauitqꝫ moyſes in die illo dicens
Terra quā calcauit pes tuus erit poſſeſſio tua
⁊ filiorū tuoꝝ in eternū: quia ſecutꝰ es dominū
deū tuū. Cōceſſit ergo dn̄s vitā mihi ſicut pol/

heitiꝰ ē vſqȝ in pſentē diem. Quadraginta ⁊
quinqȝ anni ſūt ex q̄ locutꝰ eſt dn̄s verbum iſtud
ad moyſen qn̄ ambulabat iſrael per ſolitudinē
hodie octoginta quinqȝ annoꝝ ſū ſic valēs vt eo
valebā tpe qn̄ ad explorādū miſſus ſū illiꝰ ĩ me
tēporis fortitudo vſqȝ hodie pſeuerat tā ad bel
landū q̄ȝ ad gradiēdū. Da ergo mihi montem
iſtū quē pollicitꝰ ē dn̄s te q̄ȝ audiēte: in quo ena
chim ſūt ⁊ vrbes magne atqȝ minute: ſi forte
ſit dn̄s mecū ⁊ potuero delere eos ſicut ꝓmiſit
mihi. Bndixitqȝ ei ioſue: ⁊ tradidit ei hebron
in poſſeſſionē: atqȝ ex eo fuit hebron caleph fi/
lio iephone cenezeo vſqȝ in pſentē diē: q2 ſecu
tus ē dn̄m deū iſrl'. Nomē hebron antea voca
bat cariatharbe. Adā maximꝰ ibi inter enachim
ſitus ē. ⁊ terra ceſſauit a p̄lijs. ·XV

i Gitur ſors filioꝝ iuda per cognatio/
nes ſuas iſta fuit: a termino edō vſqȝ
ad deſertū ſyn cōtra meridiē ⁊ vſqȝ ad
extremā partē auſtralis plage. Initiū eiꝰ a ſū/
mitate maris ſalſiſſimi ⁊ a lingua eius que re/
ſpicit meridiē: egrediturqȝ ꝯ aſcenſū ſcorpio/
nis ⁊ ptrāſit in ſyna: aſcēditqȝ in cadeſbarne
⁊ puenit in eſrom: aſcendēs ad darā ⁊ circuiēs
cariathaa: atqȝ inde pertrāſiens in aſemona ⁊
perueniens ad torrentem egypti: eruntqȝ termini
eius mare magnum. Hic erit finis meridiane
plage. Ab oriēte vero erit initiū mare ſalſiſſi
mū vſqȝ ad extrema iordanis: ⁊ ea que reſpi/
ciunt aquilonē: a lingua maris vſqȝ ad eūdē
iordanis fluuiū: aſcēditqȝ terminus in beth/
gla ⁊ tranſit ab aquilone in betharaba: aſcen/
dēs ad lapidē boen filij ruben ⁊ tēdēs vſqȝ ad
terminos debera de valle achor ꝯ aqlonē re/
ſpiciēs galgala q̄ ē ex aduerſo aſcēſionis adom
mim ab auſtrali pte torrentis: tranſitqȝ aquas
q̄ vocāt fons ſolis. ⁊ erūt exitꝰ eius ad fontē ro
gel: aſcēditqȝ per cōuallē filij ennon ex latere ie
buſei ad meridiē hec ē hierlm. ⁊ inde ſe erigēs
ad verticē mōtis q ē ꝯ iehennon ad occidentē
in ſūmitate vallis raphaim cōtra aquilonem:
ptrāſitqȝ a vertice mōtis vſqȝ ad fontem aque
nepthoa ⁊ puenit vſqȝ ad vicos mōtis ephron
inclinaturqȝ i bala q̄ ē in cariathiarim. i. vrbs
ſiluaꝝ: ⁊ circuit de bala ꝯ occidētē vſqȝ ad mō
tem ſeyr: trāſitqȝ iuxta latus montis iarim ad
aqlonē in cheſlon. ⁊ deſcēdit in bethſames trā
ſitqȝ in thāna. ⁊ puenit ꝯ aqlonē ptis accaron
ex latere: inclinaturqȝ ſecrona ⁊ trāſit mōtē ba/
ala puenitqȝ in gebneel: ⁊ magni maris ꝯtra
occidētē fine ꝯcludit. Hi ſūt termini filioꝝ iu
da ꝑ circuitū in cognatiōibꝰ ſuis: Caleph vero
filio iephone dedit partē in medio filioꝝ iuda:
ſicut pceperat ei dn̄s: cariatharbe patris enach
ipſa ē hebron: deleuitqȝ ex ea caleph tres filios
enach: ſeſai ⁊ haymā ⁊ tholmai de ſtirpe enach
atqȝ inde cōſcēdēs venit ad habitatores dabir
que prius vocabatur cariathſepher. id eſt ciui/
tas litterarū. Dixitqȝ caleph. Qui percuſſe/
rit cariathſepher ⁊ cepit eam: dabo ei axam fi/
liam meā vxorē. Cepitqȝ eam othoniel filiꝰ ce/
nez frater caleph iunior: deditqȝ ei axam fi/
liā ſuā vxorē. Que cū pgeret ſimul: ſuaſa eſt a
viro ſuo vt peteret a pre ſuo agrū: ſuſpirauit/
qȝ vt ſedebāt in aſino. Cui caleph: quid habes
inqt: At illa rn̄dit: Da mihi bn̄dictionē. Ter/
rā auſtralē ⁊ arentē dediſti mihi: iūge ⁊ irrigu
um. Dedit itaqȝ ei caleph irriguū ſuperiꝰ ⁊ in
ferius. Hec ē poſſeſſio tribus filioꝝ iuda per
cognatiōes ſuas: erātqȝ ciuitates ab extremis
partibꝰ filioꝝ iuda: iuxta terminos edom a me
ridie: cabſeel ⁊ eder ⁊ iagur et cina ⁊ dimona
et adada et cedes et aſor et ietā ziph et telē et ba
loth aſor noua et carioth eſrom. hec eſt aſor: a/
mam ſame et molada et aſer gadda et aſſemoth
et bethſeleth ⁊ aſerſual et berſabee. et bazio/
thia et abala et humeſem et betholad et exul et
erma et ſiceleth et medemena et ſenſena leba/
oth et ſelim et aben remon: omnes ciuitates
viginti nouē et ville earum. In campeſtribus
vero eſtaol et ſarea et aſena et azone et enganī
et taphua et enaym et hierimoth ⁊ adulā ſocho
et azecha et ſarim et adithaym et gedera et gi/
derothaim: vrbes quattuordecim et ville eaꝝ
Sanan et adaſa et magdalgad delean et maſe/
pha et iecthel lachis et baſchat et eglon tebbon
et leemas et cethis et gideroth et bethdagon et
neama et maceda: ciuitates ſedecim et ville
earum. Labana et ether et aſan iepta et eſna ⁊
neſib et ceyla et achzib et mareſa: ciuitates no/
uem et ville earum. Accaron cū vicis et villu/
lis ſuis. Ab accaron vſqȝ ad mare oīa q̄ vgunt
ad azotū et viculos eiꝰ. Azotꝰ cū vicis et villu/
lis ſuis. Gaza cū vicis et villulis ſuis vſqȝ ad
torrentē egypti et mare magnū terminus eius
et in monte ſamir et iether et ſocchoth et edem
na cariathſenna. Hec eſt dabir: anab et hiſt/
hemo et anym goſen et olon et gylo: ciuitates
vndecim et ville earum. Arab et roma et eſa/
an et ianū et bethaſua et afeca amatha et caria
tharbe. hec eſt hebron et ſior. ciuitates nouem
et ville earum. Maon et chermel et ziph et io
che ieſrahel et iucadam et zanoe accaym gabaa
et thamna: ciuitates decē et ville earū. Alul et

bethſoꝛ ⁊ bicdoꝛ mareth ⁊ bethanob ⁊ belthecē
ciuitates ſex ⁊ ville earum. Cariathbaal. Hec
eſt cariathiarim vꝛbs ſiluarum ⁊ arebba: ciui/
tates due ⁊ ville earum. In deſerto betharaba
meddyn ⁊ ſacha ⁊ nepſan ciuitates ſalis ⁊ en/
gaddi: ciuitates ſex ⁊ ville earum. Fiunt ſimul
centum quindecim. Iebuſeum autem habita/
toꝛem irlm non potuerūt filij iuda delere. habi
tauitꝗ iebuſeꝰ cū filijs iuda in irlm vſqꝫ in pꝛe
ſentem diem. XVI

CEcidit quoqꝫ ſoꝛs filioꝝ ioſeph ab ioꝛ
dane contra hiericho. ⁊ ad aquas eius
ab oriente ſolitudo que aſcendit de hie
richo ad montem bethel. ⁊ egreditur de bethel
luzam. tranſitꝗ terminū archiatharoth. ⁊ de/
ſcendit ad occidētem iuxta terminū ieffeti vſqꝫ
ad terminos bethoꝛon inferioꝛis ⁊ gazer: fini/
unturꝗ regiones eiꝰ mari magno: quas poſſe/
derūt filij ioſeph manaſſes ⁊ effraim. Et factus
eſt terminꝰ filioꝝ effraim per cognationes ſuas
⁊ poſſeſſio eoꝝ contra oꝛientem aſtarot addar
vſqꝫ bethoꝛon ſuperioꝛem: egrediunṫꝗ confi
nia in mare. Machmethath vero aquilonē re
ſpicit. ⁊ circuit terminos cōtra oꝛientē in thana
thſelo: ⁊ ptrāſit a toꝛrente ianoe: deſcēditꝗ de
ianoe in atharoth ⁊ noaratha. ⁊ puenit in hieri
cho. egrediṫꝗ ad ioꝛdanē de taphua. ptranſit
ꝗ ꝯtra mare in vallē harūdineti: ſuntꝗ egreſ
ſus eiꝰ in mare ſalſiſſimū. Hec eſt poſſeſſio tri
buꝰ filioꝝ effraim p familias ſuas: vꝛbeſqꝫ ſepa
te ſūt filijs effraim in medio poſſeſſionis filioꝝ
manaſſe ⁊ ville earum. Et nō interfecerūt filij
effraim chananeū q habitabat in gazer: habita
uitꝗ chananeꝰ in medio effraim vſqꝫ in diem
hanc tributariꝰ. XVII

CEcidit autem ſoꝛs tribui manaſſe: ipſe
enim eſt pꝛimogenitus ioſeph: machir
pꝛimogenito manaſſe patri galaad qui
fuit vir pugnatoꝛ: habuitꝗ poſſeſſionem gala
ad ⁊ baſan. ⁊ reliquis filioꝝ manaſſe iuxta fa/
milias ſuas. filijs abiezer ⁊ filijs helech ⁊ filijs
hesrihel ⁊ filijs ſichen ⁊ filijs epher: ⁊ filijs ſe/
mida. Iſti ſūt filij manaſſe filij ioſeph. mares
per cognationes ſuas. Salphaath vero filio
epher filij galaad filij machir filij manaſſe: nō
erant filij ſed ſole filie. quarū iſta ſunt nomina
maala et noa et egla et melcha et therſa. Vene
rūtꝗ in conſpectu eleazari ſacerdotis et ioſue fi
lij nun et principū dicētes: dñs pꝛecepit per ma
nū moyſi vt dareṫ nobis poſſeſſio in medio fra
trū noſtroꝝ. Deditꝗ eis iuxta iperiū dñi poſ/
ſeſſionē i medio fratrū patris eaꝝ: et ceciderunt
funiculi manaſſe decē abſqꝫ terra galaad ⁊ ba/
ſan trās ioꝛdanē. Filie. n. manaſſe poſſederūt
hereditatē in medio filioꝛum eius terra autē ga
laad cecidit in ſoꝛtem filioꝛuꝫ manaſſe q reliqui
erant. Fuitꝗ terminꝰ manaſſe ab aſer machma
ta q reſpicit ſychem. ⁊ egrediṫ ad dexterā iuxta
habitatoꝛes fontis taphue. Etenim in ſoꝛte ma
naſſe ceciderat terra taphue. q eſt iuxta terminos
manaſſe ⁊ filioꝝ effraim. Deſcenditꝗ terminꝰ
vallis harundineti i meridiē toꝛrentis ciuitatū
effraim: q in medio ſunt vꝛbiū manaſſe. Ter/
minus manaſſe ab aquilone toꝛrentis ⁊ exitus
eius pergit ad mare: ita vt poſſeſſio effraim ſit
ab auſtro ⁊ ab aquilone manaſſe: ⁊ vtrāqꝫ clau
dat mare: ⁊ ꝯiunganṫ ſibi in tribu aſer ab aqui
lone: ⁊ in tribu yſachar ab oꝛiente. Fuitꝗ he/
reditas manaſſe in yſachar ⁊ i aſer. berſan ⁊ vi
culi eius. ⁊ iebblaan cum viculis ſuis. ⁊ habita
toꝛes doꝛ cum oppidis ſuis: habitatoꝛes quoqꝫ
endoꝛ cum viculis ſuis: ſimiliterqꝫ habitatoꝛes
thenach cum viculis ſuis. ⁊ habitatoꝛes maged
do cum viculis ſuis. ⁊ tertia ps vꝛbis nopheth
Nec potuerunt filij manaſſe has ciuitates ſub/
uertere: ſꝫ cepit chananeus habitare in tra ſua.
Poſtꝗ autem ꝯualuerunt filij iſrael. ſubiece/
runt chananeos ⁊ fecerunt ſibi tributarios nec
interfecerunt eos. Locutiꝗ ſunt filij ioſeph ad
ioſue: ⁊ dixerunt. Quare dediſti mihi terraꝫ in
poſſeſſionē ſoꝛtis ⁊ funiculi vnius: cuꝫ ſim tāte
multitudinis ⁊ benedixerit mihi dñs. Ad quos
ioſue ait. Si populus multus es: aſcende in ſil
uā. ⁊ ſuccide tibi ſpatia in tra phereçei ⁊ raphai
qꝛ anguſta eſt tibi poſſeſſio montis effraiꝫ. Cui
reſponderunt filij ioſeph. Non poterimus ad
montana ꝯſcendere: cum ferreis curribus vtā
tur chananei qui habitant in terra campeſtri: in
qua ſite ſunt berſan cuꝫ viculis ſuis. ⁊ iezrahel
mediam poſſidens vallē. Dixitꝗ ioſue ad do/
mum ioſeph ⁊ effraim ⁊ manaſſe pplꝯ multus
es. ⁊ magne foꝛtitudinis non habebis ſoꝛtem
vnam ſed tranſibis ad montem. ⁊ ſuccides tibi
atqꝫ purgabis ad habitādū ſpatia. ⁊ poteris vl
tra pcedere cū ſubuerteris chananeū quē dicis
ferreos hēre currꝰ ⁊ eē foꝛtiſſimū. XVIII.

COngregatiꝗ ſunt omnes filij iſrael in
ſylo. ibiꝗ fixerunt tabernaculum teſti/
monij. ⁊ fuit eis terra ſubiecta. Remā/
ſerat autem filioꝛum iſrael ſeptem tribus q nec
dū acceperant poſſeſſiōes ſuas. Ad quos ioſue ait
Vſqꝫ q̄ marcetis ignauia. ⁊ nō intratis ad poſ/
ſidendā terram quā dñs deꝰ patrū vroꝝ dedit
vobis. Eligite de ſingulis tribubus ternos vi

ros vt mittā eos ⁊ pergāt atqꝫ circueāt terram
⁊ deſcribāt eā iuxta nūerū vniuſcuiuſqꝫ multi/
tudinis referantqꝫ ad me q̄d deſcripſerint. Di
uidite vobis terrā in ſeptē partes. Judas ſit in
terminis ſuis ab auſtrali plaga. ⁊ dom⁹ ioſeph
ab aq̄lone: mediā int̄ hos terrā in ſeptē partes
deſcribite. ⁊ huc venietis ad me vt corā domi/
no deo vr̄o mittā vobis hic ſortē: q2 nō ē inter
vos pars leuitaꝝ: ſꝫ ſacerdotiū dn̄i ē eoꝝ here
ditas. Gad aūt ⁊ ruben ⁊ dimidia tribus ma
naſſe: iā acceperāt poſſeſſiōes ſuas trāſiorda/
nē ad orientalē plagā: quas dedit eis moyſes
famul⁹ dn̄i. Cūqꝫ ſurrexiſſent viri vt pergerēt
ad deſcribendā terrā: p̄cepit eis ioſue dicens:
Circuite terrā ⁊ deſcribite eam: ac reuertimini
ad me vt hic corā dn̄o deo vr̄o in ſylo mittam
vobis ſortē. Itaqꝫ perrexerūt. ⁊ luſtrātes eā in
ſeptē ptes diuiſerūt: ſcribētes in volumine: re
uerſiqꝫ ſunt ad ioſue in caſtra ſylo. Qui miſit
ſortes corā dn̄o in ſylo: diuiſitqꝫ terrā filijs iſrl'
in ſeptē ptes. Et aſcēdit ſors p̄ma filioꝝ benia
min p familias ſuas vt poſſiderent terrā inter
filios iuda ⁊ filios ioſeph. Fuitqꝫ termin⁹ eoꝝ
ꝯtra aq̄lonē a iordane pgēs iuxta lat⁹ hiericho
ſeptētrionalis plage. ⁊ inde ꝯtra occidētem ad
mōtana cōſcēdēs ⁊ pueniēs ad ſolitudinē be/
thauen atqꝫ ptrāſiēs iuxta luzā ad meridiem:
ipſa eſt bethel: deſcēditqꝫ in aſtaroth addar in
montē q ē ad meridiē bethoron inferioris ⁊ in
clinat̄ circuiēs ꝯtra mare ad meridiē montis
q reſpicit bethoron ꝯtra africū. Suntqꝫ exitus
ei⁹ in cariathbaal q̄ vocat̄ ⁊ cariathiarim: vrbē
filiorū iuda. Hec eſt plaga ꝯ mare ad occidētē
A meridie aūt ex parte cariathiarim egreditur
termin⁹ ꝯtra mare. ⁊ puenit vſqꝫ ad fontē aq̄ꝝ
nepthoa. Deſcenditqꝫ in partē montis qui re
ſpicit vallem filiorū ennon ⁊ eſt ꝯ ſeptētriona/
lem plagam in extrema parte vallis raphaim.
Deſcēditqꝫ in iehennon. i. vallis ennon iuxta
latus iebuſei ad auſtrū. ⁊ peruenit ad fontē ro/
gel tranſiens ad aquilonē. ⁊ egrediens ad en/
ſemes. i. fontē ſolis. ⁊ pertranſit vſqꝫ ad tumu
los qui ſūt e regione aſcenſus ad ōmim: deſcē
ditqꝫ habenboem. i. lapidem boem filij ruben
⁊ pertranſit ex latere aquilonis ad campeſtria:
deſcenditqꝫ in planitiē ⁊ p̄tergredit̄ ꝯtra aqui/
lonē bethagla: ſūtqꝫ exitus ei⁹ ꝯtra linguā ma
ris ſalſiſſimi ab aquilone in fine iordanis ad
auſtralē plagā q ē termin⁹ illi⁹ ab oriēte. Hec
ē poſſeſſio filioꝝ beniamin p terminos ſuos i
circuitu ⁊ familias ſuas. Fueruntqꝫ ciuitates ei⁹
hiericho ⁊ bethagla ⁊ vallis caſis betharaba ⁊
ſamaraim ⁊ bethel ⁊ auim ⁊ affara ⁊ affora vil/
la hemona ⁊ offni ⁊ gabee: ciuitates duodecim
⁊ ville earum. Gabaon ⁊ rama ⁊ beroth ⁊ me
ſphe caphara ⁊ amoſa ⁊ recem iarephel ⁊ tha/
rela ⁊ ſela heleph ⁊ iebus que eſt irlm̄. gabaad
⁊ cariath: ciuitates quattuordecim ⁊ ville earū.
Fuerūt oēs ciuitates viginti ſex. Hec ē poſſeſ
ſio filioꝝ beniamin iuxta familias ſuas.

XIX

Et egreſſa ē ſors ſcd̄a filioꝝ
ſymeon p cognationes ſuas: fuitqꝫ he
reditas eoꝝ in medio poſſeſſiōis filioꝝ
iuda: berſabee ⁊ ſabee ⁊ molada ⁊ aſerſua baa/
la ⁊ aſem ⁊ beltholad bethularma et ſiceleeh et
bethmarchaboth ⁊ aſerſua ⁊ bethlepaboth ⁊ ſa
rohem: ciuitates tredecim: ⁊ ville earuꝫ. Aym
⁊ remmon ⁊ athar ⁊ aſan: ciuitates q̄ttuor ⁊ vil/
le eaꝝ. Oēs viculi p circuitū vrbiū iſtarū vſqꝫ
ad balaad berchameth cōtra auſtralē plagam.
Fuerūt oēs ciuitates decē ⁊ ſeptē. Hec ē here
ditas filioꝝ ſymeon iuxta cognationes ſuas in
poſſeſſiōe ⁊ funiculo filioꝝ iuda. q2 maior erat
⁊ iccirco filij ſymeon poſſederūt in medio here
ditatis ei⁹. Ceciditqꝫ ſors tertia filioꝝ zabulon
p cognatiōes ſuas. ⁊ fact⁹ ē termin⁹ poſſeſſiōis
filioꝝ zabulon vſqꝫ ſarith. Aſcēditqꝫ de mare
⁊ medalaa. ⁊ peruenit in debbaſeth vſqꝫ ad tor
rentem qui eſt contra ieconam: ⁊ reuertit̄ de ſa
rith contra orientem in fines ceſeleth tabor. et
egreditur ad daberet: aſcenditqꝫ contra iaſie
⁊ inde pertranſit vſqꝫ ad orientalem plagā ge
thefer ⁊ thacaſin. ⁊ egredit̄ in remmon amphar
⁊ noa. ⁊ circuit ad aquilonem ⁊ nathon. Sunt
qꝫ egreſſus eius vallis ieptahel ⁊ catheth ⁊ naa
lol ⁊ ſemron ⁊ iedaba ⁊ bethlehē. ciuitates du
odecim ⁊ ville earuꝫ. Hec eſt hereditas trib⁹
filiorum zabulon per cognationes ſuas: vrbeſ
⁊ viculi earum. Yſachar egreſſa eſt ſors quar/
ta per cognationes ſuas. Fuitqꝫ eius heredi/
tas iezrahel ⁊ caſaloth ⁊ ſunem ⁊ affraim ⁊ ſe/
non ⁊ naaroth ⁊ rabboth: ⁊ ceſion hacmes et
rameth ⁊ enganni ⁊ henadda ⁊ bethſeſes. ⁊ p
uenit terminus ei⁹ vſqꝫ tabor ⁊ ſeſenna ⁊ beth
ſemes: eruntqꝫ exitus eius iordanis: ciuitates
ſedecim ⁊ ville earum. Hec eſt poſſeſſio filioꝝ
yſachar per cognationes ſuas. vrbes ⁊ viculi
earuꝫ. Ceciditqꝫ ſors quinta tribui filioꝝ aſer
per cognationes ſuas. Fuitqꝫ terminus eorū
alchat et cali et bethen ⁊ axab ⁊ elmeleth ⁊ amma
ad ⁊ meſſal. ⁊ peruenit vſqꝫ ad carmelum ma/
ris et ſyor et labanath: ac reuertitur contra ori/
entem bethdagon: et pertranſit vſqꝫ zabulō et
vallem ieptahel ꝯtra aquilonem in bethemeth

⁊ neiel: egrediturq; ad leuam cabul ⁊ acram ⁊
roob ⁊ amon ⁊ chana vſq; ad ſydonem magnã
reuertiturq; in horma vſq; ad ciuitatem muni/
tiſſimam tyrũ ⁊ vſq; oſam. eruntq; exitus eius
ĩ mare ď funiculo acziba ⁊ amma ⁊ afeg ⁊ roob
ciuitates vigintiduę ⁊ ville earum. Hec eſt poſ
ſeſſio filiorũ aſer per cognationes ſuas: vrbeſ
⁊ viculi earũ. Filiorum neptalim ſexta ſors ce
cidit per familias ſuas. ⁊ cepit terminus de he/
leb ⁊ helon ſannanim. ⁊ adami que eſt neceb ⁊
iebnahel vſq; ad lecum. ⁊ egreſſus eorum vſq;
ad iordanẽ reuertit̃q; terminus contra occidẽ/
tem ⁊ azanoth thabor. atq; inde egredit̃ in vcu
ca. ⁊ pertranſit in zabulon ɔtra meridiem ⁊ in
aſer ɔtra occidentẽ. ⁊ in iuda ad iordanẽ ɔtra
ortũ ſolis: ciuitates munitiſſime. aſſedim ſer ⁊
amathad ⁊ recbath ⁊ cenereth ⁊ edema ⁊ arama
aſor ⁊ cedes ⁊ edrai naſor ⁊ ierõ ⁊ magdihel ho
rẽ ⁊ bethanath ⁊ bethſemes: ciuitates decem ⁊
nouem ⁊ ville earũ. Hec eſt poſſeſſio tribus fi
liorum neptalim per cognatiões ſuas. vrbes et
viculi earũ. Tribui filiorũ dan per familias ſuaſ
egreſſa eſt ſors ſeptima. et fuit terminus poſſeſ
ſiõis eius ſaraa ⁊ heſtaol. et hair ſemes. i. ciui/
tas ſolis: ſelebin et ahialon et iethela helõ ⁊ thẽ
na et acron helcheten iebtõ et baaladiud ⁊ ba/
ne et barach et iethremon atq; hiericon et are/
chon: cũ termino q̃ reſpicit ioppen. et ipſo fine
concluditur. Aſcenderũtq; filij dan et pugna/
uerũt ɔtra leſen. ceperũtq; eã et pcuſſerunt eam
in ore gladij. et poſſederunt ⁊ habitauerũt in ea
vocãtes nomen ei⁹ leſen dan ex noĩe dan pris
ſui. Hec eſt poſſeſſio tribus filiorum dan p co
gnationes ſuas: vrbes et viculi earũ. Cũq; cõ/
pleſſet ſorte diuidere terrã ſingulis per trib⁹ ſu
as dederunt filij iſrl' poſſeſſionẽ ioſue filio nun
in medio ſui iuxta p̃ceptũ dñi: vrbem quam po
ſtulauit thamnathſarba in mõte effraim. Et edi
ficauit ciuitatem: habitauitq; in ea. Hec ſũt poſ
ſeſſiones quas ſorte diuiſerunt eleazar ſacerdoſ
et ioſue filius nun. et principes familiarum ac/
tribuũ filiorũ iſrl' in ſylo. corã dño ad oſtium ta
bernaculi teſtimonij. partitiq; ſũt terra. XX
Et locutus eſt dñs ad ioſue dicens. Lo
quere filijs iſrl'. et dic eis. Separate vr
bes fugitiuorũ de quib⁹ locutus ſũ ad
vos per manũ moyſi: vt confugiat ad eas qui/
cũq; aiam pcuſſerit neſci⁹. et poſſit euadere irã
ɔximi q̃ vltor eſt ſanguinis: cũ ad vnã harũ cõ
fugerit ciuitatũ: ſtabitq; ante portam ciuitatis ⁊
loquet̃ ſenioribus vrbis illi⁹ ea q̃ ſe cõprobent i
nocentem: ſicq; ſuſcipient eum. et dabũt ei locũ
ad habitandũ. Cũq; vltor ſanguinis eũ fuerit
pſecut⁹. nõ tradẽt in man⁹ ei⁹. q2 ignorans per
cuſſit ɔximũ ei⁹: nec ante biduũ triduũue eius
ɔbat̃ inimicus. Et habitabit in ciuitate illa do
nec ſtet ante iudiciũ cauſam reddens facti ſui.
⁊ moriat̃ ſacerdos magn⁹ qui fuerit in illo tpe.
Tũc reuertet̃ homicida. ⁊ ingrediet̃ ciuitatẽ et
domũ ſuã de qua fugerat. Decreuerũtq; cedeſ
in galilea montis neptalim. ⁊ ſychem in mõte
effraim. ⁊ cariatharbe. ipa ẽ hebron in monte
iuda. ⁊ trãs iordanẽ ɔtra orientalẽ plagã hieri
cho ſtatuerũt boſor que ſita ẽ in cãpeſtri ſolitu/
dine de tribu ruben. ⁊ ramoth in galaad de tri
bu gad. ⁊ gaulon in baſan de tribu manaſſe.
He ciuitates conſtitute ſũt cũctis filijs iſrael et
aduenis qui habitabant inter eoſ vt fugeret ad
eas qui aiam neſcius pcuſſiſſet ⁊ nõ moreret̃ i
manu ɔximi. effuſum ſanguinẽ vindicare cu/
pientis: donec ſtaret ante populũ expoſiturus
cauſam ſuã. XXI
Acceſſerũtq; pncipes familiarũ leui ad
eleazarũ ſacerdotẽ ⁊ ioſue filium nun.
⁊ ad duces cognationum per ſingulas
tribus filiorũ iſrael. locutiq; ſunt ad eos in ſylo
terre chanaan. atq; dixerũt. Dominus p̃cepit
p manũ moyſi vt darent̃ nobis vrbes ad habi
tandũ. ⁊ ſuburbana earũ ad alenda iumẽta. De
derũtq; filij iſrael de poſſeſſionib⁹ ſuis iuxta i/
periũ dñi ciuitates ⁊ ſuburbana earũ. Egreſſa
q; eſt ſors in familiam caath filiorũ aaron ſacer
dotis. de tribu iuda ⁊ ſymeon ⁊ beniamin ciui
tates tredecim. ⁊ reliquis filiorũ caath. i. leuitis
qui ſuperfuerant. de tribub⁹ effraim ⁊ dan ⁊ di
midie tribus manaſſe ciuitates decem. Porro
filijs gerſon egreſſa eſt ſors vt acciperẽt de tri
bubus yſachar ⁊ aſer ⁊ neptalim dimidiaq; tri
bu manaſſe in baſan: ciuitates numero tredecĩ
Et filijs merari per cognatiões ſuas de tribu/
bus ruben ⁊ gad ⁊ zabulon: vrbes duodecim.
Dederũtq; filij iſrael leuitis ciuitates ⁊ ſubur
bana earũ. ſicut p̃cepit dñs per manũ moyſi
ſingulis ſorte tribuentes. De tribubus filiorũ
iuda ⁊ ſymeon dedit ioſue ciuitates: quarũ iſta
ſunt nomina: filijs aaron per familias caath le
uitici generis. prima enim ſors illis egreſſa eſt
cariatharbe patris enach. que vocat̃ hebron in
monte iuda. ⁊ ſuburbana ei⁹ p circuitũ. Agroſ
vo ⁊ villas eius dederat caleph filio iephone
ad poſſidendum. Dedit ergo filijs aaron ſacer
dotis hebron confugij ciuitatem ac ſuburbana
eius. ⁊ lobnam cum ſuburbanis ſuis. ⁊ iether
⁊ iſtimon ⁊ helon ⁊ dabir ⁊ ain ⁊ tethan ⁊ beth

ſames cũ ſuburbanis ſuis. ciuitates nouem. de
tribubus vt dictũ eſt duabus. De tribu aũt fi/
lioꝝ beniamin. gabaon ⁊ gabae ⁊ anathot ⁊ al
mon cum ſuburbanis ſuis. ciuitates quattuor.
Omnes ſimul ciuitates filioꝝ aaron ſacerdotũ tre
decim cũ ſuburbanis ſuis. Reliquis vero per
familias filioꝝ caath leuitici generis. hec ẽ da/
ta poſſeſſio. De tribu effraim vrbes confugij.
ſychem cũ ſuburbanis ſuis in mõte effraim. et
gaçer ⁊ iebſam ⁊ bethoron cũ ſuburbanis ſuis
ciuitates ꝗttuor. De tribu qꝫ dan helteco ⁊ ga/
bathon ⁊ baialon et iethrẽmon cũ ſuburbanis
ſuis. ciuitates quattuor. Porro de dimidia tri
bu manaſſe tenach et iethrẽmon cũ ſuburbaniſ
ſuis. ciuitates due. Omnes ciuitates decem. ⁊
ſuburbana earum date ſunt filijs caath inferio
ris gradus. Filij qꝫ gerſon leuitici generĩ de
dit de dimidia tribu manaſſe confugij ciuitateſ
gaulon in baſan et boſram cum ſuburbanis ſu
is: ciuitates duas. Porro de tribu yſachar. ce
ſion et daberetb et iaarmoth et engannim cum
ſuburbanis ſuis: ciuitates quattuor. De tribu
autem aſer. maſan et abdon ⁊ elcath et roob cũ
ſuburbanis ſuis: ciuitates quattuor. De tribu
quoqꝫ neptalim ciuitates confugij. cedes i ga
lilea et amothdor et carthan cum ſuburbanis
ſuis. ciuitates tres. Omnes vrbes familiaruꝫ
gerſon tredecim cum ſuburbanis ſuis. Filijs
aũt merari leuitis inferioris gradus ꝑ famili/
as ſuas. data eſt de tribu çabulon iecnal et car/
tha et damna et naalol: ciuitates quattuor cum
ſuburbanis ſuis. De tribu gad ciuitates cõfu
gij: ramoth in galaad et manaim et eſebon ⁊ ia
çer: ciuitates ꝗttuor cum ſuburbanis ſuis. De
tribu ruben vltra iordanẽ ꝯtra hiericho: ciuita
tes refugij. boſor in ſolitudine miſor et iaçer et
iethſon et maſpha: ciuitates quattuor: cum ſub/
urbanis ſuis. Omnes vrbes filioꝝ merari ꝑ
familias et cognatiões ſuas duodecim. Itaqꝫ
ciuitates vniuerſe leuitarũ in medio poſſeſſio/
nis filioꝝ iſrael. fuerũt ꝗdragintaocto cum ſub
urbanis ſuis. ſingule per familias diſtribute.
Deditqꝫ dñs deꝰ iſrael oẽm terrã quã tradituꝝ/
rũ ſe patribus eoꝝ iurauerat. et poſſederũt illã
atqꝫ habitauerũt i ea. Dataqꝫ ẽ ab eo pax ĩ oẽs
ꝑ circuitũ natiões: nulluſqꝫ eis hoſtiũ reſiſtere
auſus ẽ: ſed cũcti in eoꝝ ditionem redacti ſunt
Ne vnũ qdẽ verbũ qđ illis pſtiturũ ſe eẽ ꝓmi
ſerat. irritũ fuit: ſed rebus expleta ſũt oĩa.

XXII

EO dem tempore vocauit
ioſue rubenitas et gadditas. et dimidi
am tribũ manaſſe. dixitqꝫ ad eoſ. Feci
ſtis oĩa que ꝑcepit vobis moyſes famulus dñi
mihi qꝫ ĩ oibꝰ obediſtis: nec reliquiſtis fratres
veſtros lõgo tpe vſqꝫ in pſentẽ diẽ: cuſtodien
tes iperiũ dñi dei veſtri. Quia igit̃ dedit domi
nus deꝰ veſter fratribꝰ veſtris qetẽ ⁊ pacem ſi
cut pollicitꝰ ẽ. reuertimini ⁊ ite in tabernacula
vr̃a ⁊ in terrã poſſeſſiõis quam tradidit vobis
moyſes famulus dñi trãs iordanẽ: ita dũtaxat
vt cuſtodiatis attẽte ⁊ ope cõpleatis mandatuꝫ
⁊ legẽ quã ꝑcepit vobis moyſes famulus dñi:
vt diligatis dñm deũ veſtrũ. ⁊ ambuletis in oĩ
bus vijs eiꝰ. ⁊ obſeruetis mãdata illiꝰ: adhere
atiſqꝫ ei: ac ſeruiatis in oi corde. ⁊ in oi aia vr̃a
Benedixitqꝫ eis ioſue. ⁊ dimiſit eos. Qui re/
uer ſi ſũt i tabernacula ſua. Dimidie aũt tribui
manaſſe poſſeſſionẽ moyſes dederat in baſan.
⁊ iccirco medie que ſupfuit dedit ioſue ſortẽ int
ceteros fratres ſuos trãs iordanẽ ad occidenta
lẽ eius plagam. Cũqꝫ dimitteret eos in taber/
nacula ſua ⁊ benedixiſſet eis: dixit ad eos. In
multa ſubſtantia atqꝫ diuitijs reuertimini ad ſe
des veſtras cuꝫ argento ⁊ auro: ere ac ferro ⁊
veſte multiplici. Diuidite predã hoſtiũ cum fra
tribꝰ veſtris. Reuerſiqꝫ ſũt ⁊ abierũt filij rubẽ
et filij gad et dimidia tribus manaſſe a filijs iſ
rael. de ſylo q̃ ſita ẽ in chanaan: vt intrarẽt ga
laad terrã poſſeſſionis ſue: quã obtinuerãt iux
imperiũ dñi in manu moyſi. Cumqꝫ veniſſent
ad tumulos iordanis in terrã chanaan: edifica
uerũt iuxta iordanẽ altare infinite magnitudi/
nis. Qđ cũ audiſſent filij iſrael. et ad eos certi
nũcij detuliſſent edificaſſe filios ruben et gad ⁊
dimidie tribus manaſſe altare in terra chana/
an ſup iordanis tumulos ꝯtra filios iſrael. cõ/
uenerũt oẽs in ſylo: vt aſcẽderẽt et dimicarent
ꝯtra eos. Et interim miſerũt ad illos in terrã
galaad phinees filium eleazari ſacerdotis ⁊ de
cẽ ꝑncipes cũ eo ſingulos de ſingulis tribubꝰ.
Qui venerũt ad filios ruben et gad et dimidie
tribus manaſſe in terram galaad: dixerũtqꝫ ad
eos. Hec mandat omnis populus dñi. Que
ẽ iſta trãſgreſſio. Cur reliquiſtis dñm deũ iſrl̃
edificantes altare ſacrilegũ. et a cultu illiꝰ rece/
dẽtes. An parũ vobis ẽ ꝙ peccaſtis i beelphe
gor et vſqꝫ in pſentẽ diẽ macula huiꝰ ſceleris ĩ
vobis permanet. multiqꝫ de populo corruerũt
Et vos hodie reliquiſtis dñm. et cras in vni/
uerſũ iſrael ira eiꝰ deſeuiet. Qꝫ ſi putatis ĩmun
dã eẽ terrã poſſeſſiõis vr̃e: trãſite ad terrã in q̃
tabernaculũ dñi ẽ. et habitate int nos: tñ vt a
dño et a noſtro cõſortio nõ recedatis. edificato
altari preter altare dñi dei nr̃i. Nõne achan fi

lius ʒare p̄terijt mandatū dn̄i. ⁊ ſuper oēm po-
pulū iſrael ira eiꝰ incubuit. Et ille erat vnꝰ ho-
mo atq; vtinā ſolus piſſet in ſcelere ſuo. Rn̄de-
rūtq; filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝰ manaſſe
p̄ncipibꝰ legatiōis iſrael. Fortiſſimus dn̄s deꝰ
ipſe nouit: ⁊ iſrl' ſil' intelliget ſi p̄uaricationis
aīo hoc altare ꝯſtruximꝰ: nō cuſtodiat nos ſed
puniat nos in p̄ſenti. Et ſi ea mēte fecimus vt
holocauſta ⁊ ſacrificiū ⁊ pacificas victimas ſup
eo iponeremus: ipſe querat ⁊ iudicet. ⁊ non ea
magis cogitatiōe atq; tractatu: vt diceremus:
cras dicēt filij vr̄i filijs noſtris. Quid vobis ⁊
dn̄o deo iſrl'? Terminū poſuit dn̄s inter nos ⁊
vos o filij ruben ⁊ filij gad iordanē fluuium: ⁊
idcirco partē nō habetis in dn̄o. ⁊ p hāc occaſi-
onē auertent filij veſtri filios nr̄os a timore do-
mini. Putauimꝰ itaq; melius ⁊ diximus: Ex-
truamꝰ nobis altare: nō in holocauſta neq; ad
victimas offerēdas: ſʒ in teſtimoniū inter nos
⁊ vos. ⁊ ſobolē nr̄am: vtramq; ꝓgeniē vt ſer-
uiamꝰ dn̄o. ⁊ iuris nr̄i ſit offerre ⁊ holocauſta
⁊ victimas ⁊ pacificas hoſtias. ⁊ nequaq; dicant
cras filij vr̄i filijs nr̄is: nō vobis pars in dn̄o.
Viginti ⁊ duas litteras eē apud hebreos: ſyrorū q̄₃ lingua et chaldeorū teſtatur que hebree magna ex parte cōfinis eſt. Nam ⁊ ipſi viginti duo elemēta habent: eodē ſono: ſ₃ diuerſis characteribꝰ. Samaritani etiā pentateuchū moyſi totidē litteris ſcriptitāt: figuris tm̄ ⁊ apicibus diſcrepātes. Certūq₃ eſt eſdram ſcribam legiſq₃ doctorē poſt captā hieroſolymā et inſtaurationem templi ſub zorobabel alias litteras reppeRiſſe: quibus nunc vtimur: cū ad illud vſq₃ tēpus iſdem ſamaritanorū et hebreorū caracteres fuerint. In libro quoq₃ numerorū hec eadē ſupputatio: ſub leuitarū ac ſacerdotū cenſu myſtice oſtendit̄. et nomē domini tetragrammaton in quibuſdā grecis voluminibus vſq₃ hodie antiquis expſſū l̄ris inuenimꝰ. Sed ⁊ pſalmi triceſimuſſextꝰ et cēteſimuſdecimꝰ et cēteſimuſvndecimꝰ: et centeſimuſdecimuſoctauꝰ et centeſimuſquadrageſimuſquartus: q̄q₃ diuerſo ſcribant̄ metro: tamē eiuſdē numeri texunt̄ alphabeto. Et hieremie lamentationes et orō eius: ſalomonis quoq₃ in fine ꝓuerbia: ab eo loco in q̄ ait Mulierē fortē quis inueniet: eiſdē alphabetis vel inciſionibꝰ ſupputant̄. Porro quinq₃ l̄re duplices apud hebreos ſūt: caph: mem: nun. phe. ſade. Aliter eni ſcribūt per has p̄ncipia medietateſq₃ vborū. aliter fines. Unde ⁊ quinq₃ a pleriſq₃ libri duplices eſtimantur: ſamuel: malachim: dabreiamin: eſdras: hieremias cum cinoth. i. lamentationibus ſuis. Quō igit̄ viginti duo elemēta ſūt per q̄ ſcribimus hebraice oē qđ loquimur. et eorū initijs vox humana cōprehendit̄: ita viginti duo volumina ſupputant̄: quibus q̄ſi l̄ris et exordijs in dei doctrina tenera adhuc et lactens viri iuſti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocat̄ breſith: quē nos geneſim dicimꝰ. ſcđs elleſmoth: q exodus appellat̄. tertiꝰ vagecra. i. leuiticꝰ. q̄rtꝰ vagedabar: quē numeros vocamꝰ. quītꝰ elleaddabarim: q deuteronomium p̄notat̄. Hi ſūt quinq₃ libri moyſi q̄s ꝓprie thorat. i. legem appellāt. Scđm ꝓphetarū ordinē faciūt: ⁊ incipiūt ab ieſu filio naue: q apud illos ioſue bennū dicitur. Deinde ſubtexūt ſoptim. i. iudicum librū. et in eūdē cōpingūt ruth: q₂ in diebꝰ iudicū facta eiꝰ narrat̄ hiſtoria. tertiꝰ ſequit̄ ſamuel: quem nos regnorū p̄mū ⁊ ſecūdū dicimus. q̄rtꝰ malachim .i. regū: q tertio ⁊ quarto regnorū volumine cōtinet̄. Meliuſq₃ multo ē malachim. i. regū: q̄₃ malachot. i. regnorū dicere. Non eni multarū gentiū deſcribit regna: ſ₃ vnius iſrahelitici populi q tribubus duodecī cōtinet̄. quītus ē iſaias ſextus hieremias. ſeptimꝰ ezechiel. octauꝰ liber duodecī ꝓphetarū: q apud illos vocat̄ thareaſra. Tertiꝰ ordo: agiographa poſſidet: Et p̄mꝰ liber incipit ab iob. ſcđs a dauid: quē quinq₃ inciſionibus ⁊ vno pſalmorū volumine cōp̄hēdūt tertius ē ſalomon: tres libros habēs: ꝓuerbia q̄ illi parabolas. i. maſloth appellāt. q̄rtꝰ eccleſiaſten. i. coeleth. quītus ē cāticū cāticorū quē titulo ſyraſyrim p̄notāt. ſextus ē daniel. ſeptimꝰ dabreiamin. i. verba dierū qđ ſignificantiꝰ chronicon totius diuine hiſtorie poſſumus appellare: q liber apud nos paralypomenon p̄mus ⁊ ſcđs inſcribit̄. octauus eſdras: q ⁊ ipſe ſilr apud grecos ⁊ latinos in duos libros diuiſus ē. nonus heſter. Atq₃ ita ſiūt pariter veteris legis libri viginti duo. i. moyſi quinq₃ ⁊ ꝓphetarū octo: agiographorū nouē. Quāq₃ nōnulli ruth ⁊ cynoth inter agiographa ſcriptitēt. ⁊ hos libros i ſuo putēt numero ſupputādos: ac ꝑ hoc eē p̄ſce legis libros viginti quattuor: q̄s ſub nūero viginti quattuor ſeniorū apocalypſis iohānis inducit. adorātes agnū. ⁊ coronas ſuas ꝓſtratis vultibus offerētes: ſtātibus corā quattuor aialibus oculatis ante ⁊ retro. i. in p̄teritū ⁊ in futurū reſpi/

cientibus. ⁊ indefeſſa voce clamātibus ſanctus
ſcūs: ſcūs: dn̄s deus oīpotēs q erat ⁊ q ē ⁊ qui
vēturus ē. Hic ꝓlogus ſcripturaꝝ q̄ſi galeatū
ꝑncipiū oībus libris q̄s de hebreo vertimus i la
tinū ↄuenire pōt: vt ſcire valeamus qcqd extra
hos ē inter apocrypha eē ponēdū. Igiť ſapia
q̄ vulgo ſalomonis inſcribiť. ⁊ ieſu filij ſyraci
liber. ⁊ iudith. ⁊ tobias. ⁊ paſtor nō ſūt in cano
ne. Machabeoꝝ primū librū hebraicū repperi.
Secūdus grecus ē: qđ ex ipſa phraſin probari
pōt. Que cū ita ſe habeāt: obſecro te lector ne
laborem meum reprehenſionem eſtimes anti/
quorū. In templo dei offert vnuſquiſqꝫ quod
poteſt. Alij aurum ⁊ argentū et lapides precio
ſos: alij byſſum ⁊ purpuram ⁊ coccū offerunt
et hyacinthum. Nobiſcū bene agitur: ſi obtu/
lerimus pelles ⁊ caprarum pilos. Et tamē apo
ſtolus contēptibiliora noſtra magis neceſſaria
iudicat. Unde ⁊ tota illa tabernaculi pulchritu
do ⁊ per ſingulas ſpecies eccleſie preſentis fu/
tureqꝫ diſtinctio pellibus tegitur ⁊ cilicijs: ar/
doremqꝫ ſolis ⁊ iniuriam imbrium ea que vilio
ra ſunt ꝓhibent. Lege ergo primum ſamuel et
malachim meum. Meū inquā meum. Quic/
quid enī crebrius vertendo ⁊ emendando ſol
licitius ⁊ didicimus ⁊ tenemus. noſtrū eſt. Et
cum intellexeris quod antea neſciebas: vel in/
terpretem me eſtimato ſi gratus es: vel para/
fraſten ſi ingratus: q̄q̄ mihi omnino cōſcius
nō ſim: mutaſſe me quippiā de hebraica verita
te. Certe ſi incredulus es: lege grecos codices
⁊ latinos. ⁊ confer cum his opuſculis que nu
per emēdauimus. ⁊ vbicūqꝫ diſcrepare inter
ſe videris: interroga quēlibet hebreorū cui ma
gis accomodare debeas fidem. ⁊ ſi noſtra fir/
mauerit: puto q̄ eum nō eſtimes cōiectorem vt
in eodem loco mecū ſimiliter diuinarit. Sed et
vos famulas chriſti rogo que dn̄i diſcūbentis
precioſiſſima fidei mirrha vngitis caput: que
nequaq̄ ſaluatorē queritis in ſepulchro qbus
iam ad patrē chriſtus aſcendit: vt contra latrā
tes canes qui aduerſū me rabido ore deſeuiunt
⁊ circueunt ciuitatē: atqꝫ in eo ſe doctos arbi/
trantur. ſi alijs detrahant: orationū veſtrarum
clypeos opponatis. Ego ſciens humilitatem
meā: illius ſemper ſententie recordabor. Dixi
cuſtodiā vias meas: vt nō delinquā in lingua
mea. Poſui ori meo cuſtodiam: cū conſiſteret
peccator aduerſū me. Obmutui ⁊ humiliatus
ſum: ⁊ ſilui a bonis.

¶ Explicit prologus. Incipit liber Samue/
lis primus. Capitulū. I

FUit uir unus de
ramathaim ſophi de monte effra
im. ⁊ nomē eius helchana. filius
hieroboam filij helin. filij thau: fi
lij ſuph: effrateus. ⁊ habuit duas vxores: no/
men vni anna ⁊ nomen ſecūde fenenna. Fue/
rūtqꝫ fenenne filij: anne aūt nō erant liberi. Et
aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutiſ diebus
vt adoraret ⁊ ſacrificaret dn̄o exercituū in ſylo
Erant autē ibi duo filij heli: ofni ⁊ phinees ſa
cerdotes dn̄i. Uenit ergo dies ⁊ immolauit hel/
chana: deditqꝫ fenenne vxori ſue ⁊ cūctis filijs
eius ⁊ filiabus partes. Anne aūt dedit partem
vnā triſtis: qr annā diligebat. Dn̄s aūt cōclu/
ſerat vuluā eius. Affligebat quoqꝫ eam emula
eius ⁊ vehemēter angebat: intantū vt exprobra
ret q̄ dn̄s ↄcluſiſſet vuluā eius. Sicqꝫ faciebat
per ſingulos ānos cū redeūte tpe aſcenderent
ad templū dn̄i. ⁊ ſic ꝓuocabāt eam. Porro illa
flebat. ⁊ non capiebat cibū: Dixit ergo ei hel/
chana vir ſuus: Anna cur fles. ⁊ quare nō co/
medis: ⁊ quāobrē affligiť cor tuū? Nūqd non
ego melior tibi ſū q̄ decē filij? Surrexit autem
anna poſtq̄ comederat ⁊ biberat i ſylo. Et he
li ſacerdote ſedente ſuper ſellā ante poſtes do/
mus dn̄i: cum eſſet anna amaro aīo: orauit ad
dn̄m flens largiter ⁊ votum vouit dicēs: Dn̄e
exercituū ſi reſpiciēs videris afflictionē famule
tue. ⁊ recordatus mei fueris: nec oblitus ancil/
le tue. dederiſqꝫ ſerue tue ſexum virilem: dabo
eum dn̄o oībus diebus vite eius. ⁊ nouacula
nō aſcendet ſup caput eius. Factū eſt aūt cum
illa multiplicaret preces coram dn̄o: vt heli ob
ſeruaret os eius. Porro anna loquebať in cor
de ſuo: tm̄qꝫ labia eius mouebāť. ⁊ vox penit⁹
nō audiebatur. Eſtimauit ꝗ eā heli temulentā
dixitqꝫ ei: Uſqꝫ q̄ ebria eris? Digere pauliſper
vinū quo mades. Rn̄dēs anna: nequaq̄ inqt
dn̄e mi. Nā mulier infelix nimis ego ſum: vi/
nūqꝫ ⁊ oē qđ inebriare pōt non bibi: ſed effudi
aīam meā in cōſpectu dn̄i. Ne reputes ancillā
tuā quaſi vnā de filiab⁹ belial: qr ex multitudi/
ne doloris ⁊ meroris mei locuta ſū vſqꝫ in pn̄s
Tunc heli ait ei: Uade in pace. ⁊ deus iſrahel
det tibi petitionē tuā quam rogaſti eum. Et illa
dixit: Utinā inueniat ancilla tua grām in ocu
lis tuis. Et abijt mulier in viā ſuam ⁊ comedit
vultuſqꝫ illius nō ſūt āplius in diuerſa mutati.
Et ſurrexerūt mane: ⁊ adorauerunt coram do
mino: reuerſiqꝫ ſunt. ⁊ venerūt in domū ſuam
ramatha. Cognouit aūt helchana annā vxorē

ſuã. ⁊ recordatꝰ ē ei dñs. Et factū ē poſt circu/
lū dierꝝ: cōcepit anna ⁊ peperit filiū: vocauitq́ʒ
nomē eius ſamuel eo ꝙ a dño poſtulaſſet eum.
Aſcēdit aūt vir eius helchana ⁊ oīs domꝰ eius
vt imolaret dño hoſtiā ſolēnē ⁊ votum ſuum:
⁊ anna nō aſcendit. Dixit eni viro ſuo. Non
vadā donec ablactet͛ infans. ⁊ ducā eum vt ap
pareat ante cōſpectū dñi. ⁊ maneat ibi iugiter.
Et ait ei helchana vir ſuꝰ: Fac qd̓ bonū tibi vi
detur. ⁊ mane donec ablactes euʒ: precorq́ʒ vt
impleat dñs v͛bū ſuū. Manſit ergo mulier ⁊ la
ctauit filiū ſuū: donec amoueret eum a lacte. Et
adduxit eū ſecuʒ poſtq̄ʒ ablactauerat in vitulis
tribꝰ. ⁊ tribus modijs farine. ⁊ amphora vini
⁊ adduxit eū ad domū dñi in ſylo. Puer autē
erat adhuc infantulus. Et imolauerunt vitulū
⁊ obtulerūt puerꝝ heli. Et ait anna: Obſecro
mi dñe: viuit anima tua. Ego ſum illa mulier
que ſteti coram te hic orans dñm ꝓ puero iſto.
Oraui. ⁊ dedit mihi dñs petitionē meam quaʒ
poſtulaui eum. Idcirco ⁊ ego cōmodaui eū do
mino: cūctis diebꝰ qbus fuerit accōmodatꝰ dño
Et adorauerūt ibi dñm. Et orauit anna. ⁊ ait.
EXultauit cor meū in dño: ⁊ II
exaltatū eſt cornu meū in deo meo. Di
latatū eſt os meū ſuper inimicos meos
ꝗr letata ſum in ſalutari ſuo. Non ē ſanctus vt
ē dñs: neq́ʒ. n. ē aliꝰ extra te: ⁊ nō ē fortis ſicut
deꝰ noſter Nolite multiplicare loqui ſublimia
gloriātes. Recedāt vetera de ore veſtro: quia
deꝰ ſciarꝝ dñs ē. ⁊ ipſi ꝑparāt͛ cogitatiōes. Ar/
cus fortiū ſupatꝰ ē: ⁊ infirmi accincti ſūt robore
Repleti p̄us ꝓ panibus ſe locauerūt: et fame/
lici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit pluri/
mos: ⁊ q̄ multos habebat filios infirmata eſt.
Dñs mortificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos
⁊ reducit. Dñs pauperē facit ⁊ ditat: humiliat
⁊ ſubleuat. Suſcitat de puluere egenū ⁊ de ſter
core eleuat pauperē. Vt ſedeat cū principibus
⁊ ſolium glorie teneat. Dñi enim ſūt cardines
terre: ⁊ poſuit ſuper eos orbē. Pedes ſcōrum
ſuorꝝ ſeruabit: et impij in tenebris cōticeſcent: ꝗr
nō in fortitudine ſua roborabit͛ vir. Dñm for/
midabūt aduerſarij eius: ⁊ ſup ipſis in celis to
nabit. Dñs iudicabit fines terre. ⁊ dabit impe
riū regi ſuo: et ſublimabit cornu chriſti ſui. Et
abijt helchana in ramatha in domū ſuā. Puer
aūt erat miniſter in cōſpectu dñi ante faciē heli
ſacerdotis. Porro filij heli: filij belial neſcien
tes dñm neq́ʒ officiū ſacerdotū ad populuʒ. ſed
qcūq́ʒ imolaſſet victimā: veniebat puer ſacer/
dotis dū cōq̄ret͛ carnes. et habebat fuſcinulam:
tridentē in manu ſua. et mittebat eā in lebeteʒ
vel in caldariā: aut in ollam ſiue in cacabum.
et oē qd̓ leuabat fuſcinula: tollebat ſacerdos ſi/
bi. Sic faciebant vniuerſo iſraheli venientiuʒ
in ſylo. Etiam anteq́ʒ adolerēt adipē: venie/
bat puer ſacerdotis. et dicebat immolanti: Da
mihi carnē vt coquā ſacerdoti. Non eni acci/
piam a te carnē coctā ſed crudā. Dicebatq́ʒ illi
imolans. Incendat͛ primū iuxta morem hodie
adeps. ⁊ tolle tibi quantumcunq́ʒ deſiderat aīa
tua. Qui reſpōdēs aiebat ei: Neq̄q̄ʒ. Nūc eni
dabis: alioqn tollā vi. Erat ergo pctm̄ puero/
rū grāde nimis corā dño: ꝗr detrahebāt hoīes
ſacrificio dñi. Samuel aūt miſtrabat añ faciem
domini puer accinctꝰ ephot lineo. Et tunicam
paruā faciebat ei mr̄ ſua: quā afferebat ſtatutis
diebus aſcendens cū viro ſuo: vt imolaret ho
ſtiam ſolēnē ⁊ votuʒ ſuū. Et benedixit heli hel
chane vxori eius. dixitq́ʒ ei: Reddat tibi domi
nus ſemē de muliere hac ꝓ fenore qd̓ cōmoda
ſti domino. Et abierūt in locū ſuū. Viſitauit g͛
dominꝰ annā. ⁊ cōcepit ⁊ peperit tres filios et
duas filias. Et magnificatus eſt puer ſamuel
apud dñʒ. Heli āt erat ſenex valde: ⁊ audiuit
omnia que faciebāt filij ſui vniuerſo iſraheli. ⁊
quō dormiebāt cū mulieribꝰ que obſeruabant
ad oſtiū tabernaculi. ⁊ dixit eis: Quare facitis
res huiuſcemodi: quas ego audio res peſſi/
mas ab oī pplō? Nolite filij mei. Nō. n. ē bo/
na fama quā ego audio: vt trāſgredi faciatꝭ po
pulū dñi. Si peccauerit vir in virū: placari ei
pōt deus: ſi aūt in deū peccauerit vir: qs orabit
pro eo? Et nō audierūt vocem patris ſui: quia
voluit dñs occidere eos. Puer aūt ſamuel ꝓfi
ciebat atq́ʒ creſcebat. ⁊ placebat tam deo q̄ʒ ho/
minibus. Venit aūt vir dei ad heli. ⁊ ait ad eū
Hec dicit dñs. Nūquid nō aperte reuelatꝰ ſuʒ
domui patris tui cū eēt in egypto in domo pha
raonis: Et elegi eum ex oībus tribubꝰ iſrl͛ mi/
hi in ſacerdotē: vt aſcēderet ad altare meum. ⁊
adoleret mihi incē ſū: ⁊ portaret ephot corā me
⁊ dedi domui patris tui oīa de ſacrificijs filiorꝝ
iſrael? Quare calce abiecistis victimā meam ⁊
munera mea que p̄cepi vt offerrent͛ in tēplo. ⁊
magis honoraſti filios tuos q̄ʒ me: vt comede
retis primitias oīs ſacrificij iſrael populi mei.
Propterea ait dñs deꝰ iſrl͛. Loquens locutus
ſum vt domus tua ⁊ domꝰ pr̄is tui miniſtraret
in cōſpectu meo vſq́ʒ in ſempiternū. Nūc autē
dicit dñs. Abſit hoc a me. Sʒ qcūq́ʒ honorifica
uerit me glorificabo eū: qui aūt cōtemnunt me
erūt ignobiles. Ecce dies veniunt ⁊ p̄cidam

brachiū tuū. ⁊ brachiū domꝰ pr̄is tui: vt non ſit
ſenex in domo tua. Et videbis emulū tuum in
tēplo in vniuerſis ꝓſperis iſrael. ⁊ nō erit ſe/
nex in domo tua oibus diebꝰ. Verūtū nō auſe
rā penitꝰ vir ex te ab altari meo: ſꝫ vt deficiant
oculi tui. ⁊ tabeſcet anima tua. ⁊ pars magna
domus tue moriet̄ cū ad virilem etatē venerit.
Hoc aūt erit tibi signū qđ venturum ē duobꝰ
filijs tui oſni ⁊ phinees. In die vno morient̄
ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotē fidelē qui
iuxta cor meū ⁊ aiam meā faciet. ⁊ edificabo ei
domū fidelem. ⁊ ambulabit corā chriſto meo
cūctis diebꝰ. Futuꝝ ē aūt vt quicūqꝫ remanſerit
i domo tua. veniet vt oret̄ ꝓ eo. ⁊ offerat num
mū argenteū ⁊ tortā panis: dicatqꝫ: dimitte me
obſecro ad vnam partē ſacerdotalē: vt come/
dam buccellam panis. III

Puer aūt ſamuel miniſtrabat dn̄o corā
heli. ⁊ ſermo dn̄i erat ꝓcioſus. In die
bus illis nō erat viſio manifeſta. Fa/
ctum eſt ergo in die quadā heli iacebat in lectu
lo ſuo: ⁊ oculi eius caligauerāt: nec poterat vi/
dere. Lucerna dei anteqꝫ extingueret̄. ſamuel
dormiebat i templo domini vbi erat archa dei
Et vocauit dominꝰ ſamuel Qui rn̄dēs ait Ec
ce ego: Et cucurrit ad heli. ⁊ dixit: Ecce ego.
Vocaſti. n. me. Qui dixit: Nō vocaui te fili.
Reuertere ⁊ dormi. Et abijt ⁊ dormiuit. Et
adiecit dominus rurſū vocare ſamuel. Cōſur
gēſqꝫ ſamuel abijt ad heli. ⁊ dixit: Ecce ego qr
vocaſti me. Qui rn̄dit. Non vocaui te fili mi.
Reuertere ⁊ dormi. Porro ſamuel necdum
ſciebat dominū: nec reuelatus fuerat ei ſermo
dn̄i. Et adiecit dn̄s. ⁊ vocauit adhuc ſamuel
tertio. Qui cōſurgens abijt ad heli ⁊ ait. Ecce
ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo heli quia
dn̄s vocaret puerum. ⁊ ait ad ſamuel. Vade ⁊
dormi. ⁊ ſi deinceps vocauerit te. dices. Loq̄
re dn̄e. qr audit ſeruus tuus. Abijt ergo ſamu
el ⁊ dormiuit in loco ſuo. Et venit dn̄s ⁊ ſtetit
⁊ vocauit ſicut vocauerat ſecundo. Samuel ſa
muel. Et ait ſamuel. Loquere dn̄e: qr audit ſer
uus tuus. Et dixit dn̄s ad ſamuel. Ecce ego fa
cio verbū in iſrael. qđ quicūqꝫ audierit. tinnient
ambe aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſū
heli oia q̄ locutꝰ ſū ſup domū eiꝰ. Incipiā ⁊ cō
plebo. Predixi eni ei ꝙ iudicaturus eēm do
mū eiꝰ in eternū ꝓpter iniqtatē. eo ꝙ nouerat i
digne agere filios ſuos. ⁊ non corripuerit eos
Idcirco iuraui domui heli ꝙ nō expiet̄ iniqui/
tas domus eius victimis ⁊ muneribus vſqꝫ i
eternum. Dormiuit autem ſamuel vſqꝫ mane
aperuitqꝫ oſtia domus dn̄i. Et ſamuel timebat
indicare viſionē heli. Vocauit ergo heli ſamu
elem. ⁊ dixit. Samuel fili mi. Qui rn̄dens ait
Preſto ſum. Et interrogauit eū. Quis eſt ſer
mo quem locutus ē dn̄s ad te. Oro te ne cela/
ueris me. Hec faciat tibi deꝰ ⁊ hec addat. ſi ab
ſconderis a me ſermonē ex oibꝰ verbis que di
cta ſunt tibi. Indicauit itaqꝫ ei ſamuel vniuer
ſos ſermones ⁊ nō abſcōdit ab eo. Et ille rn̄dit
Dn̄s ē. Qđ bonū ē in oculis ſuis faciat. Cre/
uit aūt ſamuel. ⁊ dominꝰ erat cū eo. ⁊ nō cecidit
ex oibꝰ verbis eiꝰ in terrā. Et cognouit vniuer
ſus iſrael a dan vſqꝫ berſabee. qr fidelis ſamu/
el ꝓpheta eſſet dn̄i. Et addidit dn̄s vt appare/
ret in ſylo: qm̄ reuelatꝰ fuerat dn̄s ſamuel in ſy
lo iuxta verbū dn̄i. Et euenit ſermo ſamuelis
vniuerſo iſraheli. IIII

Et factū eſt in diebus illis. cōuenerunt
philiſtijm in pugnam. egreſſus eſt nā/
qꝫ iſrael obuiam philiſtijm in prelium
⁊ caſtrametatus ē iuxta lapidē adiutorij. Por
ro philiſtijm venerunt in affec: ⁊ inſtruxerunt
aciē ꝯtra iſrael. Inito aūt certamine terga ver
tit iſrael philiſteis. ⁊ ceſa ſunt in illo certamine
paſſim ꝑ agros quaſi quattuor milia viroꝝ. et
reuerſus ē ppl's ad caſtra. Dixerūtqꝫ maiores
natu de iſrl̄. Quare percuſſit nos dn̄s hodie corā
rā philiſtijm. Afferamꝰ ad nos de ſylo archā
federis dn̄i. ⁊ veniat i mediū nr̄i vt ſaluet nos
de manu inimicoꝝ nr̄oꝝ. Miſit ḡ ppl's in ſy/
lo ⁊ tulerunt inde archā federis domini exerci
tuū ſedētis ſup cherubin. erantqꝫ duo filij heli
cū archa federis dn̄i oſni ⁊ phinees. Cūqꝫ ve/
niſſet archa federis dn̄i in caſtra. vociferatꝰ eſt
ois iſrl̄ clamore grādi et ꝑſonuit terra. Et au/
dierūt philiſtijm vocem clamoris. dixeruntqꝫ
Que nā eſt hec vox clamoris magni in caſtris
hebreoꝝ. Et cognouerūt qr archa dn̄i veniſſet
in caſtra. Timueruntqꝫ philiſtijm dicētes Ve
nit deus in caſtra. Et ingemuerūt dicētes. Ve
nobis. Non enī fuit tanta exultatio heri ⁊ nu/
diuſtertius. Ve nobis. Quis nos ſaluabit de
manu deoꝝ ſublimiū iſtoꝝ: Hi ſūt dij q ꝑcuſ/
ſerūt egyptū oi plaga in deſerto. Cōfortamini
⁊ eſtote viri philiſtijm: ne ſeruiatis hebreis ſi/
cut ⁊ illi ſeruierūt nobis. Cōfortamini et bella
te. Pugnauerūt ergo philiſtijm: ⁊ ceſus ē iſrl̄
⁊ fugit vnuſqſqꝫ in tabernaculū ſuū. Et facta ē
plaga magna nimis. ⁊ ceciderūt de iſrl̄ trigin/
ta milia peditū. ⁊ archa dei capta eſt. Duo qꝫ
filij heli mortui ſunt oſni ⁊ phinees. Currens
autē vir de beniamin ex acie venit in ſylo i die

illa: ſciſſa veſte ⁊ ꝯſpſus puluere caput. Cūq̧
ille veniſſet: heli ſedebat ſup ſellā ꝯtra viam ex
pectās. Erat aūt cor eius pauēs ꝓ archa domi
ni. Uir aūt ille poſtq̄ ingreſſus eſt nūciauit vr
bi ⁊ vlulauit oīs ciuitas. Et audiuit heli ſonitū
clamoris. dixitq̧. Quis eſt hic ſonitus tumul/
tus huius. At ille feſtinauit ⁊ venit. ⁊ nuncia/
uit heli. Heli aūt erat nonaginta ⁊ octo ānorū
⁊ oculi eius caligauerant. ⁊ videre nō poterat.
Et dixit ad heli. Ego ſum q̄ veni de ꝑlio. ⁊ ego
qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum
eſt fili mi. Rn̄dens aūt ille qui nunciabat fugit
inquit iſrael corā philiſtijm ⁊ ruina magna fa
cta ē i populo. Inſup ⁊ duo filij tui mortui ſūt
ofni ⁊ phinees. ⁊ archa dei capta eſt. Cūq̧ ille
noīaſſet archam dei. cecidit de ſella retrorſū iux
ta oſtium. ⁊ fractis ceruicibus mortuus eſt. Se
nex. n. erat vir ⁊ grandeuus: ⁊ ipſe iudicauit iſ
rael quadraginta annis. Nurus aūt eius vxor
phinees: pregnās erat vicinaq̧ partui. Et au/
dito nūcio q̄ capta eſſet archa dei. ⁊ mortuus eſ
ſet ſocer ſuus ⁊ vir ſuus: icuruauit ſe ⁊ peperit.
Irruerant. n. in eā dolores ſubiti. In ipſo aūt
momento mortis eius dixerūt ei q̄ ſtabant circa
eā. Ne timeas. q̄r filium peperiſti. Que non re/
ſpōdit eis: neq̧ aīaduertit. Et vocauit puerum
icaboth dicens. Tranſlata eſt gloria dn̄i de iſrl̄
quia capta eſt archa dei. Et ꝓ ſocero ſuo ⁊ pro
viro ſuo ait. Tranſlata eſt gloria ab iſrael eo ꝙ
capta eſſet archa dei. V.
Philiſtijm aūt tulerūt archā dei: ⁊ aſpor
tauerunt eam a lap de adiutorij in azo/
tum. Tuleruntq̧ philiſtijm archā dei.
⁊ intulerunt eam in tēplū dagon. ⁊ ſtatuerūt eā
iuxta dagon. Cūq̧ ſurrexiſſent diluculo azotij
altera die: ecce dagon iacebat ꝓnus in terra an̄
archā dn̄i. Et tulerunt dagon ⁊ reſtituerūt eum
in locum ſuum. Rurſūq̧ mane die altera con/
ſurgentes iuenerūt dagon iacentē ſuper faciem
ſuā in terra corā archa dn̄i. Caput aūt dagon ⁊
due palme manuū eius abſciſe erant ſup limen
porro dagon ſolus truncus remanſerat in loco
ſuo. Propter hāc cauſam non calcant ſacerdo
tes dagon: ⁊ oēs q̄ ingrediunt̄ templū eius ſu
per limen dagon in azoto vſq̧ in hodiernū diē
Aggrauata eſt aūt manus dn̄i ſup azotios. ⁊ d̄
molitus eſt eos. Et percuſſit in ſecretiori ꝑte na
tiū azotum ⁊ fines eius. Et ebullierunt ville ⁊
agri in medio regiōis illius: ⁊ nati ſunt mures
⁊ facta eſt ꝯfuſio mortis magne i ciuitate. Uidē
tes autē viri azotij huiuſcemodi plagam. dixe/
runt. Nō maneat archa dei iſrl̄ apud nos: q̄m
dura eſt manus eius ſup nos ⁊ ſup dagon de
um noſtrum. Et mittentes cōgregauerūt om/
nes ſatrapas philiſtinorum ad ſe. ⁊ dixerunt.
Quid faciemus de archa dei iſrael. Reſpōde/
rūtq̧ gethei. Circumducatur archa dei iſrael.
Et circūduxerūt archam dei iſrael. Illis autē
circūducētibus eam. fiebat manus domini dei
per ſingulas ciuitates interfectionis magne ni
mis. ⁊ percutiebat viros vnius cuiuſq̧ vrbis
a paruo vſq̧ ad maiorē. ⁊ cōputreſcebant pro
minentes extales eorū. Inieruntq̧ gethei conſi
liū. ⁊ fecerūt ſibi ſedes pelliceas. Miſerunt er
go archā dn̄i in accharon. Cūq̧ veniſſet archa
dn̄i dei in accharon. exclamauerūt accharonite
dicētes. Adduxerūt ad nos archā dei iſrael. vt
interficiat nos et populū nr̄m. Miſerūt itaq̧ ⁊
cōgregauerūt oēs ſatrapas philiſtinorū. Qui
dixerūt. Dimittite archā dei iſrael. ⁊ reuertat̄ i
locū ſuū. vt nō īterficiat nos cū populo noſtro.
Fiebat eni pauor mortis in ſingulis vrbibꝫ et
grauiſſima valde manus domini. Uiri q̧ qui
mortui nō fuerant ꝑcutiebant̄ in ſecretiori par
te natiū ⁊ aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſq̧ ci
uitatis in celū. VI
Fuit ergo archa dn̄i in regione philiſti
norū ſeptem mēſibus. Et poſt hec vo/
cauerūt philiſtijm ſacerdotes ⁊ diuinos
dicentes. Quid faciemus de archa dei. Indi/
cate nobis: quō remittamus eā in locū ſuū. Qui
dixerūt. Si remittitis archā dei iſrael: nolite di
mittere eam vacuā: ſed qd̓ debetis ei reddite ꝓ
peccato. ⁊ tūc curabimini. ⁊ ſcietis quare nō re
cedat manus eius a vobis. Qui dixerūt. Quid
ē quod ꝓ delicto reddere debeamus ei. Rn̄de
rūtq̧ illi. Iuxta numerū ꝓuinciarū philiſtinorū
quinq̧ ānos aureos facietis. ⁊ quinq̧ mures aure
os: q̄r plaga vna fuit oībꝫ vobis ⁊ ſatrapis ve/
ſtris. Facietiſq̧ ſilitudines ānorū veſtrorū. ⁊ ſi
militudines murium q̄ demoliti ſūt terrā. ⁊ dabi/
tis deo iſrl̄ gloriā. ſi forte releuet manū ſuam a
vobis ⁊ a dijs vr̄is ⁊ a terra vr̄a. Quare gra/
uatis corda vr̄a ſicut aggrauauit egyptꝰ ⁊ pha
rao cor ſuū. Nōne poſtq̄ ꝑcuſſus ē tunc dimi/
ſit eos. ⁊ abierūt. Nūc ḡ arripite ⁊ facite plau/
ſtrū nouū vnū. ⁊ duas vaccas fetas quibus non
ē impoſitū iugū iungite in plauſtro: ⁊ recludite
vitulos earum domi. Tolletiſq̧ archā domini
⁊ ponetis i plauſtro. ⁊ vaſa aurea q̄ exſoluiſtis
ei ꝓ delicto ponetis in capſellam ad latus eius
⁊ dimittite eam vt vadat. ⁊ aſpicietis. Et ſi qui
dem ꝑ viā finiū ſuorū aſcēderit ꝯtra bethſames
ipſe fecit nobis hoc malū grāde. ſin aūt minime.

ſcimus q̄ neq̄q̄ꝫ manus eius tetigit nos: ſꝫ ca
ſu accidit. Fecerũt ergo illi hoc mõ. ⁊ tollentes
duas vaccas q̄ lactabant vitulos iunxerunt ad
plauſtrũ: vituloſq; eaꝝ concluſerunt domi. Et
poſuerũt archã dei ſup plauſtrũ et capſellã que
habebat mures aureos ⁊ ſimilitudinẽ anoꝝ.
Ibant aũt in directũ vacce per viam que ducit
bethſames ⁊ itinere vno gradiebant̃ pergẽtes
⁊ mugiẽtes. ⁊ non declinabãt neq; ad dexterã
neq; ad ſiniſtrã. Sed ⁊ ſatrape philiſtijm ſeq̄
bantur vſq; ad terminos bethſames. Porro
bethſamite metebãt triticũ in valle. Et eleuan
tes oculos viderunt archam. ⁊ gauiſi ſũt cum
vidiſſent. Et plauſtrum venit in agrum ioſue
bethſamite. ⁊ ſtetit ibi. Erat autẽ ibi lapis ma
gnus. Et conciderũt ligna plauſtri: vaccaſq; im
poſuerunt ſuper ea holocauſtũ dño. Leuite aũt
depoſuerunt archam dei. ⁊ capſellã que erat iu
xta eã in qua erãt vaſa aurea. ⁊ poſuerũt ſuper
lapidẽ grandẽ. Viri aũt bethſamitẽ obtulerũt
holocauſta. ⁊ immolauerũt victimas in die illa
domino. Et quinq; ſatrape philiſtinoꝝ viderũt
et reuerſi ſunt in accharon in die illa. Hi ſunt
aũt ani aurei quos reddiderũt philiſtijm ꝓ de
licto dño. Azotꝰ vnũ: gaza vnũ: aſchalon vnũ
geth vnũ: accharon vnũ: ⁊ mures aureos ſm
numerum vrbiũ philiſtijm quinq; prouinciaꝝ
ab vrbe murata vſq; ad villam que erat abſq;
muro. ⁊ vſq; ad abel magnũ ſuper quem po
ſuerũt archã domini que erat vſq; in illa die in
agro ioſue bethſamitis. Percuſſit autẽ domi
nus de viris bethſamitibus: eo q̄ vidiſſent ar
cham domini. ⁊ pcuſſit de populo ſeptuaginta
viros. ⁊ quinquaginta milia plebis. Luxitq;
pplſ: eo q̄ dñs pcuſſiſſet plebẽ plaga magna.
Et dixerunt viri bethſamitẽ. Quis poterit ſta
re in conſpectu domini dei ſancti huius? Et ad
quẽ aſcendet a nobis? Miſeruntq; nũcios ad
habitatores cariathiarim dicẽtes. Reduxerũt
philiſtijm archam domini: deſcendite ⁊ reduci
te eam ad vos. VII

V Enerunt ergo viri cariathiarim et re
duxerunt archã domini. et intulerũt eã
in domũ aminadab in gabaa. Eleaza
rum autẽ filium eiꝰ ſcificauerunt: vt cuſtodiret
archã dñi. Et factũ ẽ ex q̄ die manſit archa dñi i
cariathiarim: multiplicati ſunt dies. Erat ẽm
iã annus viceſimꝰ. Et requieuit oĩs domꝰ iſrl'
poſt dñm. Ait autẽ ſamuel ad vniuerſã domũ
iſrael dicens: Si in toto corde veſtro reuertimi
ni ad dñm: auferte deos alienos de medio vr̃i
baalim ⁊ aſtaroth. ⁊ p̄parate corda veſtra dño
⁊ ſeruite ei ſoli. et eruet vos de manu philiſtijm.
Abſtulerunt ergo filij iſrl' baalim et aſtaroth.
et ſeruierunt dño ſoli. Dixit autẽ ſamuel: Con
gregate vniuerſũ iſrael in maſphat vt orem ꝓ
vobis dñm. Et conuenerunt in maſphat. Hau
ſeruntq; aquã ⁊ effuderunt in conſpectu domini
et ieiunauerunt in die illa: atq; dixerunt. Tibi
peccauimꝰ dñe. Iudicauitq; ſamuel filios iſrl'
in maſphat. Et audierunt philiſtijm q̄ congre
gati eſſent filij iſrael in maſphat. et aſcenderunt
ſatrape philiſtinoꝝ ad iſrael. Quod cũ audiſ
ſent filij iſrael: timuerunt a facie philiſtinorũ.
Dixeruntq; ad ſamuelẽ: Ne ceſſes pro nobis
clamare ad dñm deum noſtꝝ vt ſaluet nos de
manu philiſtinoꝝ. Tulit autẽ ſamuel agnũ la
ctantẽ vnũ. et obtulit illũ holocauſtũ integrũ
dño. Et clamauit ſamuel ad dñm pro iſrael. et
exaudiuit eũ dñs. Factũ ẽ autẽ cũ ſamuel of
ferret holocauſtum domino philiſtijm inire pre
liũ ꝯtra iſrael. Intonuit autẽ dñs fragore ma
gno in die illa ſup philiſtijm. et exterruit eos. ⁊
ceſi ſũt a filijs iſrael. Egreſſiq; filij iſrael ď maſ
phat pſecuti ſunt philiſteos. ⁊ percuſſerũt eos
vſq; ad locũ q̄ erat ſubter bethchar. Tulit autẽ
ſamuel lapidẽ vnũ. ⁊ poſuit eũ inter maſphat ⁊
inter ſen. Et vocauit nomen loci illius: lapis
adiutorij. Dixitq;. Hucuſq; auxiliatus ẽ no
bis dominus. Et humiliati ſunt philiſtijm nec
appoſuerũt vltra vt venirẽt in terminos iſrael
Facta ẽ itaq; manus domini ſuper philiſteos
cũctis diebus ſamuelis. ⁊ reddite ſũt vrbes q̄s
tulerant philiſtijm ab iſrael iſraeli ab accharon
vſq; geth ⁊ terminos ſuos. Liberauitq; iſrael
de manu philiſtinorum: eratq; pax inter iſrael
⁊ amorreũ. Iudicabat quoq; ſamuel iſrahel
cũctis diebus vite ſue ⁊ ibat per ſingulos ãnos
circuiens bethel ⁊ galgala ⁊ maſphat. ⁊ iudica
bat iſrahelem in ſupradictis locis. Reuertebã
turq; in ramatha ibi enĩ erat domus eius ⁊ ibi
iudicabat iſrahelem. Edificauit etiam ibi alta
re domino. VIII

F Actũ eſt aũt cũ ſenuiſſet ſamuel: poſuit
filios ſuos iudices in iſrahel. Fuitq;
nomen filij eius primogeniti iohel. ⁊
nomẽ ſecundi abia: iudicũ in berſabee. Et non
ambulauerũt filij illiꝰ in vijs eius: ſꝫ declinaue
rũt poſt auariciã: acceperũtq; munera. ⁊ puer
terũt iudiciũ. Congregati ergo vniuerſi maiores
natu iſrael. venerũt ad ſamuelẽ i ramatha: di
xerũtq; ei: Ecce tu ſenuiſti: ⁊ filij tui nõ ambu
lant in vijs tuis. Conſtitue nobis regem: vt iu
dicet nos: ſicut ⁊ vniuerſe habẽt nationes. Di

Displicuitq; ſermo in oculis ſamuelis eo q̄ dixiſ/
ſent: da nobis regē vt iudicet nos. Et orauit ſa
muelē ad dñm. Dixit aūt dominꝰ ad ſamuelē:
Audi vocē populi ī oibꝰ q̄ loquūt tibi. Nō.n.
te abiecerūt ſ; me: ne regnē ſup eos. Iuxta oia
opera ſua que fecerūt a die q̄ eduxi eos de egy/
pto vſq; ad diē hāc: ſicut dereliquerūt me ꝛ ſer
uierunt dijs alienis: ſic faciunt etiā tibi. Nunc
ergo vocē eoꝝ audi. Verūtamē ꝯteſtare eos
ꝑdic eis ius regis q regnaturꝰ ē ſup eos. Di/
xit itaq; ſamuel oia ꝟba domini ad pplm q pe
tierat a ſe regē ꝛ ait: Hoc erit ius regis q impe
raturꝰ eſt vobis. Filios vr̄os tollet ꝛ ponet in
curribꝰ ſuis: facietq; ſibi eq̄tes ꝛ p̄curſores q̄/
drigaꝝ ſuaꝝ. ꝛ cōſtituet ſibi tribunos ꝛ centurio
nes. ꝛ aratores agroꝝ ſuoꝝ. ꝛ meſſores ſege/
tū ꝛ fabros armoꝝ ꝛ curruum ſuoꝝ. Filias q̄;
veſtras faciet ſibi vnguētarias ꝛ focarias ꝛ pa
nificas. Agros q̄; veſtros ꝛ vineas ꝛ oliueta
optima tollet. ꝛ dabit ſeruis ſuis. S; ꝛ ſegetes
veſtras ꝛ vineaꝝ redditus addecimabit: vt det
eunuchis et famulis ſuis. Seruos etiā veſtros
et ancillas et iuuenes optimos et aſinos auſe/
ret. et ponet in opere ſuo. Greges quoq; ve/
ſtros addecimabit voſq; eritis ei ſerui Et cla/
mabitis in die illa a facie regis veſtri quē elegi
ſtis vobis. et nō exaudiat vos dominꝰ in die il
la: q: petiſtis vobis regē. Noluit aūt populus
audire vocē ſamuelis: ſed dixerunt: Nequaq;
Rex enī erit rex ſuper nos et erimus nos quo
q; ſicut oēs gentes. et iudicabit nos rex noſter
et egredieť ante nos. et pugnabit bella nr̄a pro
nobis. Et audiuit ſamuel oia verba ppli. et lo/
cutus ē ea in auribꝰ domini. Dixit aūt domi/
nus ad ſamuelē. Audi vocē eoꝝ et cōſtitue ſu/
per eos regē. Et ait ſamuel ad viros iſrl. Va
dat vnuſquiſq; in ciuitatē ſuā.

IX

Et erat vir de beniamin noie. Cis fi/
lius abiel: filij ſeor: filij bechor: filij ſa/
reth: filij aphia: filij viri gemini fortis
robore. Et erat ei filiꝰ vocabulo ſaul electꝰ ꝛ bo/
nus. et non erat vir de filijs iſrael melior illo.
Ab humero et ſurſu; eminebat ſup oēm popu/
lum: perierāt autē aſine cis pr̄is ſaul. Et dixit
cis ad ſaul filium ſuū. Tolle tecu; vnu; de pue
ris. ꝛ cōſurgens vade et q̄re aſinas. Qui cum
tranſiſſent per montē effraim et ꝑ terrā ſaliſa ꝛ
nō inueniſſent: trāſierūt etiā per terrā ſalim et
nō erāt: ſ; et ꝑ terrā gemini. et minime reppe/
rūt. Cu; aūt veniſſent in terrā ſuph: dixit ſaul
ad pueꝝ q erat cū eo. Veni et reuertamur: ne
forte dimiſerit pater meꝰ aſinos et ſollicitꝰ ſit ꝓ
nobis. Qui ait ei: Ecce vir dei ē in ciuitate hac
vir nobilis: omne qđ loquiť ſine ambiguitate
venit. Nunc ergo eamꝰ illuc: ſi forte indicet no
bis de via noſtra ꝓpter quā veniꝰ. Dixitq;
ſaul ad pueꝝ ſuu;. Ecce ibimꝰ. Quid feremꝰ
ad viꝝ dei? Panis defecit in ſitarcijs noſtris:
et ſportulā nō habemꝰ vt demꝰ hoi dei: nec q̄c/
q̄; aliud. Rurſu; puer rñdit ſauli. ꝛ ait: Ecce
inuēta ē in manu mea q̄rta pars ſtateris argē/
ti: demꝰ hoi dei: vt indicet nobis viam noſtra;
Olim in iſrael ſic loq̄bať vnuſq̄ſq;: vadēs con
ſulere deū. Venite ꝛ eamꝰ ad vidētē. Qui enī
ꝓpheta dr̄ hodie: vocabať olim vidēs. Et di/
xit ſaul ad pueꝝ ſuū: Optimus ſermo tuꝰ. Ve
ni eamus. Et ierunt in ciuitatē in qua erat vir
dei. Cūq; aſcenderēt cliuū ciuitatis inuenerūt
puellas egredientes ad hauriendā aquā. ꝛ dixe
runt eis: Nū hic eſt vidēs? Que reſpondentes
dixerūt illis: Hic ē. Ecce ante te. Feſtina nūc
Hodie.n. venit in ciuitatē: q: ſacrificiū eſt ho
die ppli in excelſo. Ingredientes vrbem ſtatim
inuenietis eū: anteq; aſcēdat excelſū ad veſcēdū.
Neq; enī comeſturus ē populꝰ donec ille ve/
niat: q: ipſe benedicet hodie. ꝛ deinceps come/
dent q vocati ſunt. Nunc ergo cōſcēdite: q: ho/
die reperietis eū. Et aſcenderūt in ciuitatem.
Cūq; ambularēt in medio vrbis: apparuit ſa
muel egrediens obuiam eis vt aſcenderet in ex/
celſum. Dominꝰ aūt reuelauerat auriculā ſa/
muelis an̄ vnā diē q̄; veniret ſaul dicēs: Hac
ipſa hora que nunc ē. cras mittam virum ad te
de terra beniamin. ꝛ vnges eum ducem ſup po/
pulū meū iſrael. Et ſaluabit populū meū d' ma
nu philiſtinoꝝ: q: reſpexi populū meū. Venit
enī clamor eoꝝ ad me. Cūq; aſpexiſſet ſamuel
ſaulē dn̄s dixit ei Ecce vir quē dixerā tibi. Iſte
dn̄abiť populo meo. Acceſſit aūt ſaul ad ſamue
lē in medio porte. ꝛ ait: Indica oro mihi vbi eſt
domus vidētis Et reſpōdit ſamuel ſauli dicēs
Ego ſum vidēs. Aſcēde ante me in excelſum
vt comedes mecū hodie. ꝛ dimittam te mane. ꝛ
oia que ſūt in corde tuo indicabo tibi. Et de aſi
nis quas nudiuſtertiꝰ perdidiſti ne ſollicitꝰ ſis
q: inuente ſunt. Et cuiꝰ erunt optima q̄q; iſrael
Nōne tibi ꝛ oi domui patris tui? Reſpōdens
aūt ſaul ait: Nunqd nō filius gemini ego ſum
de minima tribu iſrael. ꝛ cognatio mea nouiſ/
ſima inter omnes familias de tribu beniamin.
Quare ergo locutꝰ es mihi ſermonē iſtū. Aſſu/
mēs itaq; ſamuel ſaulē ꝛ puerū eiꝰ: introduxit
eos in tricliniū. ꝛ dedit eis locū in capite eorum
qui fuerant inuitati. Erant enim quaſi triginta

viri. Dixitqꝫ ſamuel coco: Da partē quā dedi
tibi ⁊ p̄cepi ut reponeres ſeorſum apud te. Le
uauit aūt cocus armū. ⁊ poſuit ante ſaul. Dixit
qꝫ ſamuel: Ecce qđ remāſit: pone ante te ⁊ co-
mede q: d' induſtria ſeruatū ē tibi qn̄ populū vo
caui. Et comedit ſaul cū ſamuele in die illa: Et
deſcenderunt de excelſo in oppidum ⁊ locutus
eſt cum ſaule in ſolario: ſtrauitqꝫ ſaul in ſolario
⁊ dormiuit. Cūqꝫ mane ſurrexiſſent ⁊ iaꝫ dies
luceſceret vocauit ſamuel ſaulē in ſolario dicēs
Surge vt dimittam te. Et ſurrexit ſaul. Egreſ
ſi ſūt ambo. ipſe videlicet ⁊ ſamuel. Cumqꝫ de
ſcenderēt in extrema parte ciuitatis ſamuel di-
xit ad ſaul: Dic puero vt antecedat nos ⁊ tran
ſeat. Tu autē ſubſiſte pauliſper vt indicē tibi
verbum domini. X

Vnxit autē ſamuel lenticulā olei. ⁊ effu
dit ſuper caput eius. ⁊ deoſculatus eſt
eum. ⁊ ait: Ecce vnxit te dominꝰ ſuper
hereditatē ſuā in principē: ⁊ liberabis populū
ſuum de manibꝰ inimicoꝝ eius qui in circuitu
eius ſunt. Et hoc tibi ſignum: q: vnxit te dn̄s i
principem. Cūqꝫ abieris hodie a me: inuenies
duos viros iuxta ſepulchrum rachel in finibus
beniamin in meridie. dicentqꝫ tibi. Inuētę ſūt
aſine ad quas ieras ꝑgrēdas ⁊ intermiſſis pa-
trius aſinis ſolicitus ē pro vobis. ⁊ dic. Quid
faciam de filio meo? Cumqꝫ abieris inde et vl-
tra tranſieris: et veneris ad quercū thabor: in-
uenient te tres viri aſcendētes ad deum in be-
thel: vnus portās tres hedos: ⁊ alios tres tor-
tas panis: ⁊ alius portās lagenā vini. Cumqꝫ
te ſalutauerint dabunt tibi duos panes. et acci
pies de manu eoꝝ. Poſt hec venies in collem
dn̄i vbi eſt ſtatio philiſtinoꝝ. Et cū ingreſſus
fueris ibi vrbem: obuium habebis gregē pro
phetarū deſcendētiū de excelſo. ⁊ ante eos pſal
terium ⁊ timpanum ⁊ tibiam ⁊ citharam ipſoſ-
qꝫ ꝓphetantes. ⁊ inſiliet in te ſpūs domini. et
ꝓphetabis cū eis. ⁊ mutaberis in virum aliū.
Qn̄ ergo euenerint ſigna hec oīa tibi: fac q̄cū-
qꝫ inuenerit manus tua: q: dn̄s tecum eſt. Et
deſcendes ante me in galgala. Ego quippe de
ſcendam ad te vt offeras oblationē. ⁊ immoles
victimas pacificas. Septē diebus expectabis
donec veniam ad te. ⁊ oſtendam tibi que facias
Itaqꝫ cum auertiſſet humeꝝ ſuum vt abiret a
ſamuele immutauit ei deꝰ cor aliud: et venerunt
oīa ſigna hec in die illa. Veneruntqꝫ ad p̄dictū
collē. ⁊ ecce cuneꝰ ꝓphetaꝝ obuiꝰ ei. Et inſiluit
ſup eū ſpūs dn̄i. ⁊ ꝓphetauit i medio eoꝝ. Vi
dētes aūt oēs qui nouerāt eū heri ⁊ nudiuſter
tius q eſſet cū ꝓphetis ⁊ ꝓphetaret: dixerūt ad
inuicem: Que nam res accidit filio cis? Nū ⁊
ſaul inter ꝓphetas? Rn̄ditqꝫ aliꝰ ad alteꝝ di-
cēs: Et qs p̄r eiꝰ? Propterea v̄ſū ē i ꝓuerbiū
Nū ⁊ ſaul inter ꝓphetas? Ceſſauit aūt ꝓphare: ⁊
venit ad excelſū. Dixitqꝫ patruꝰ ſaul ad eum ⁊
ad puerū eiꝰ: Quo abiſtis? Qui reſponderūt
Querē aſinas. Quas cū nō repperiſſemꝰ: ve
nimus ad ſamuelē. Et dixit ei patruꝰ ſuus: In
dica mihi qđ dixerit tibi ſamuel. Et ait ſaul ad
patruum ſuū. Indicauit nobis: quia inuente
eēnt aſine? De ſermone aūt regni non indica-
uit ei: quē locutus fuerat ei ſamuel. Et cōuoca
uit ſamuel populū ad dn̄m i maſphat. ⁊ ait ad
filios iſrł. Hec dicit dn̄s deꝰ iſrael. Ego eduxi
iſrael de egypto et erui vos de manu egyptioꝝ
et de manu oīum regū q affligebāt vos. Vos
aūt hodie ꝓiecistis dn̄m deū vrm: q ſolus ſal-
uauit vos de vniuerſis malis et tribulationibꝰ
vris. ⁊ dixiſtis. Nequaqꝫ: ſed regem cōſtitue
ſuper nos. Nūc ergo ſtate corā dn̄o ꝑ tribꝰ ve
ſtras ⁊ per familias. Et applicauit ſamuel oēs
tribus iſrael. ⁊ cecidit ſors ſuper tribū beniamī
Et applicuit tribū beniamin ⁊ cognatiōes eiꝰ
⁊ cecidit ſuper cognationem methri: ⁊ ꝑuenit
vſqꝫ ad ſaul filium cis. Queſierunt ergo eum
⁊ nō eſt inuentus. Et ꝯſuluerūt poſt hec dn̄m
vtrū nā venturus eēt illuc. Rn̄ditqꝫ dn̄s. Ecce
abſcōditus ē domi. Cucurrerūt itaqꝫ ⁊ tulerūt
eum inde. ſtetitqꝫ in medio populi: ⁊ altior fu-
it vniuerſo populo ab humero ⁊ ſurſū. Et ait
ſamuel ad omnem populū. Certe videtis quē
elegit dominus. qm̄ non ſit ſimilis illi in omni
populo. Et clamauit omnis populꝰ. ⁊ ait. Vi
uat rex. Locutus eſt aūt ſamuel ad populū le-
gem regni. ⁊ ſcripſit in libro: ⁊ repoſuit coram
domino. Et dimiſit ſamuel oēm populum. ſin-
gulos in domū ſuā. Sed ⁊ ſaul abijt in domū
ſuam in gabaa. Et abijt cū eo pars exercitus:
quoꝝ tetigerat deꝰ corda. Filij vero belial di-
xerūt. Nū ſaluare nos poterit iſte. Et deſpexe
rūt eū. ⁊ nō attulerūt ei munera. Ille vo diſſi
mulabat ſe audire. XI

Et factū ē quaſi poſt menſem. aſcendit
naas ammonites. et pugnare cepit ad
uerſū iabes galaad. dixerūtqꝫ omnes
viri iabes ad naas. Habeto nos federatos et
ſeruiemus tibi. Et rn̄dit ad eos naas ammoni
tes. In hoc feriā vobiſcū fedus. vt eruā oīum
vrm oculos dextros: ponāqꝫ vos opprobriū
in vniuerſo iſrł. Et dixerūt ad eum ſeniores ia
bes. Cōcede nobis ſeptē dies. vt mittamꝰ nun

cios ad vniuerſos terminos iſrael. ⁊ ſi nō fue/
rit qui defendat nos egrediemur ad te. Vene/
rūt ergo nūcij in gabaa ſaulis. ⁊ locuti ſūt vba
hec audiēte ppl'o. Et leuauit oīs ppl's vocē ſuā
⁊ fleuit. Et ecce ſaul veniebat ſequēs boues de
agro. ⁊ ait. Quid hꝫ ppl's ꝙ plorat? Et narra
uerunt ei verba viroꝝ iabes. Et inſiluit ſpūs
dñi in ſaul cū audiſſet hec vba: ⁊ irat9 eſt furor
eius nimis. Et aſſumēs vtrūqꝫ bouē concidit
in fruſtra: miſitqꝫ in oēs terminos iſrl' in ma/
nū nūcioꝝ dicēs: Quicūqꝫ nō exierit. ⁊ ſecut9
fuerit ſaul ⁊ ſamuel: ſic fiet bobus eius. Inua/
ſit ergo timor dñi ppl'm. ⁊ egreſſi ſūt quaſi vir
vn9 ⁊ recēſuit eos in bezeth. Fueruntqꝫ filioꝝ
iſrael trecēta milia viroꝝ aūt iuda triginta mi/
lia. Et dixerūt nūciis q venerāt. Sic dicetis vi
ris qui ſūt in iabes galaad. Cras erit vobis ſa
lus cum incaluerit ſol. Venerūt ergo nuncij et
nūciauerūt viris iabes. Qui letati ſunt ⁊ dixe/
runt: Mane exibimus ad vos. ⁊ facietꝭ nobis
oē qđ placuerit vobis. Et factū ē cū dies craſti
nus veniſſet: cōſtituit ſaul populū in tres ꝑtes
Et ingreſſus ē media caſtra in vigilia matuti/
na. ⁊ percuſſit āmon vſqꝫ dū incaleſceret dies
reliq aūt ſunt diſperſi ita vt nō relinqrēt ex eis
duo pariter. Et ait ppl's ad ſamuelē. Quis eſt
iſte q dixit: ſaul nō regnabit ſuꝑ nos? Date vi
ros ⁊ interficiem9 eos. Et ait ſaul. Nō occidet
qſqꝫ in die hac: qꝛ hodie fecit dñs ſalutē in iſrl'.
Dixit aūt ſamuel ad populū. Venite et eamus
in galgala. ⁊ innouemus ibi regnū. Et perexit
oīs ppl's in galgala ⁊ fecerūt ibi regē ſaul corā
dño in galgala. Et imolauerūt ibi victimas pa
cificas corā dño. Et letatus eſt ibi ſaul ⁊ cuncti
viri iſrahel nimis. XII

Dixit autē ſamuel ad vniuerſū iſrahel.
Ecce audiui vocē vēſtrā iuxta omnia
que locuti eſtis ad me. ⁊ cōſtitui ſuper
vos regē. Et nunc rex gradit ante vos. Ego
aūt ſenui ⁊ incanui. Porro filij mei vobiſcum
ſūt. Itaqꝫ cōuerſat9 corā vobis ab adoleſcentia
mea vſqꝫ ad hāc diē ecce ꝓſto ſū. Loquimini de
me corā dño ⁊ corā xp̄o ei9: vtrū bouē cuiuſqꝫ
tulerim aut aſinū: ſi quēqꝫ calūniatus ſū: ſi op/
preſſi aliquē: ſi de manu cuiuſqꝫ munus accepi
⁊ cōtēpnā illud hodie reſtituāqꝫ vobis. Et di
xerūt: Nō es calūniatus nos: neqꝫ oppreſſiſti
neqꝫ tuliſti de manu alicuius quippiā. Dixitqꝫ
ad eos: Teſtis ē domin9 aduerſum vos et te/
ſtis chriſtus eius in die hac: qꝛ non inueneritis
in manu mea quippiam. Et dixerūt: Teſtis.
Et ait ſamuel ad populum: Domin9 qui fecit
moyſen ⁊ aaron. ⁊ eduxit pr̄es nr̄os de terra
egypti. adeſt. Nūc ergo ſtate vt iudicio cōten
dam aduerſū vos corā dño: de omnib9 miſeri/
cordijs dñi q̄s fecit vobiſcū ⁊ cū patrib9 veſtris
quomō iacob ingreſſus eſt in egyptū. ⁊ clama
uerūt patres veſtri ad dñm. ⁊ miſit dñs moy/
ſen ⁊ aaron. ⁊ eduxit pr̄es veſtros de egypto.
⁊ collocauit eos in loco hoc. Qui obliti ſūt dñi
dei ſui ⁊ tradidit eos in manus ſyſare magiſtri
militie aſor. ⁊ in manu philiſtinoꝝ. ⁊ in manu
regis moab. ⁊ pugnauerūt aduerſū eos. Po
ſtea aūt clamauerūt ad dñm ⁊ dixerūt. Pecca/
uimus: qꝛ dereliquim9 dominū. ⁊ ſeruiuimus
baalim ⁊ aſtaroth. Nūc ergo erue nos d' māu
inimicoꝝ noſtroꝝ. ⁊ ſeruiem9 tibi. Et miſit do
minus hierobaal ⁊ badan ⁊ barach ⁊ iepte ⁊ ſa
muel. ⁊ eruit vos de manu inimicoꝝ veſtroꝝ
per circuitū. ⁊ habitaſtis cōfidēter. Videntes
aūt ꝙ naas rex filioꝝ ammon veniſſet aduer/
ſum vos: dixiſtis mihi. nequaqꝫ: ſꝫ rex impa/
bit nobis cū dñs de9 veſter regnaret in nobis
Nūc ergo ꝓſto ē rex vr̄ quē elegiſtis ⁊ petiſtis
Ecce dedit vobis dñs regē. Si timueritꝭ dñm
⁊ ſeruieritis ei. ⁊ audieritis vocē eius: ⁊ nō ex
aſperaueritis os dñi: eritis ⁊ vos ⁊ rex q impe
rat vobis ſequētes dñm deū vr̄m. Si aūt non
audieritis vocē dñi: ſed exaſpaueritis ſermo
nes ei9. erit manus dñi ſuꝑ vos ⁊ ſuꝑ patres
veſtros. Sed ⁊ nūc ſtate ⁊ videte rem iſtā grā
dem quam factur9 ē dñs i cōſpectu veſtro. Nū
qđ nō meſſis triticī eſt hodie. Inuocabo domi
nū ⁊ dabit voces ⁊ pluuias. ⁊ ſcietis ⁊ videbitꝭ
qꝛ grande malū feceritis vobis in cōſpectu dñi
petentes ſuper vos regem. Et clamauit ſamu
el ad dominū. ⁊ dedit dñs voces ⁊ pluuias in il
la die. Et timuit oīs populus nimis dominum
⁊ ſamuelem. Et dixit vniuerſus populus ad ſa
muelem. Ora ꝓ ſeruis tuis ad dñm deū tuum
vt non moriamur. Addidimus enī vniuerſis
peccatis noſtris malū. vt peteremus nobis re
gē. Dixit aūt ſamuel ad populū. Nolite timeꝛ
Vos feciſtis vniuerſum malum hoc. Verūtñ
nolite recedere a tergo dñi. ſed ſeruite dño i oī
corde veſtro. ⁊ nolite declinare poſt vana que
non ꝓderūt vobis: neqꝫ eruent vos. qꝛ vana
ſūt ⁊ non derelinquet dñs populū ſuū ꝓpter no
men ſuū magnū: qꝛ iurauit dñs facere vos ſibi
ppl'm. Abſit aūt a me hoc pctm̄ i dño vt ceſſem
orare ꝓ vobis. ⁊ docebo vos viā bonā ⁊ rectā
Igitꝛ timete dñm ⁊ ſuite ei in veritate. ⁊ ex to/
to corde vr̄o. Vidiſtis enī magnifica q̄ i vobis
geſſerit dñs. Quod ſi ꝑſeueraueritis in malitia: ⁊

vos ⁊ rex veſter pariter peribitis.

XIII

Filius vnius anni erat ſaul cũ regnare cepiſſꝫ: duobus autem annis regnauit ſuper iſrael. Et elegit ſibi ſaul tria milia de iſrael. Et erant cũ ſaul duo milia in machmas ⁊ in mõte bethel. mille aũt cũ ionatha ĩ gabaa beniamin. Porro ceteꝝ populũ remiſit vnũquẽqꝫ in tabernacula ſua. Et ꝑcuſſit ionathas ſtationem philiſtinoꝝ que erat in gabaa. Quod cũ audiſſent philiſtijm. ſaul cecinit buccina in omni terra dicens. Audiant hebrei. Et vniuerſus iſrael audiuit huiuſcemodi famã: ꝑcuſſit ſaul ſtationẽ philiſtinoꝝ. Et erexit ſe iſrael aduerſus philiſtijm. Clamauit ergo populꝰ poſt ſaul in galgala. ⁊ philiſtijm cõgregati ſũt ad ꝓliandũ ꝯtra iſrael. triginta milia curruum ⁊ ſex milia eqtũ. ⁊ reliquũ vulgꝰ ſicut arena q̃ ẽ in littore maris plurima. Et aſcendẽtes caſtrametati ſunt in machmas ad oriẽtem bethauen. Quod cum vidiſſent viri iſrael ſe in arto poſitos afflictus enim erat populus. abſconderũt ſe ĩ ſpeluncis ⁊ in abditis. in petris quoqꝫ ⁊ in antris ⁊ in ciſternis. Hebrei aũt trãſierũt iordanem in terrã gad ⁊ galaad. Cũqꝫ adhuc eſſet ſaul ĩ galgala. vniuerſus pplˢ ꝑterritꝰ eſt q ſequebatur eũ. ⁊ expectauit ſeptẽ diebus iuxta placitũ ſamuelis. ⁊ non venit ſamuel in galgala. Dilapſuſqꝫ eſt populus ab eo. Ait ergo ſaul. Afferte mihi holocauſtũ ⁊ pacifica. ⁊ obtulit holocauſtũ. Cũqꝫ cõpleſſet offerens holocauſtum. ecce ſamuel veniebat. ⁊ egreſſus eſt ſaul obuiam ei vt ſalutaret eũ. Locutuſqꝫ eſt ad eũ ſamuel. Quid feciſti. Rñdit ſaul. Quia vidi ꝙ populus dilaberet̃ a me. ⁊ tu non veneras iuxta placitos dies. Porro philiſtijm cõgregati fuerant in machmas. dixi. Nũc deſcendent philiſtijm ad me in galgala. ⁊ faciẽ domini non placaui. Neceſſitate cõpulſus: obtuli holocauſtũ domino. Dixitqꝫ ſamuel ad ſaul. Stulte egiſti nec cuſtodiſti mandata domini dei tui q̃ ꝓcepi tibi. Quod ſi non feciſſes: iã nũc ꝓparaſſet dominꝰ regnũ tuũ ſuper iſrael in ſempiternũ. Sed nequaq̃ꝫ regnũ tuũ vltra conſurget. Queſiuit dñs ſibi viꝝ iuxta cor ſuum. ⁊ ꝓcepit ei dñs vt eẽt dux ſup pplm ſuũ. eo ꝙ nõ ſeruaueris que ꝓcepit dñs. Surrexit aũt ſamuel. ⁊ aſcendit de galgalis in gabaa beniamin. ⁊ reliq ppli aſcẽderũt poſt ſaul obuiã populo qui expugnabãt eos venientes de galgala in gabaa in colle beniamin. ⁊ recenſuit ſaul pplm q inuẽti fuerãt cũ eo quaſi ſexcẽtos viros. ⁊ ſaul ⁊ ionathas filiꝰ eiꝰ ppluſqꝫ q inuẽtꝰ fuerat cũ eis erat in gabaa beniamin. Porro philiſtijm conſederãt ĩ machmas. ⁊ egreſſi ſũt ad ꝓliandũ de caſtris philiſtinoꝝ tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra viam effraim ad terram ſaul. Porro alius ingrediebatur ꝑ viam bethoron. Tertius autẽ verterat ſe ad iter termini in terra ſabaa: imminentis vallis ſeboim contra deſertum. Porro faber ferrarius non inueniebat̃ in omni terra iſrael. Cauerãt enim philiſtijm: ne forte facerent hebrei gladium aut lanceam. Deſcẽdebat ergo omnis iſrael ad philiſtijm vt acueret vnuſquiſqꝫ vomerem ſuum ⁊ ligonem ⁊ ſecurim ⁊ tridentem ⁊ ſarculũ. Retuſe itaqꝫ erãt acies vomeꝝ ⁊ ligonũ ⁊ tridentiũ ⁊ ſecuriũ vſqꝫ ad ſtimulũ corrigẽdũ. Cũqꝫ veniſſet dies ꝓlij nõ ẽ inuentꝰ enſis ⁊ lãcea in manu totius populi q erat cũ ſaul ⁊ ionatha. excepto ſaul ⁊ ionatha filio eiꝰ. Egreſſa eſt aũt ſtatio philiſtijm vt trãſcẽderet in machmas.

XIIII

Et accidit in quadã die vt diceret ionathas filius ſaul ad adoleſcentem armigeꝝ ſuũ. Veni ⁊ tranſeamus ad ſtationem philiſtinoꝝ que eſt trans locũ illũ. Patri aũt ſuo hoc ipm nõ indicauit. Porro ſaul morabat̃ ĩ extrema parte gabaa ſub malogranato que erat in agro gabaa. Et erat populus cũ eo quaſi ſexcẽtoꝝ virorum. Et achias filiꝰ achitob fratris ichabod filij phinees q ortus fuerat ex heli ſacerdote dñi in ſylo portabat ephot. Sed ⁊ populus ignorabat quo iſſet ionathas. Erãt aũt inter aſcẽſus ꝑ quos nitebat̃ ionathas trãſire ad ſtationem philiſtinoꝝ eminẽtes petre ex vtraqꝫ parte. ⁊ quaſi in modum dentiũ ſcopuli hinc inde prerupti. Nomẽ vni boſes. ⁊ nomẽ alteri ſene. Vnus ſcopulus ꝓminẽs ad aqlonẽ ex aduerſo machmas. ⁊ alter ad meridiẽ cõtra gabaa. Dixit aũt ionathas ad adoleſcẽtẽ armigeꝝ ſuũ. Veni trãſeamꝰ ad ſtationem incircũciſoꝝ hoꝝ. ſi forte faciat dñs ꝓ nobis. q: nõ ẽ dño difficile ſaluare vel in multis vel in paucis. Dixitqꝫ ei armiger ſuꝰ. Fac oia q̃ placent aĩo tuo. Perge quo cupis. ⁊ ero tecũ vbicũqꝫ volueris. Et ait ionathas. Ecce nos tranſimꝰ ad viros iſtos. Cũqꝫ apparuerimꝰ eis. ſi talit̃ locuti fuerint ad nos. manete donec veniamus ad vos ſtemus in loco noſtro: nec aſcẽdamus ad eos. Si aũt dixerint aſcẽdite ad nos: aſcendamꝰ ad eos: q: tradidit eos dñs in manibꝰ noſtris. Hoc erit nobi ſignũ. Apparuit igit̃ vterqꝫ ſtationi philiſtinoꝝ. Dixeruntqꝫ philiſtijm En hebrei egrediunt̃ de cauernis in qbꝰ abſcõditi fuerãt. Et locuti ſũt viri de ſtatiõe ad ionathã

than ⁊ ad armigerū eius. dixerūtqꝫ. Aſcendite
ad nos: ⁊ oſtēdemus vobis reꝫ. Et ait ionathas
ad armigerū ſuū. Aſcendamus. Sequere me.
Tradidit. n. dñs eos i manus iſrl'. Aſcēdit aūt
ionathas manibus ⁊ pedibꝰ reptās. ⁊ armiger
eius poſt eū. Itaqꝫ cū vidiſſent faciem ionathe
alij cadebāt an̄ ionathan: alios armiger eius in
terficiebat. ſequens eū. Et facta eſt plaga prima
quā pcuſſit ionathas ⁊ armiger eius qſi viginti
viroꝝ: in media pte iugeris: quam par boū, in
die arare conſueuit. Et factuꝫ eſt miraculum in
caſtris ⁊ p agros. Sed ⁊ oīs ppl's ſtationis eo
rum q ierant ad p̄dandū obſtupuit. ⁊ cōturbata
ſunt caſtra. Et accidit qſi miraculum a deo. Et
reſpexerūt ſpeculatores ſaul q erāt in gabaa be
niamin. ⁊ ecce multitudo proſtrata. ⁊ huc illuc/
qꝫ diffugiens. Et ait ſaul populo qui erat cum
eo. Reqrite ⁊ videte quis abierit ex nobis. Cū
qꝫ reqſiſſent. repertū eſt non adeſſe ionathan ⁊
armigerū eius. Et ait ſaul ad achiam. Applica
archam dñi. Erat. n. ibi archa dñi in die illa cū
filijs iſrael. Cūqꝫ loq̄ret ſaul ad ſacerdotem. tu
multus magnꝰ exortus ē in caſtris philiſtinoꝝ
Creſcebatqꝫ paulatim. ⁊ clarius reſonabat. Et
ait ſaul ad ſacerdotem. Cōtrahe manum tuam.
Cōclamauit ergo ſaul ⁊ oīs ppl's qui erat cū eo
⁊ venerunt vſqꝫ ad locum certaminis. Et ecce
v̄ſus fuerat gladius vniuſcuiuſqꝫ ad ꝓximuꝫ
ſuū. ⁊ cedes magna nimis. Sed ⁊ hebrei q fue
rant cum philiſtijm heri ⁊ nudiuſtertius aſcen
derantqꝫ cū eis in caſtris. reuerſi ſunt vt eſſent
cum iſrael ⁊ his qui erant cum ſaul ⁊ ionathan
Oēs quoqꝫ iſrahelite qui ſe abſconderāt i mō/
te effraim audiētes q fugiſſent philiſtei: ſocia/
uerūt ſe cū ſuis in p̄lio. Et erant cū ſaul quaſi d
cem milia virorum: ⁊ ſaluabit dñs deus iſrael.
in die illa. Pugna autē puenit vſqꝫ ad betha/
uen. Et viri iſrl' ſociati ſunt ſibi in die illa. Ad
iurauit aūt ſaul ppl'm dicēs. Maledictus vir q
comederit panē vſqꝫ ad veſperam donec vlci/
ſcar de inimicis meis. Et non manducauit vni
uerſus populus panē. Omneſqꝫ terre vulgus
venit in ſaltū: i quo erat mel ſup faciēꝫ agri. In
greſſus eſt itaqꝫ ppl's ſaltum. ⁊ apparuit fluēs
mel: nulluſqꝫ applicuit manū ad os ſuū. Time
bat enī populus iuramentuꝫ. Porro ionathas
nō audierat cū adiuraret pater eius populū. Ex
tenditqꝫ ſūmitatē v̄ge quā habebat in manu ⁊
intinxit in fauū mellis. Et conuertit manū ſuaꝫ
ad os ſuū. ⁊ illuminati ſunt oculi eius. Reſpon
denſqꝫ vnꝰ d populo ait. Iure iurando cōſtrin
xit pater tuus populum dicens. Maledictꝰ vir
q comederit panē hodie. Defecerat āt populꝰ
Dixitqꝫ ionathas. Turbauit pr̄ meus terram
Vidiſtis ipſi q: illuminati ſunt oculi mei. eo q
guſtaueri paululū de melle iſto: quāto magis ſi
comediſſet ppl's de p̄da inimicoꝝ ſuorū quam
repperit. Nōne maior plaga facta fuiſſet i phi
liſtijm. Percuſſerunt ḡ in die illa philiſteos a
machmis vſqꝫ i haialon. Defatigatꝰ ē aūt ppl's
nimis. ⁊ verſus ad predā tulit oues ⁊ boues ⁊
vitulos. ⁊ mactauerūt i terra. Comeditqꝫ po/
pulꝰ cū ſanguine. Nūciauerūt aūt ſauli dicētes
q ppl's peccaſſet dño comedēs cum ſanguine.
Qui ait. Preuaricati eſtis. Voluite ad me iā
nūc ſaxū grande. Et dixit ſaul. Diſpgamini in
vulgꝰ ⁊ dicite eis vt adducat ad me vnuſqſqꝫ
bouē ſuū ⁊ arietē. ⁊ occidite ſuper iſtud ⁊ veſci
mini ⁊ nō peccabitis domino comedētes cum
ſanguine. Adduxit itaqꝫ oīs ppl'us vnuſqſqꝫ
bouē in manu ſua vſqꝫ ad noctē. ⁊ occiderunt
ibi. Edificauit aūt ſaul altare domino. Tūcqꝫ
primuꝫ cepit edificare altare domino. Et dixit
ſaul. Irruamus ſuper philiſteos nocte. et va/
ſtemus eos vſqꝫ dū illuceſcat mane: nec relin/
quamus ex eis viꝝ. Dixitqꝫ populus. Omne
quod bonū tibi videt̄ in oculis tuis. fac. Et ait
ſacerdos. Accedamus huc ad deū. Et conſulu
it ſaul dominū dicens. Nū pſequar philiſtijm
Si trades eos in manu iſrael. Et nō reſpōdit
ei in die illa. Dixitqꝫ ſaul. Applicate huc vni/
uerſos angulos populi ⁊ ſcitote ⁊ videte p quē
acciderit hoc peccatū hodie. Viuit dñs ſaluator iſ
rael. q: ſi per ionathan filiū meū factū ē. abſqꝫ
retractatōe morieť. Ad qḋ nullꝰ cōtradixit ei d
oī populo. Et ait ad vniuerſū iſrael. Separa/
mini vos in partē vnaꝫ: ⁊ ego cū ionatha filio
meo ero in parte altera. Reſponditqꝫ populus ad
ſaul. Qḋ bonum tibi videt̄ in oculis tuis. fac.
Et dixit ad dominū deū iſrael. Domine deus
iſrl' da iudiciū: qd ē q non reſpōderis ſuo tuo ho
die. Si in me aut in ionatha filio meo ē iniqui/
tas hec da oſtenſionē. Aut ſi hec iniqtas ē i po
pulo tuo. da ſanctitatē. Et deꝓhenſus eſt iona
thas ⁊ ſamuel: ppl's āt exiuit. Et ait ſaul. Mit
tite ſortem inter me ⁊ inter ionathan filiū meū.
Et captus eſt ionathas. Dixit aūt ſaul ad iona
thā. Indica mihi qd feceris. Et indicauit ei io
nathas ⁊ ait. Guſtans guſtaui in ſummitate
virge que erat in manu mea paululum mellis
Et ecce ego morior. Et ait ſaul. Hec faciat mi
hi deꝰ. ⁊ hec addat: q: morte morieris ionatha
Dixitqꝫ populus ad ſaul. Ergo ne ionathas
morieť. q: fecit ſalutem hanc magnam in iſrael

Hoc nephas ē. Viuit dominꝰ: ſi ceciderit ca/
pillus de capite eiꝰ i terrā: q2 cū deo opatꝰ ē ho
die. Liberauit ḡ ppl's ionathan vt nō moreret̄.
Receſſitq3 ſaul: nec pſecutꝰ ē philiſtijm. Por
ro philiſtijm abierūt in loca ſua. Et ſaul confir
mato regno ſuper iſrael pugnabat p circuitum
aduerſū oēs inimicos eius. ꝯtra moab ⁊ filios
āmon ⁊ edom ⁊ reges ſoba ⁊ philiſteos. ⁊ quo
cūq3 ſe verterat ſupabat. Cōgregatoq3 exerci
tu pcuſſit amalech. et eruit iſrl' de manu vaſta
toꝝ eiꝰ. Fuerūt aūt filij ſaul: ionathas ⁊ ieſui
⁊ melchiſua. Et noia duaꝝ filiaꝝ eiꝰ nomen p
mogenite merob. ⁊ nomen minoris michol. ⁊
nomen vxoris ſaul achinoem filia achimaas.
Et nomen pncipis militie eius abner filiꝰ ner
patruelis ſaul. Porro cis fuit pater ſaul. ⁊ ner
pater abner filius abiel. Erat aūt bellū potēs
aduerſū philiſteos: oibus diebus ſaul. Nam
quēcūq3 viderat ſaul viꝝ fortē ⁊ aptū ad ꝓliū:
ſociabat eū ſibi. XV

Et dixit ſamuel ad ſaul. Me miſit dn̄s
vt vngerem te in regem ſuper populū
eius iſrl'. Nūc ergo audi vocē domini
Hec dicit dn̄s exercituū. Recēſui q̄cūq3 fecit
amalech iſraheli quomodo reſtitit ei in via cū
aſcenderet de egypto. Nūc ergo vade ⁊ percu
te amalech. ⁊ demolire vniuerſa eiꝰ. Nō par/
cas ei ⁊ nō ꝯcupiſcas ex rebꝰ ip̄ius aliqd. ſ3 inter
fice a viro vſq3 ad mulierem. ⁊ paruulum atq3
lactantem. bouē ⁊ ouē. camelū ⁊ aſinū. Prece
pit itaq3 ſaul populo. ⁊ recenſuit eos q̄ſi agnos
ducenta milia peditum. ⁊ decē milia viroꝝ
iuda. Cūq3 veniſſet ſaul vſq3 ad ciuitatē ama/
lech: tetendit inſidias in torrente. Dixitq3 ſaul
cineo. Abite. recedite. atq3 diſcedite ab ama/
lech: ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fe
ciſti miſericordiam cū oibus filijs iſrael: cum
aſcenderent de egypto. Et receſſit cineus d' me
dio amalech. Percuſſitq3 ſaul amalech ab eui
la: donec venias ſur que eſt e regione egypti.
Et apprehendit agag regem amalech viuum.
Omne aūt vulgus interfecit in ore gladij. Et
pepercit ſaul ⁊ ppl's agag. ⁊ optimis gregibus
ouiū ⁊ armentoꝝ ⁊ veſtibꝰ ⁊ arietibꝰ ⁊ vniuer
ſis que pulchra erant. nec voluerūt diſperdere
ea. Quicqd ergo vile fuit ⁊ reprobū: hoc demo
liti ſūt. Factū ē aūt verbū dn̄i ad ſamuel dicens
Penitet me q2 cōſtituerim ſaul regē. q2 dereli
qt me. ⁊ verba mea ope nō ipleuit. Cōtriſtatuſ
q3 ē ſamuel. ⁊ clamauit ad dn̄m tota nocte. Cū
q3 d' nocte ſurrexiſſet ſamuel vt iret ad ſaul ma
ne: nūciatū eſt ſamueli eo q2 veniſſet ſaul in car
melū. ⁊ erexiſſet ſibi fornicem triūphalem. ⁊ re
uerſus tranſiſſet: deſcēdiſſetq3 in galgala. Ve
nit ergo ſamuel ad ſaul. ⁊ ſaul offerebat holo/
cauſtum dn̄o de initijs predaꝝ que attulerat ex
amalech. Et cum veniſſet ſamuel ad ſaul. dixit
ei ſaul. Benedictus tu domino. Impleui ver
bū domini. Dixitq3 ſamuel. Et que ē hec vox
gregū q̄ reſonat i auribꝰ meis. ⁊ armētoꝝ quā
ego audio. Et ait ſaul. De amalech adduxerūt
ea. Pepercit eni ppl's melioribꝰ ouibus ⁊ ar/
mentis vt imolarent̄ dn̄o deo tuo: reliqua vo
occidimus. Ait aūt ſamuel ad ſaul. Sine me ⁊
indicabo tibi que locutus ſit dominꝰ ad me no/
cte. Dixitq3 ei. Loquere. Et ait ſamuel. Non
ne cū paruulus eſſes i oculis tuis. caput in tri/
bubus iſrael factus es. Vnxitq3 te dn̄s in regē
ſup iſrael ⁊ miſit te dn̄s in viā. ⁊ ait. Vade ⁊ in/
terfice peccatores amalech ⁊ pugnabis contra
eoſ vſq3 ad internitionē eoꝝ. Quare ḡ nō au/
diſti vocē dn̄i. ſed verſus ad predā es. ⁊ feciſti
malū in oculis dn̄i. Et ait ſaul ad ſamuelē. Im
mo audiui vocē dn̄i. ⁊ ambulaui in via p quā
miſit me dominus. ⁊ adduxi agag regem ama
lech. ⁊ amalech interfeci. Tulit aūt de pda po/
pulus oues ⁊ boues pmitias eoꝝ que ceſa ſunt
vt imolet dn̄o deo ſuo in galgalis. Et ait ſamu
el. Nūqd vult dominus holocauſta aut victi/
mas ⁊ nō potius vt non obediat̄ voci domini.
Melior ē enim obediētia q̄3 victime. ⁊ auſcul
tare magis q̄3 offerre adipē arietū: quoniā qua
ſi peccatū ariolandi eſt repugnare. ⁊ quaſi ſcelus
idolatrie nolle acquieſcere. Pro eo ergo q2 ab
ieciſti ſermonem domini: abiecit te dn̄s ne ſis
rex. Dixitq3 ſaul ad ſamuelem. Peccaui. q2 p
uaricatus ſū ſermonē domini. ⁊ verba tua. ti/
mens ppl'm. ⁊ obediens voci eoꝝ. Sed nunc
porta queſo peccatū meū. ⁊ reuertere mecū vt ado
rē dn̄m. Et ait ſamuel ad ſaul. Nō reuertar te
cū. q2 pieciſti ſermonē dn̄i: ⁊ piecit te dn̄s. ne
ſis rex ſup iſrael. Et ꝯuerſus eſt ſamuel vt abi
ret. Ille aūt apprehendit ſūmitatē pallij eiꝰ que
⁊ ſciſſa eſt. Et ait ad eū ſamuel. Scidit dn̄s re/
gnū iſrael a te hodie. ⁊ tradidit illud proximo tuo
meliori te. Porro triūphator in iſrael non par
cet. ⁊ penitudine non flectet̄. Neq3 eni homo
ē vt agat pniam. At ille ait. Peccaui. S3 nūc
honora me corā ſenioribꝰ ppl'i mei ⁊ corā iſrael
⁊ reuertere mecū vt adorē dn̄m deū tuum. Re
uerſus ergo ſamuel. ſecutus ē ſaulē. Et adora
uit ſaul dn̄m. Dixitq3 ſamuel. Adducite ad me
agag regem amalech. Et oblatus eſt ei agag
pinguiſſimꝰ tremens. Et dixit agag. Siccine

ſeparat amara mors. Et ait ſamuel. Sicut fecit
abſqꝫ liberis mulieres gladius tuus: ſic abſqꝫ
liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fru/
ſta concidit eum ſamuel corā dn̄o in galgalis
Abijt aūt ſamuel in ramatha: ſaul vero aſcen/
dit in domum ſuā in gabaa. Et nō vidit ſamuel
vltra ſaul vſqꝫ in diē mortis ſue. Verūtamen
lugebat ſamuel ſaul: qm̄ dn̄m penitebat ꝙ
ꝯſtituiſſet regē ſaul ſuper iſrael. XVI.

DIxitqꝫ dn̄s ad ſamuelē. Vſqꝫquo tu lu
ges ſaul: cū ego ꝓiecerim eū ne regnet
ſuper iſrael. Imple cornu tuum oleo: ⁊
veni vt mittā te ad iſai bethleemiten. Prouidi
enim in filijs eius mihi regem. Et ait ſamuel.
Quō vadam. Audiet enim ſaul. ⁊ interficiet
me. Et ait dominus: Vitulum de armento tol
les in manu tua ⁊ dices. Ad imolandū dn̄o
veni. Et vocabis iſai ad victimā. Et ego oſtē/
dam tibi qd facias: ⁊ vnges quecūqꝫ mōſtrauero
tibi. Fecit ġ ſamuel ſicut locutus eſt ei domi/
nus. Venitqꝫ in bethleē. Et ām irati ſūt ſenio/
res ciuitatis. occurrentes ei. Dixeruntqꝫ. Pa
cificus ne eſt ingreſſus tuus. Et ait. Pacificꝰ
Ad imolandū dn̄o veni. Sanctificamini: ⁊
venite mecū vt imolē. Scificauit ergo iſai ⁊ fi/
lios eius. ⁊ vocauit eos ad ſacrificiū. Cumqꝫ in
greſſi eſſent. vidit heliab ⁊ ait. Nū corā dn̄o
eſt chriſtꝰ eius. Dixit dominꝰ ad ſamuelē. Ne
reſpicias vultū eius. neqꝫ altitudinē ſtature eiꝰ
qm̄ abieci eū: nec iuxta intuitū hoīs ego iudico.
Homo enī videt ea q̄ parēt. dominus aūt intuet
cor. Et vocauit iſai aminadab ⁊ adduxit eū co/
rā ſamuel. Qui dixit. Nec hunc elegit dominꝰ
Adduxit aūt iſai ſamma. de quo ait. Etiā hunc
nō elegit dominꝰ. Adduxit itaqꝫ iſai ſeptē filios
ſuos corā ſamuel. Et ait ſamuel ad iſai. Nō ele
git dominꝰ ex iſtis. Dixitqꝫ ſamuel ad iſai. Nū
qd iam cōpleti ſunt filij. Qui reſpōdit. Adhuc
reliquus ē paruulus. ⁊ paſcit oues. Et ait ſamu/
el ad iſai. Mitte. ⁊ adduc eū. Nec enim diſcū
bemus priuſqꝫ huc ille veniat. Miſit ergo ⁊ ad
duxit eum. Erat aūt rufus ⁊ pulcher aſpectu de
coraqꝫ facie. Et ait dn̄s. Surge ⁊ vnge eum.
Ipſe ē enī. Tulit ergo ſamuel cornu olei. ⁊ vn
xit eū in medio fratrū eiꝰ. Et directus eſt ſpiritꝰ
dn̄i a die illa in dauid. ⁊ deinceps. Surgēſqꝫ ſa
muel abijt in ramatha. Spūs aūt domini receſ
ſit a ſaul: ⁊ exagitabat eum ſpiritus nequā a do
mino. Dixeruntqꝫ ſerui ſaul ad eum. Ecce ſpi
ritus dn̄i malus exagitat te. Iubeat dn̄s nr̄ rex.
⁊ ſerui tui q corā te ſunt. querēt hoīem ſcientem
pſallere cithara vt qū arripuerit te ſpūs domini
malus. pſallat manu ſua. ⁊ leuius feras. Et ait
ſaul ad ſeruos ſuos. Prouidete ergo mihi alt
quē bene pſallētē. ⁊ adducite eū ad me. Et re/
ſpōdēs vnꝰ de pueris ait: Ecce vidi filium iſai
bethleemitē ſciētē pſallere. ⁊ fortiſſimū robore
⁊ virū bellicoſū. ⁊ ꝓrudētē in verbis. ⁊ virum
pulchrū ⁊ dn̄s ē cū eo. Miſit ergo ſaul nūcios
ad iſai dicēs: Mitte ad me dauid filiū tuū qui ē
in paſcuis: Tulit itaqꝫ iſai aſinum plenū pani/
bus ⁊ lagenā vini. ⁊ hedū de capris vnū. ⁊ mi
ſit per manū dauid filij ſui ſauli. Et venit da/
uid ad ſaul. ⁊ ſtetit coram eo. At ille dilexit eū
nimis ⁊ factus eſt eius armiger. Miſitqꝫ ſaul
ad iſai dicens: Stet dauid in cōſpectu meo In
uenit enī grām in oculis meis. Igit̄ qñcunqꝫ
ſpūs domini malꝰ arripiebat ſaul dauid tolle/
bat citharam ⁊ percutiebat manu ſua: ⁊ refocil
labatur ſaul: ⁊ leuius habebat. Recedebat enī
ab eo ſpiritꝰ malus. XVII

COngregantes aūt philiſtijm agmina
ſua in preliū: cōuenerūt in ſochot iude
⁊ caſtrametati ſūt inter ſochot ⁊ azecha
in finibus domim. Porro ſaul ⁊ viri iſrahel
congregati: venerunt in valle terebinthi ⁊ di/
rexerūt aciem ad pugnandū contra philiſtijm
Et philiſtijm ſtabāt ſuper montē ex parte hac:
⁊ iſrael ſtabat ſupra mōtē ex altera pte: valliſqꝫ
erat inter eos. Et egreſſus ē vir ſpurius de ca
ſtris philiſtinoꝝ noīe goliath de geth: altitudi/
nis ſex cubitoꝝ ⁊ palmo. ⁊ caſſis erea ſuper ca
put eiꝰ ⁊ lorica hamata induebat̄. Porro pon/
dus lorice eiꝰ qnqꝫ milia ſicloꝝ eris erat ⁊ ocre
as ereas habebat in cruribꝰ. ⁊ clypeꝰ ereus te/
gebat humeros eiꝰ. Haſtile aūt haſte eiꝰ erat
quaſi liciatoriū texentiū. Ipſū aūt ferrum haſte
eius ſexcētos ſiclos habebat ferri. Et armiger
eius antecedebat eū. Stāſqꝫ clamabat aduerſū
phalangas iſrl̄. ⁊ dicebat eis. Quare veniſtis
parati ad preliū: Nūqd ego nō ſū philiſteus et
vos ſerui ſaul: Eligite ex vobis virum: ⁊ de/
ſcendat ad ſingulare certamē. Si quiuerit pu/
gnare mecū. ⁊ percuſſerit me: erimꝰ vobis ſui
Si aūt ego ꝑualuero ⁊ ꝑcuſſero eum: vos ſui
eritis. ⁊ ſeruietis nobis. Et aiebat philiſteus
Ego exprobaui agminibꝰ iſrael hodie. Date
mihi viꝝ. ⁊ ineat mecum ſingulare certamen.
Audiens aūt ſaul ⁊ omnes iſrahelite ſmones
philiſtei huiuſcemodi: ſtupebant ⁊ metuebant
nimis. Dauid autē erat filiꝰ viri effratei d̄ quo
ſupra dictū eſt de bethleē iuda cui nomen erat
iſai: q habebat octo filios. ⁊ erat vir in diebus
ſaul ſenex ⁊ grādeuꝰ inter viros. Abierūt autē

tres filij eius maiores poſt ſaul in prelium. Et
noïa triū filioꝝ eius q̄ pcerūt ad bellū: heliab
ꝑmogenitus. et ſecūdus aminadab. tertius q̄ꝫ
ſamma. Dauid aūt erat minimꝰ. Tribus ḡ ma
ioribus ſecutꝭ saulē: abijt dauid et reuerſus ē a
ſaul vt paſceret gregē p̄ris ſui i bethleē. Pꝛo
cedebat vo philiſteus mane et veſpe et ſtabat
quadraginta diebus. Dixit aūt iſai ad dauid fi
lium ſuū. Accipe f̄ribus tui ephi polēte et decē
panes iſtos. et curre in caſtra ad fratres tuos.
et decē formellas caſei. has deferes ad tribunū
Et f̄res tuos viſitabis ſi recte agāt et cū qbꝰ oꝛ
dinati ſunt diſce. Saul aūt et illi et oēs filij iſra
el in valle terebinthi pugnabant aduerſū phili
ſthijm. Surrexit itaqꝫ dauid mane. et cōmenda
uit gregem cuſtodi et onuſtus abijt ſicut pꝛece
perat ei iſai. Et venit ad locuꝫ magala et ad ex
ercitum. qui egreſſus ad pugnam vociferatus
erat in certamine. Direxerat enim aciem iſrael
ſed et philiſthijm ex aduerſo fuerāt ꝑparati. De
relinquēs ergo dauid vaſa q̄ attulerat ſub ma
nu cuſtodis ad ſarcinas. cucurrit ad locū certa
minis. et interrogabat ſi omnia recte agerent
erga fratres ſuos. Cūqꝫ adhuc ille loqueretur
eis apparuit vir ille ſpuriꝰ aſcēdēs goliad noie
philiſteus de geth: de caſtris philiſtinoꝝ. Et
loquēte eo hec eadē vba audiuit dauid. Oēs
aūt iſrahelite cum vidiſſent viꝝ fugerunt a facie
eius. timētes eū valde. Et dixit vnuſqſpiā de
iſrael. Nū vidiſti viꝝ hunc q̄ aſcendit. Ad ex
pꝛobrandum eni iſrael aſcendit. Viꝝ ḡ q̄ per/
cuſſerit eū. ditabit rex diuitijs magnis. ⁊ filiam
ſuā dabit ei. et domū p̄ris eius faciet abſqꝫ tri/
buto in iſrael. Et ait dauid ad viros q̄ ſtabant
ſecū dicens. Quid dabit̄ viro q̄ ꝑcuſſerit phili
ſteū hunc. et tulerit oppꝛobꝛiū de iſrael. Quis
ē eni hic philiſteus incircūciſus q̄ expꝛobrauit
aciē dei viuētis. Referebat aūt ei ppl's eundeꝫ
ſmonēꝫ dicens. Hec dabunt̄ viro q̄ ꝑcuſſerit
eum. Qd̄ cū audiſſet heliab frater eius maioꝛ
loquente eo cū alijs: iratus ē cōtra dauid. et ait
Quare veniſti et q̄re dereliq̄ſti pauculas oues
illas in deſerto. Ego noui ſuperbiam tuam et
nequitiam cordis tui: qꝛ vt videres pliū deſcen
diſti. Et dixit dauid. Quid feci. Numqd̄ non
verbū eſt. Et declinauit paululū ab eo ad aliū.
Dixitqꝫ eundem ſmonē. Et r̄ndit ei populus
verbum ſicut ꝓus. Audita ſunt autem verba
q̄ locutus ē dauid. et annūciata in ꝯſpectu ſaul
Ad quē cū fuiſſet adductus locutus ē ei. Non
ꝯcidat cor cuiuſq̄ꝫ i eo. Ego ſeruus tuus vadā
et pugnabo aduerſus philiſteū. Et ait ſaul ad
dauid. Nō vales reſiſtere philiſteo iſti nec ꝑpu
gnare aduerſus eum: quia puer es. Hic autē
vir bellatoꝛ eſt ab adoleſcentia ſua. Dixitqꝫ da
uid ad ſaul. Paſcebat ſeruus tuꝰ patrꝭ ſui gre
gem. ⁊ veniebat leo. vel vꝛſus ⁊ tollebat arietē
de medio gregis. ⁊ perſequebar eos ⁊ percutie
bam. eruebāqꝫ de oꝛe eoꝝ. Et illi cōſurgebant
aduerſum me. ⁊ appꝛehendebam mentum eo/
rum ⁊ ſuffocabā interficiebāqꝫ eos. Nā ⁊ leo/
nē ⁊ vꝛſū interfeci ego ſeruus tuus. Erit igit̄ ⁊
philiſteus hic incircūciſus quaſi vnus ex eis.
Nūc vadā ⁊ auferā oppꝛobꝛium populi. Quo
niā q̄s ē iſte philiſteꝰ incircūciſus: q̄ auſus ē male/
dicere exercitui dei viuentis. Et ait dauid. Do
minus q̄ eripuit me de manu leonis ⁊ de ma/
nu vꝛſi ipē me liberabit de manu philiſtei huiꝰ.
Dixit aūt ſaul ad dauid. Vade ⁊ dominꝰ tecuꝫ
ſit. Et induit ſaul dauid veſtimentis ſuis. ⁊ i/
poſuit galeam ereā ſuper caput eius. ⁊ veſtiuit
eū loꝛica. Accinctus ergo dauid gladio eiꝰ ſuꝑ
veſtē ſuam: cepit tēptare ſi armatus poſſet in/
cedere. Nō eni habebat ꝯſuetudinē. Dixitqꝫ
dauid ad ſaul. Nō poſſū ſic incedere: qꝛ nō vſū
habeo. Et depoſuit ea. Et tulit baculum ſuum
quē ſemꝑ habebat in manibꝰ. ⁊ elegit ſibi quin
qꝫ limpidiſſimos lapides de toꝛrente. ⁊ miſit
eos i perā paſtoꝛalem quam habebat ſecū. ⁊ fū
dam manu tulit. ⁊ proceſſit aduerſum philiſte/
um. Ibat aūt philiſteus incedens. ⁊ appꝛopin
quans aduerſum dauid. ⁊ armiger eiꝰ ante eū.
Cūqꝫ inſpexiſſet eū philiſteus ⁊ vidiſſet dauid
deſpexit eum. Erat aūt adoleſcens rufus ⁊ pul
cher aſpectu. Et dixit philiſteus ad dauid. Nū
quid ego canis ſum q̄ tu venis ad me cū bacu/
lo. Et maledixit philiſteus dauid in dijs ſuis.
Dixitqꝫ ad dauid. Veni ad me: ⁊ dabo carnes
tuas volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. Dixit autē
dauid ad philiſteum. Tu venis ad me cuꝫ gla
dio ⁊ haſta ⁊ clypeo: ego autem venio ad te in
nomine domini exercituū dei agminū iſrael q̄
bus expꝛobraſti hodie. ⁊ dabit te dñs in manu
mea. ⁊ percutiam te. ⁊ auferam caput tuuꝫ a te
Et dabo cadauera caſtroꝝ philiſthijm hodie vo
latilibus celi ⁊ beſtijs terre. vt ſciat omnis ter
ra: qꝛ ē dominus deus in iſrael. ⁊ nouerit vni
uerſa eccleſia hec qꝛ non in gladio nec in haſta
ſaluat dñs. Ipſius eni ē bellū. ⁊ tradet vos in
manus noſtras. Cū ergo ſurrexiſſet philiſteꝰ
⁊ veniret ⁊ appꝛopinquaret cōtra dauid: feſti/
nauit dauid. ⁊ occurrit ad pugnam ex aduerſo
philiſtei. Et miſit manū ſuā in perā. tuliqꝫ la/
pidē ⁊ fūda iecit. ⁊ ꝑcuſſit eū i frōte. ⁊ infixꝰ ē la/

pis in fronte eius: ⁊ cecidit in facie͂ ſuã ſup terã
Preualuitqꝫ dauid aduerſum philiſteum i fun
da ⁊ lapide. ꝑcuſſumqꝫ philiſteũ interfecit. Cũ
qꝫ gladium non haberet in manu dauid: cucur
rit ⁊ ſtetit ſuper philiſteum: ⁊ tulit gladium ei⁹
⁊ eduxit eum de vagina ſua: ⁊ īterfecit eũ. pre
ciditqꝫ caput eius. Videntes autẽ philiſtijm ꝙ
mortuus eſſet fortiſſimus eorũ fugerunt. Et cõ
ſurgens viri iſrael ⁊ iuda vociferati ſunt ⁊ per/
ſecuti ſunt philiſteos vſqꝫ dum venirent in val
lem ⁊ vſqꝫ ad portas accharon. Cecideruntqꝫ
vulnerati de philiſtijm ī via ſarim ⁊ vſqꝫ ad geth
⁊ vſqꝫ ad accharon. Et reuertentes filij iſrahel
poſtqꝫ perſecuti ſunt philiſteos inuaſerũt caſtra
eorum. Aſſumens autẽ dauid caput philiſtei.
attulit illud in ierl'm: arma vero eius poſuit in ta
bernaculo ſuo. Eo autẽ tpe quo viderat ſaul da
uid egredientem contra philiſteũ. ait ad abner
principem militie. De qua ſtirpe deſcendit hic
adoleſcẽs. Dixitqꝫ abner. Viuit anĩa tua rex
ſi noui. Et ait rex. Interroga tu cuius filius ſit
iſte puer. Cũqꝫ regreſſus eſſet dauid percuſſo
philiſteo. tulit eum abner ⁊ introduxit corã ſau
le: caput philiſtei hñtem in manu. Et ait ad eũ
ſaul. De qua progenie es o adoleſcẽs. Dixitqꝫ
dauid. Fili⁹ ſerui tui iſai bethleemite ego ſum.

¶ Capitulum. XVIII

ET factũ eſt cũ ꝯpleſſet loqui ad ſaul. aĩa
ionathe cõglutinata eſt aĩe dauid: ⁊ di/
lexit eũ ionathas q̃ſi aĩam ſuã. Tulitqꝫ
eum ſaul in die illa. ⁊ nõ ꝯceſſit ei vt reuerteret̃
in domum patris ſui. Inierunt autem dauid ⁊
ionathas fedus. Diligebat enim eũ q̃ſi animã
ſuã. Nã expoliauit ſe ionathas tunica qua erat ĩ
dutus. ⁊ dedit eam dauid ⁊ reliqua veſtimenta
ſua vſqꝫ ad gladiũ ⁊ arcum ſuũ. ⁊ vſqꝫ ad bal/
theum. Egrediebat̃ qꝫ dauid ad oĩa quecumqꝫ
miſiſſet eũ ſaul. ⁊ prudenter ſe agebat. Poſuit
qꝫ eum ſaul ſuper viros belli. ⁊ acceptus erat ĩ
oculis vniuerſi populi: maximeqꝫ in ꝯſpectu fa
mulorũ ſaul. Porro cũ reuerteret̃ ꝑcuſſo phili/
ſteo dauid: ⁊ ferret caput eius ĩ hieruſalẽ: egreſ
ſe ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus iſrael cã
tantes chorosqꝫ ducentes in occurſum ſaul re/
gis in tympanis letitie ⁊ in ſiſtris. ⁊ p̄cinebãt
mulieres ludentes: atqꝫ dicẽtes. Percuſſit ſa/
ul mille. ⁊ dauid decem milia. Iratus eſt autẽ
ſaul nimis. ⁊ diſplicuit in oculis eius iſte ſermo
Dixitqꝫ. Dederunt dauid decem milia. ⁊ mihi
mille dederunt. Quid ei ſupereſt niſi ſolum re
gnum. Nõ rectis ergo oculis ſaul aſpiciebat da
uid: a die illa ⁊ deinceps. Poſt diẽ autẽ alterã
inuaſit ſpiritus dei malus ſaul. ⁊ ꝓphetauit in
medio domus ſue. Dauid autem pſallebat ma
nu ſua ſicut per ſingulos dies. Tenebatqꝫ ſaul
lanceã ⁊ miſit eam: putans ꝙ ꝯfigere poſſet da
uid cũ pariete. Et declinauit dauid a facie ei⁹ ſe
cũdo. Et timuit ſaul dauid. eo ꝙ eẽt dñs cũ eo
⁊ a ſe receſſiſſet. Amouit ergo eũ ſaul a ſe. ⁊ fe/
cit eũ tribunũ ſuper mille viros. Et egrediebã
tur ⁊ intrabat in conſpectu populi. In omnib⁹
qꝫ vijs ſuis dauid prudenter agebat. et domi/
n⁹ erat cũ eo. Vidit itaqꝫ ſaul ꝙ prudens eſſet
nimis ⁊ cepit cauere eũ. Omis aũt iſrael ⁊ iuda
diligebat dauid. Ipſe aũt ingrediebat̃ ⁊ egre/
diebat̃ ante eos. Dixitqꝫ ſaul ad dauid. Ecce
filia mea maior merob. ipſam dabo tibi vxorẽ
tãtũmodo eſto vir fortis. ⁊ p̄liare bella domini
Saul aũt reputabat dicẽs. Nõ ſit manus mea in
eo: ſed ſit ſuper eũ man⁹ philiſtinorũ. Ait autẽ
dauid ad ſaul. Quis ego ſũ. aut q̃ eſt vita mea
aut cognatio patris mei in iſrael: vt fiam gener
regis. Factũ eſt aũt temp⁹ cũ deberet dari me/
rob filia ſaul dauid: data eſt hadrieli molathite
vxor. Dilexit aũt dauid michol filiam ſaul alte
ram. Et nũciatũ eſt ſaul. et placuit ei. Dixitqꝫ
ſaul. Dabo eam illi vt fiat ei in ſcandalũ. ⁊ ſit
ſuper eũ man⁹ philiſtinorũ. Dixitqꝫ ſaul ad da
uid. In duab⁹ gener me⁹ eris hodie. Et man/
dauit ſaul ſeruis ſuis. Loquimini ad dauid clã
me dicẽtes. ecce places regi. ⁊ omnes ſerui ei⁹
diligũt te. Nũc ergo eſto gener regis. et locuti
ſũt ſerui ſaul in aurib⁹ dauid omnia verba hec
Et ait dauid. Num parũ videtur vobis generũ
eſſe regis. Ego autẽ ſum vir pauper ⁊ tenuis.
Et renũciauerũt ſerui ſaul dicentes. Huiuſce/
modi verba locutus eſt dauid. Dixit autem ſa
ul. Sic loquimini ad dauid. Non habet rex ſpõ/
ſalia neceſſe niſi tm̃ centũ p̄putia philiſtinorũ
vt fiat vltio de inimicis regis. Porro ſaul co/
gitabat dauid tradere in manus philiſtinorum
Cũqꝫ renũciaſſet ſerui ei⁹ dauid verba que di/
xerat ſaul. placuit ſermo in oculis dauid vt fie/
ret gener regis. Et poſt paucos dies ſurgens
dauid. abijt in accharon cum viris qui ſub eo
erãt ⁊ ꝑcuſſit ex philiſtijm ducẽtos viros. ⁊ at
tulit eorũ p̄putia ⁊ annumerauit ea regi: vt eſſet
gener ei⁹. Dedit itaqꝫ ſaul ei michol filiã ſuam
vxorẽ. Et vidit ſaul. ⁊ intellexit ꝙ dñs eſſet cũ
dauid. Michol aũt filia ſaul diligebat eũ. Et ſa
ul magis cepit timere dauid. Factũ ē ſaul inimi
cus dauid cũctis diebus. Et egreſſi ſũt p̄ncipes
philiſtinorũ. A principio aũt egreſſiõis eorũ pru
dentius ſe gerebat dauid qꝫ oẽs viri ſaul. ⁊ ce/

lebꝛe factū ē nomē eiꝰ nimis. XIX

LOcutus eſt autem ſaul ad ionathan filium ſuum ⁊ ad omnes ſeruos ſuos vt occiderent dauid. Porro ionathas filius ſaul diligebat dauid valde. Et indicauit ionathas dauid dicens. Querit ſaul pater meus occidere te. Quapropter obſerua te queſo mane. ⁊ manebis clam ⁊ abſconderis. Ego autē egrediens ſtabo iuxta patrem meū in agro vbicūqꝫ fuerit. ⁊ ego loquar de te ad patrem meū. ⁊ quodcūqꝫ videro nūciabo tibi. Locutus ē ergo ionathas de dauid bona ad ſaul patrem ſuum. Dixitqꝫ ad eum. Ne pecces rex in ſeruū tuum dauid: quia non peccauit tibi. ⁊ opera eius bona ſunt tibi valde. ⁊ poſuit animā ſuā in manu tua ⁊ percuſſit philiſteū. ⁊ fecit dñs ſalutē magnam vniuerſo iſraheli. Vidiſti ⁊ letatus es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio. interficiens dauid q̄ eſt abſqꝫ culpa. Quod cū audiſſet ſaul: placatus voce ionathe iurauit. Viuit dñs quia nō occidet. Vocauit itaqꝫ ionathas dauid. ⁊ indicauit ei oīa verba hec. Et introduxit ionathas dauid ad ſaul. ⁊ fuit ante eū ſicut erat heri ⁊ nudiuſtertius. Motū ē aūt rurſū bellum. ⁊ egreſſus dauid pugnauit aduerſum philiſtijm percuſſitqꝫ eos plaga magna. ⁊ fugerūt a facie eius. Et factus eſt ſpūs dñi malus in ſaul. Sedebat aūt in domo ſua. ⁊ tenebat lanceā. Porro dauid pſallebat in manu ſua. Niſuſqꝫ eſt ſaul configere dauid lācea in pariete. Et declinauit dauid a facie ſaul. Lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in pariete. ⁊ dauid fugit. ⁊ ſaluatꝰ eſt nocte illa. Miſit ergo ſaul ſatellites ſuos nocte in domū dauid vt cuſtodirent eū ⁊ interficeret mane. Quod cū annūciaſſet dauid michol vxoꝛ ſua dicens. niſi ſaluaueris te de nocte hac cras morieris: depoſuit eū per feneſtrā. Porro ille abijt ⁊ aufugit: atqꝫ ſaluatus eſt. Tulit autē michol ſtatuam. ⁊ poſuit eā ſuper lectū. ⁊ pellē piloſam caprarū poſuit ad caput eius. ⁊ operuit eam veſtimentis. Miſit aūt ſaul apparitores q̄ raperent dauid. ⁊ reſpōſū ē q egrotaret. Rurſūqꝫ miſit ſaul nūcios vt viderent dauid dicēs Afferte eū ad me in lecto vt occidat. Cūqꝫ veniſſent nūcij. inuentū eſt ſimulacrū ſuper lectū. ⁊ pellis caprarū ad caput eius. Dixitqꝫ ſaul ad michol. Quare ſic illuſiſti mihi ⁊ dimiſiſti inimicū meū vt fugeret. Et reſpondit michol ad ſaul. Quia ipſe locutus eſt mihi dicens. Dimitte me: alioquin interficiā te. Dauid aūt fugiēs ſaluatus eſt. Et venit ad ſamuel in ramatha. ⁊ nūciauit ei omnia que fecerat ſibi ſaul. Et abierūt ipſe ⁊ ſamuel. ⁊ morati ſunt in naioth. Nūciatū eſt aūt ſauli a dicentibus. Ecce dauid in naioth in ramatha. Miſit ergo ſaul lictores vt raperent dauid. Qui cū vidiſſent cuneū ꝓphetarū vaticinantiū. ⁊ ſamuelem ſtantem ſuper eos factus eſt etiam ſpūs domini in illis. ⁊ ꝓphetare ceperūt etiam ipſi. Quod cū nūciatū eſſet ſauli: miſit ⁊ alios nūcios. Prophetauerūt aūt ⁊ illi Et rurſū miſit ſaul tertios nūcios. q̄ ⁊ ipſi prophetauerūt. Et iratus iracūdia ſaul. abijt etiā ipſe i ramatha. ⁊ venit vſqꝫ ad ciſternā magnā que eſt in ſochot. Et interrogauit. ⁊ dixit. In quo loco ſūt ſamuel ⁊ dauid. Dictūqꝫ ē ei. Ecce in naioth ſūt in ramatha. Et abijt in naioth in ramatha. Et factus eſt etiam ſuper eum ſpiritus domini. ⁊ ambulabat ingrediens. ⁊ prophetabat vſqꝫ dū veniret in naioth in ramatha Et expoliauit etiā ipſe ſe veſtimentis ſuis ⁊ prophetauit cū ceteris corā ſamuel. ⁊ cecinit nudꝰ tota die illa ⁊ nocte. Unde ⁊ exiuit ꝓuerbium Num ⁊ ſaul inter ꝓphetas. XX

FUgit aūt dauid de naioth que eſt in ramatha. veniensqꝫ locutus ē corā ionatha. Quid feci. Que eſt iniquitas mea ⁊ qd peccatū meū in patrē tuū: q2 q̄rit animam meam. Qui dixit ei. Abſit a te. non morieris. Neqꝫ enī faciet pater meꝰ quicq̄ grāde vel paruum niſi prius indicauerit mihi. Nūc ergo celauit a me pater meꝰ ſermonē tm̄ modo. Neq̄q̄ erit iſtud. Et iurauit rurſū dauid. Et ait ille. Scit ꝑfecto pater tuꝰ q̄ inueni gratiam in oculis tuis. ⁊ dicet. Neſciat hoc ionathas ne forte triſtet. Quinimo viuit dñs ⁊ viuit aīa tua. q2 vno tm̄. vt ita dicā. gradu ego morſqꝫ diuidimur. et ait ionathas ad dauid. Quodcunqꝫ dixerit mihi anima tua. faciā tibi. Dixit aūt dauid ad ionathan. ecce calēde ſūt craſtino. ⁊ ego ex more ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcendū Dimitte ergo me vt abſcōdar in agro vſqꝫ ad veſperam diei tertie. Si reſpiciēs requiſierit me pater tuus. rn̄debis ei. Rogauit me dauid vt iret celeriter in bethleē ciuitatē ſuā. q2 victime ſolēnes ibi ſūt vniuerſis contribulibus ſuis. Si dixerit bene. pax erit ſeruo tuo. Si autē fuerit iratus: ſcito q2 cōpleta ē malicia eiꝰ. Fac ergo miam in ſeruū tuū: q2 fedus domini me famulū tuū tecū inire feciſti. Si aūt ē iniquitas aliqua in me. tu me interfice. ⁊ ad patrem tuū ne introducas me. et ait ionathas. Abſit hoc a me. Neqꝫ. n. fieri pōt: vt ſi certe cognouero cōpletā eē patris mei maliciā ꝯtra te: nō annūciē tibi. Rn̄ditqꝫ dauid ad ionathan. Quis renū-

clabit mihi: si quid forte rn̄derit tibi pater tuus
dure de me: Et ait ionathas ad dauid. Ueni ⁊
egrediamur foras in agrū. Cūq̧ exiſſent am/
bo in agrū: ait ionathas ad dauid. Dn̄e deus
iſrahel ſi inueſtigauero ſn̄iam patris mei craſti
no vel perēdie. ⁊ aliq̄d boni fuerit ſuper dauid
et nō ſtatim miſero ad te et notum tibi fecero:
hec faciat deus ionathe ⁊ hec augeat. Si aūt p/
ſeuerauerit patris mei malicia aduerſū te: reue
labo aurē tuam ⁊ dimittā te vt vadas in pace.
⁊ ſit dominꝰ tecū ſicut fuit cū patre meo. Et ſi
vixero facies mihi miſericordiā dn̄i: ſi vero mor
tuꝰ fuero nō auferes miſericordiā tuā a domo
mea vſq̧ in ſempiternum. Aut ſi nō fecero qū
eradicauerit dn̄s inimicos dauid vnūquēq̧ de
terra auferat ionathan de domo ſua. et requirat
dn̄s de manu inimicoꝝ dauid. Pepigit ḡ iona
thas fedus cū domo dauid. Et requiſiuit dn̄s de
manu inimicoꝝ dauid. Et addidit ionathas de
ierare dauid: eo q̧ diligeret illū. Sicut. n. aīaꝫ
ſuā ita diligebat eū. Dixitq̧ ad eum ionathas
Cras calēde ſūt. et requireris. Requiret. n. ſeſſio
tua vſq̧ perendie. Deſcēdes ergo feſtinus et
venies in locū vbi celādus es in die qū opera/
ri licet: et ſedebis iuxta lapidē cui nomē ē ezel.
Et ego tres ſagittas mittā iuxta eū. ⁊ iaciā qua
ſi exercēs me ad ſignū. Mittam q̄z et puer͛ di
cens ei. Uade et affer mihi ſagittas. Si dixe/
ro puero ecce ſagitte intra te ſūt tolle eas: tu ve
ni ad me: q̄ꝛ pax tibi eſt et nihil eſt mali: viuit
dominꝰ. Si aūt ſic locutus fuero puero ecce ſa
gitte vltra te ſūt. vade in pace: q̄ꝛ dimiſit te do/
minus. De verbo aūt qd̄ locuti fuimus ego et
tu: ſit dn̄s inter me et te vſq̧ in ſempiternū. Ab
ſcōditus ē ergo dauid in agro et venerūt calen
de et ſedit rex ad comedēdū panē. Cūq̧ ſediſ/
ſet rex ſup cathedrā ſuā ſc̄dm cōſuetudinē que
erat iuxta parietē: ſurrexit ionathas et ſedit ab
ner ex latere ſaul: vacuuſq̧ apparuit locus da
uid. et nō eſt locutꝰ ſaul q̄cq̄ꝫ in die illa. Cogi/
tabat. n. q̧ forte eueniſſet ei vt non eſſet mūdus
nec purificatꝰ. Cūq̧ illuxiſſet dies ſecūda poſt
calendas rurſus apparuit vacuꝰ locus dauid.
Dixitq̧ ſaul ad ionathā filiū ſuū. Cur non ve
nit filius iſai nec heri nec hodie ad veſcendum
Reſponditq̧ ionathas ſauli: Rogauit me ob
nixe vt iret in bethleem. et ait: Dimitte me qm̄
ſacrificiū ſolēne eſt in ciuitate mea vnꝰ de fra/
tribus meis accerſiuit me: Nūc ergo ſi inueni
grām in oculis tuis: vadā cito et videbo frēs
meos. Ob hanc cām nō venit ad menſam re/
gis. Iratus aūt ſaul aduerſum ionathan dixit
ei: Fili mulieris vltro virū rapiētis nūq̄d igno
ro quia diligis filiū iſai in confuſionem tuā et
in confuſionē ignominioſe matris tue: Omni/bꝰ
eni diebus q̄bꝰ filiꝰ iſai vixerit ſuper terrā: nō
ſtabilieris tu neq̧ regnū tuū. Itaq̧ iā nūc mit
te ⁊ adduc eū ad me: q̄ꝛ filius mortis ē. Reſpō
dens aūt ionathas ſauli pr̄i ſuo ait: Quare mo
rietur? Quid fecit. Et arripuit ſaul lanceam vt
percuteret eum. Et intellexit ionathas q̧ diffi/
nitū eſſet a patre ſuo vt interficeret dauid. Sur
rexit ergo ionathas a mēſa in ira furoris. ⁊ nō
comedit in die calēdaꝝ ſecūda panē. Contriſta
tus eſt eni ſuper dauid: eo q̧ cōfudiſſet eum pr̄
ſuus. Cumq̧ illuxiſſet mane. venit ionathas in
agrū iuxta placitū dauid. ⁊ puer paruulus cū
eo. Et ait ad puerū ſuū: Uade ⁊ affer mihi ſa/
gittas quas ego iacio. Cumq̧ puer cucurriſſet
iecit aliā ſagittā trans puer͛. Uenit itaq̧ puer
ad locū iaculi qd̄ miſerat ionathas. Et clama/
uit ionathas poſt tergū pueri. ⁊ ait: Ecce ibi ē
ſagitta porro vltra te. Clamauitq̧ iterū iona/
thas poſt tergū pueri dicens. Feſtina veloci/
ter ne ſteteris. Collegit aūt puer ionathe ſagit
tas. ⁊ attulit ad dominū ſuū. ⁊ quid ageret pe/
nitꝰ ignorabat. Tantūmodo enim ionathas et
dauid rem nouerant. Dedit ergo ionathas ar
ma ſua puero. ⁊ dixit ei: Uade ⁊ defer in ciuita
tē. Cumq̧ abiſſet puer ſurrexit dauid de loco q̄
vergebat ad auſtrū. ⁊ cadēs ꝓnus in terrā ado
rauit tertio. Et oſculantes ſe alterutrū: fleue/
rūt pariter: dauid aūt ampliꝰ. Dixit ergo iona
thas ad dauid. Uade in pace. Quecūq̧ iura/
uimus ambo in noīe dn̄i dicētes: dn̄s ſit inter
me ⁊ te ⁊ inter ſemē tuū ⁊ ſemē meū vſq̧ in ſem/
piternū Et ſurrexit dauid ⁊ abijt: ſꝫ ⁊ ionathas
ingreſſus eſt ciuitatem.

XXI

Uenit aūt dauid in nobe ad achimelech
ſacerdotē. Et obſtupuit achimelech:
eo q̧ veniſſet dauid ⁊ dixit ei: Quare
tu ſolus. ⁊ nullus eſt tecum? Et ait dauid ad
achimelech ſacerdotem: Rex precepit mihi ſer
monem. ⁊ dixit: Nemo ſciat rem propter quā
miſſus es a me. ⁊ cuiuſmodi precepta tibi dede
rim. Nam ⁊ pueris meis condixi in illum et
illū locum. Nūc ergo ſi quid habes ad manū
vel quinq̧ panes da mihi: aut q̄cq̄d inueneris.
Et rn̄dēs ſacerdos ad dauid. ait illi: Nō ha/
beo laicos panes ad manū: ſꝫ tm̄ panē ſanctū
Si mundi ſūt pueri maxime a mulierib⁹: man
ducent. Et rn̄dit dauid ſacerdoti. ⁊ dixit ei: et
quidē ſi de mulierib⁹ agit̄ continuimꝰ nos ab
heri ⁊ nudius tertius quādo egrediebamur: ⁊

fuerunt vaſa puerorum ſancta. Porro via hec polluta eſt: ſed ⁊ ipſa hodie ſanctificabit͛ in vaſis. Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatū panem. Neq; enim erat ibi panis niſi tantū panes ꝓpoſitionis qui ſubleuati fuerant a facie domini vt ponerent panes calidi. erat aūt ibi vir quidā de ſeruis ſaul in die illa intus in tabernaculo dn̄i et nomen eius doech idumeuſ potentiſſimus paſtorum ſaul. Hic paſcebat mulas ſaul. Dixit aūt dauid ad achimelech. Si habes hic ad manū haſtam aut gladium: da mihi: q: gladium meū ⁊ arma mea nō tuli mecum. Sermo enim regis vrgebat. et dixit ſacerdos. ecce hic gladius goliath philiſtei quē percuſſiſti in valle terebinthi: eſt inuolutꝰ pallio poſt ephot. Si iſtum vis tollere. tolle. Neq; enim hic eſt alius abſq; eo. et ait dauid: Non eſt huic alter ſimilis: Da mihi eū. Surrexit itaq; dauid. et fugit in die illa a facie ſaul: et venit ad achis regem geth. Dixeruntq; ſerui achis cum vidiſſent dauid: Nūquid nō iſte ē dauid rex terre? Nonne huic cantabant per choros dicentes: ꝑcuſſit ſaul mille. ⁊ dauid decem milia? Poſuit autem dauid ſermones iſtos in corde ſuo ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth. et mutauit os ſuum coram achis: et collabebatur inter manus eorum. ⁊ impingebat in oſtia porte: defluebantq; ſaliue eius in barbā. et ait achis ad ſeruos ſuos: Vidiſtis hominem inſanū: quare adduxiſtis eum ad me? An deſunt nobis furioſi: quia introduxiſtis iſtū vt fureret me preſente? Dimittite illū hinc ne ingrediatur domum meam. XXII

Abijt ergo dauid inde: ⁊ fugit in ſpeluncam odolla. Quod cū audiſſent frēs eiꝰ ⁊ oīs domꝰ pr̄is eiꝰ. deſcenderūt ad eū illuc. et conuenerūt ad eū oēs q erāt in anguſtia conſtituti. ⁊ oppreſſi ere alieno ⁊ amaro aīo ⁊ factus ē eorū princeps. Fueruntq; cū eo quaſi quadringēti viri. et ꝓfectꝰ ē dauid inde ī maſphat q̄ ē moab. et dixit ad regē moab: Maneat oro pr̄ meꝰ ⁊ mater mea vobiſcū: donec ſciam quid faciat mihi deus. et reliquit eos ante faciem regis moab. Manſeruntq; apud eū cunctiſ diebꝰ quibus dauid fuit in preſidio. Dixitq; gad ꝓpheta ad dauid: Noli manere in p̄ſidio. Proficiſcere ⁊ vade in terrā iuda. et profectꝰ eſt dauid et venit in ſaltū areth. et audiuit ſaul q apparuiſſet dauid. ⁊ viri qui erant cum eo. Saul aūt cum maneret in gabaa ⁊ eēt in nemore qḋ ē in rama: haſtā manu tenēs: cūctiq; ſerui eiꝰ circūſtarent eū ait ad ſeruos ſuos q aſſiſtebant ei: Audite me nūc filij gemini. Nūqd oībus vobis dabit filiꝰ iſai agros ⁊ vineas. ⁊ vniuerſos vos faciet tribunos ⁊ centuriones: quia cōiuraſtis oēs aduerſū me ⁊ non eſt qui mihi renūciet. maxime cū et filiꝰ meus fedus iniuerit cū filio iſai? Nō ē qui vicē meā doleat ex vobis nec q annūciet mihi. eo q ſuſcitauerit filius meꝰ ſeruum meum aduerſū me inſidiantē mihi vſq; hodie. Rūdens aūt doech idumeus q aſſiſtebat. et erat p̄mꝰ inter ſeruos ſaul: vidi inqt filiū iſai in nobe apud achimelech filiū achitob ſacerdotem. Qui conſuluit ꝓ eo dominū: ⁊ cibaria dedit ei. Sed ⁊ gladium goliath philiſtei dedit illi. Miſit ergo rex ad accerſendum achimelech ſacerdotem filiū achitob. ⁊ omnē domū patris eiꝰ ſacerdotū q erat in nobe. Qui vniuerſi venerūt ad regem. et ait ſaul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui reſpōdit. Preſto ſū dn̄e. Dixitq; ad eum ſaul: Quare coniuraſtis aduerſum me tu et filius iſai. et dediſti ei panes et gladiū. et cōſuluiſti ꝓ eo dn̄m vt conſurgeret aduerſum me inſidiator vſq; hodie ꝑmanens? Rūdenſq; achimelech regi ait: Et qs in oībꝰ ſeruis tuis ſicut dauid fidelis et gener regis. et ꝑgens ad iꝑiū tuū et gl̄ioſus in domo tua? Nū hodie cepi pro eo cōſulere dn̄m? Abſit hoc a me. Ne ſuſpicet͛ rex aduerſū ſeruū ſuū rem huiuſcemodi ī vniuerſa domo patris mei. Nō enī ſciuit ſeruꝰ tuꝰ qcq̄ ſup̱ hoc negocio: vel modicū vel grāde. Dixitq; rex. Morte morieris achimelech: tu et oīs domus patriſ tui. Et ait rex emiſſarijs qui circumſtabant eū. Conuertimini. ⁊ interficite ſacerdotes domini. Nam manus eorum cum dauid ē: ſcientes q fugiſſet. ⁊ non indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes domini. ⁊ ait rex ad doech. Cōuertere tu ⁊ irrue in ſacerdotes domini. Conuerſuſq; doech idumeus irruit in ſacerdotes. ⁊ trucidauit in die illa octoginta quinq; viros veſtitos ephot lineo. Nobe autē ciuitatem ſacerdotū percuſſit in ore gladij. viros ⁊ mulieres ⁊ paruulos ⁊ lactantes. bouemq; et aſinum et ouē in ore gladij. euadens aūt vnus filius achimelech filij achitob cuiꝰ nomē erat abiathar fugit ad dauid. ⁊ annunciauit ei q occidiſſet ſaul ſacerdotes domini. et ait dauid ad abiathar Sciebam enī in die illa q cū ibi eēt doech idumeus. ꝓculdubio annūciaret ſauli. ego ſū reꝰ omniū aīaꝝ patris tui. Mane mecū ne timeas Si qs q̄ſierit aīam meā: queret et aīam tuam. mecūq; ſeruaberis. XXIII

Et annũciauerũt dauid dicentes: Ecce
philiſtijm oppugnãt ceilã. ⁊ diripiunt
areas Cõſuluit ergo dauid dñm dicẽs
Nũ vadam ⁊ percutiã philiſteos iſtos? Et ait
dominꝰ ad dauid. Uade ⁊ ꝑcuties philiſteos
⁊ ſaluabis ceilam. Et dixerũt viri q erant cum
dauid ad eũ. ecce nos hic in iudea conſiſtentes
timemus: quãto magis ſi ierimꝰ in ceilam ad
uerſum agmina philiſtinoꝝ? Rurſũ ergo da/
uid cõſuluit dñm. Qui rñdens ait ei: Surge
⁊ vade in ceilã. ego enĩ tradã philiſteos in ma/
nu tua. Abijt ergo dauid ⁊ viri eiꝰ in ceilam. ⁊
pugnauit aduerſũ philiſteos. et abegit iumen/
ta eoꝝ ⁊ percuſſit eos plaga magna. ⁊ ſaluauit
dauid habitatores ceile. Porro eo tpe q̃ fugie
bat abiathar filiꝰ achimelech ad dauid in ceilã
ephot ſecũ habens: deſcenderat. Nunciatũ eſt
aũt ſauli q̺ veniſſet dauid in ceilam. et ait ſaul.
Tradidit eũ dominꝰ in manꝰ meas: cõcluſuſq̃
eſt introgreſſus vrbem: in q̃ porte et ſere ſunt.
et precepit ſaul omni pplo vt ad pugnam deſcẽ
deret in ceilam. ⁊ obſideret dauid ⁊ viros eius
Qđ cũ dauid reſciſſet q̺ prepararet ei ſaul clã
malũ: dixit ad abiathar ſacerdotem. Applica
ephot. et ait dauid: Domine deꝰ iſrahel: audi/
uit famam ſeruus tuus q̺ diſponat ſaul venire
in ceilam vt euertat vrbem propter me. Si tra
dent me viri ceile in manꝰ eiꝰ ⁊ ſi deſcendet ſaul
ſicẽ audiuit ſeruus tuꝰ: domine deꝰ iſrael indi/
ca ſeruo tuo? et ait dominꝰ: Deſcendet. Dixit/
q̃ rurſũ dauid: Si tradẽt me viri ceile ⁊ viros
q ſũt mecũ in manꝰ ſaul? et dixit dominꝰ. Tra/
dent. Surrexit ergo dauid ⁊ viri eiꝰ q̃ſi ſexcen
ti. ⁊ egreſſi de ceila huc atq̃ illuc vagabant̃ in/
certi. Nũciatumq̃ eſt ſaul q̺ fugiſſet dauid de
ceila: q̃obrem diſſimulauit exire. Morabatur
aũt dauid in deſerto in locis firmiſſimis: man/
ſitq̃ in monte ſolitudinis ҫiph in monte opaco
Querebat eũ tamen ſaul cũctis diebꝰ et nõ tra
didit eũ dominꝰ in manus eius. et vidit dauid
q̺ egreſſus eſſet ſaul vt q̃reret animã eiꝰ. Por
ro dauid erat in deſerto ҫiph in ſilua. et ſurre/
xit ionathas filiꝰ ſaul ⁊ abijt ad dauid in ſiluam
et confortauit manꝰ eiꝰ in deo: dixitq̃ ei. Ne ti
meas. Neq̃ enim inueniet te manꝰ ſaul patris
mei. Et tu regnabis ſuper iſrael et ego ero tibi
ſecũdus. Sed ⁊ ſaul pater meus ſcit hoc. Per
cuſſit ergo vterq̃ fedus corã domino. Manſit/
q̃ dauid in ſilua: ionathas aũt reuerſus eſt in
domũ ſuam. Aſcenderũt autẽ ҫiphei ad ſaul in
gabaa dicẽtes: Nonne ecce dauid latitat apud
nos in locis tutiſſimis ſilue in colle achille: que
eſt ad dextram deſerti? Nũc ergo ſicẽ deſidera/
uit anima tua vt deſcenderes: deſcende noſtrũ
aũt erit vt tradamꝰ eũ in manꝰ regis. Dixitq̃
ſaul: Benedicti vos a dño: q̺ doluiſtis vicem
meã. Abite ergo oro ⁊ diligẽtiꝰ ꝑparate. ⁊ curio/
ſius agite. ⁊ ꝯſiderate locũ vbi ſit pes eius vel
qs viderit eũ ibi vbi dixiſtis. Recogitat enim
de me q̺ callide inſidiet̃ ei. Cõſiderate ⁊ vide/
te oĩa latibula eius in q̃bus aſcondit̃. ⁊ reuerti
mini ad me ad rẽ certã vt vadã vobiſcũ. Qđ ſi
etiã in terrã ſe obſtruxerit ꝑſcrutabor eũ in cun
ctis milibus iuda. At illi ſurgentes abierũt in
ҫiph ante ſaul. Dauid aũt ⁊ viri eius erant in
deſerto maon in cãpeſtribꝰ ad dextrã ieſimuth
Iuit ergo ſaul ⁊ ſocij eiꝰ ad q̃rẽdũ eũ. Et nũcia
tũ ẽ dauid: ſtatimq̃ deſcẽdit ad petrã. ⁊ vſaba
tur in deſerto maon. Qđ cũ audiſſet ſaul: perſe
cutꝰ ẽ dauid in deſerto maon Et ibat ſaul ⁊ viri
eiꝰ ad latus mõtis ex parte vna: dauid aũt ⁊ vi
ri eius erant in latere montis ex parte altera.
Porro dauid deſpabat ſe poſſe euadere a facie
ſaul. Itaq̃ ſaul ⁊ viri eius in modũ corone cin
gebant dauid ⁊ viros eiꝰ vt caperẽt eũ. Et nũ/
cius venit ad ſaul dicẽs: Feſtina ⁊ veni qm̃ in
fuderũt ſe philiſtijm ſuper terrã. Reuerſus eſt
ergo ſaul deſiſtens ꝑſequi dauid. ⁊ perrexit in
occurſũ philiſtinoꝝ. Propter hoc vocauerunt
locũ illũ petram diuidentẽ. XXIIII

Deſcendit ergo dauid inde. ⁊ habitauit
in locis tutiſſimis engaddi. Cũq̃ re/
uerſus eſſet ſaul poſtq̃ ꝑſecutꝰ ẽ phili/
ſteos: nũciauerũt ei dicẽtes: Ecce dauid in de
ſerto eſt engaddi. Aſſumẽs ergo ſaul tria mi/
lia electoꝝ viroꝝ ex oĩ iſrael: perrexit ad inue/
ſtigandũ dauid ⁊ viros eiꝰ. etiã ſup abruptiſſi
mas petras q̃ ſolis ibicibus peruie ſũt. Et venit
ad caulas ouiũ q̃ ſe offerebãt vianti: eratq̃ ibi
ſpelũca quã ingreſſus eſt ſaul vt purgaret ven
trem. Porro dauid ⁊ viri eiꝰ in interiore par/
te ſpelũce latebãt. Et dixerũt ſerui dauid ad eũ
Ecce dies de q̃ locutꝰ ẽ dñs ad te. ego tradam
tibi inimicum tuũ vt facias ei ſicut placuerit in
oculis tuis Surrexit ergo dauid ⁊ ꝑcidit oram
chlamydis ſaul ſilẽter. Poſt hec percuſſit cor
ſuũ dauid: eo q̺ abſcidiſſet oram chlamidis ſaul
Dixitq̃ ad viros ſuos Propitius ſit mihi do
minus ne faciam hãc rem dño meo chriſto dñi
vt mittã manũ meã in eũ: q̺ chriſtꝰ dñi ẽ. Ui/
uit dñs: q̺ niſi dñs ꝑcuſſerit eũ: aut dies eiꝰ ve
nerit vt moriat̃: aut deſcendẽs in preliũ perie/
rit: propitius ſit mihi dominus vt non mittam
manũ meã in chriſtũ dñi. Et cõfregit dauid vi

ros ſuos ſermonibus iſtis. ⁊ non permiſit eos
vt cõſurgerẽt in ſaul. Porro ſaul exurgens de
ſpelũca pergebat cepto itinere. Surrexit autẽ
dauid poſt eũ. ⁊ egreſſus de ſpelunca clamauit
poſt tergũ ſaul dicens: Domine mi rex. Et re
ſpexit ſaul poſt ſe. ⁊ inclinans ſe dauid pronus
in terrã adorauit. Dixitqꝫ ad ſaul: Quare au/
dis verba hominũ loquentiũ: dauid q̃rit malũ
aduerſũ te. Ecce hodie viderũt oculi tui q̄ tra/
diderit te dominꝰ in manu mea in ſpelũca. ⁊ co
gitaui vt occiderem te: ſed peperci tibi oculus
meꝰ. Dixi enim: Non extendã manũ meã in
dominũ meũ: q̄ chriſtꝰ domini eſt. Quin po/
tius pater mi vide ⁊ cognoſce oram chlamidis
tue in manu mea: quoniã cũ p̄ciderẽ ſũmita/
tem chlamydis tue nolui extendere manũ meã
in te. Animaduerte ⁊ vide q̄m nõ eſt in manu mea
malũ neqꝫ iniquitas: neqꝫ peccaui in te. Tu
aũt inſidiaris anime mee: vt auferas eam. Iu
dicet dominꝰ inter me ⁊ te. ⁊ vlciſcat̃ me domi
nus ex te: manꝰ aũt mea nõ ſit in te: ſicut ⁊ in pro
uerbio antiq̊ dicit̃. Ab impijs egredietur impie/
tas. Manꝰ ergo mea nõ ſit in te. Quẽ pſeq̃ris
rex iſrael quẽ perſeq̃ris. Canẽ mortuũ perſe/
q̃ris ⁊ pulicẽ vnũ. Sit dñs iudex ⁊ iudicet inter
me ⁊ in te. ⁊ videat ⁊ iudicet cauſam meã. ⁊ eruat
me de manu tua. Cũ aũt compleſſet dauid lo/
quens ſermões huiuſcemodi ad ſaul: dixit ſaul
Nũq̇d vox hec tua eſt fili mi dauid. Et leuauit
ſaul vocem ſuã. ⁊ fleuit: dixitqꝫ ad dauid. Iu/
ſtior tu es q̃ ego. Tu enim tribuiſti mihi bo/
na: ego autẽ reddidi tibi mala. Et tu indicaſti
hodie q̃ feceris mihi bona quomodo tradide/
rit me dominꝰ in manu tua. ⁊ nõ occideris me
Quis enim cũ inuenerit inimicũ ſuũ: dimittet
eũ in via bona. Sed dominꝰ reddat tibi viciſſi/
tudinẽ hanc p̄ eo q̄d hodie operatꝰ es in me.
Et nũc quia ſcio q̄ certiſſime regnaturꝰ ſis et
habiturꝰ in manu tua regnũ iſrael: iura mihi
in domino ne deleas ſemen meũ poſt me neqꝫ
auferas nomen meũ de domo patris mei. Et
iurauit dauid ſauli. Abijt ergo ſaul in domũ ſuam
⁊ dauid ⁊ viri eius aſcenderũt ad tutiora loca.

Mortuꝰ ẽ aũt ſamuel. XXV
⁊ congregatꝰ eſt vniuerſus iſrahel. et
plancerũt eũ nimis. ⁊ ſepelierũt eũ in
domo ſua in ramatha. Conſurgenſqꝫ dauid
deſcendit in deſertũ pharan. Erat autem vir
quiſpiam in ſolitudine maon ⁊ poſſeſſio eiꝰ in
carmelo. ⁊ homo ille magnꝰ nimis: erantqꝫ ei
oues tria milia ⁊ mille capre. Et accidit vt ton
deret̃ grex eiꝰ in carmelo. Nomen aũt viri il/
lius erat nabal. ⁊ nomen vxoris eius abigail.
Eratqꝫ mulier illa prudentiſſima et ſpecioſa.
Porro vir eiꝰ durus ⁊ peſſimꝰ et malitioſus.
Erat aũt de genere caleph. Cũ aũt audiſſet da
uid in deſerto q̄ tonderet nabal gregem ſuum
miſit decem iuuenes. ⁊ dixit eis: Aſcendite in
carmelũ. ⁊ venietis ad nabal. ⁊ ſalutabitis eũ
ex nõie meo pacifice. ⁊ ſic dicetis. Sit fratribꝰ
meis ⁊ tibi pax. ⁊ domui tue pax: ⁊ oĩbꝰ q̃cũqꝫ
habes ſit pax. Ex multis annis ſaluos faciens
tuos ⁊ omnia tua. Audiui q̄ tonderẽt paſto/
res tui greges tuos q̇ erant nobiſcũ in deſerto
Nũqꝫ eis moleſti fuimꝰ: nec aliquando defuit
q̇cq̃ꝫ eis de grege omni tempore q̃ fuerunt no/
biſcũ in carmelo. Interroga pueros tuos. ⁊ in
dicabũt tibi. Nũc ergo inueniãt pueri tui gra/
tiã in oculis tuis. In die enim bona venimꝰ ad
te. Quodcũqꝫ inuenerit manꝰ tua da ſeruis tuis et
filio tuo dauid. Cũqꝫ veniſſent pueri dauid lo
cuti ſunt ad nabal omnia verba hec ex nomine
dauid. ⁊ ſiluerũt. Reſpõdens aũt nabal pueris
dauid ait: Quis eſt dauid. ⁊ q̇s eſt filius iſai.
Hodie increuerũt ſerui q̇ fugiũt dominos ſu/
os. Tollã ergo panes meos ⁊ aq̃s meas ⁊ carnes
pecorũ q̃ occidi tonſoribus meis. ⁊ dabo viris
quos neſcio vnde ſint. Regreſſi ſũt itaqꝫ pueri
dauid p̄ viã ſuã: ⁊ reuerſi venerũt ⁊ annuncia
uerũt ei oĩa verba que dixerat nabal. Et ait da
uid pueris ſuis. Accingat̃ vnuſqſqꝫ gladio ſuo
Et accincti ſũt ſinguli gladijs ſuis. Accinctus
qꝫ eſt ⁊ dauid enſe ſuo: ⁊ ſecuti ſũt dauid qua/
ſi quadringẽti viri. Porro ducenti remãſerũt
ad ſarcinas. Abigail aũt vxori nabal nuncia/
uit vnus de pueris ſuis dicens: Ecce dauid
miſit nũcios de deſerto vt benedicerẽt domino
nr̃o. ⁊ auerſatus ẽ eos. Homines iſti boni ſatis fu
erũt nobis ⁊ nõ moleſti: nec q̇cq̃ꝫ aliq̃n perijt
oĩ tp̄e quo fuimꝰ cõuerſati cũ eis ĩ deſerto. Pro
muro erãt nobis tã in nocte q̃ꝫ in die oĩbꝰ die/
bus q̇bꝰ pauimus apud eos greges. Quãob/
rẽ cõſidera ⁊ recogita q̇d facias: q̄m completa
eſt malicia aduerſũ virũ tuũ ⁊ aduerſũ domum
tuam. ⁊ ipſe eſt filius belial ita vt nemo poſſit ei
loqui. Feſtinauit igit̃ abigail. ⁊ tulit ducẽtos
panes ⁊ duos vtres vini ⁊ quinqꝫ arietes co
ctos. ⁊ q̃nqꝫ ſata polente: ⁊ centum ligaturas
vue paſſe: ⁊ ducentas maſſas caricarũ ⁊ poſuit
ſup̄ aſinos. Dixitqꝫ pueris ſuis: Precedite me
⁊ ecce ego poſt tergum ſeq̄r vos. Viro aũt ſuo
nabal nõ indicauit. Cũ ergo aſcẽdiſſet aſinũ ⁊
deſcẽderet ad radicẽ montis: dauid ⁊ viri eius
deſcẽdebãt in occurſũ eiꝰ. Quibꝰ ⁊ illa occur/

rũt. Et ait dauid. Vere fruſtra ſeruaui oĩa q̄ hu
ius erant in deſerto. ⁊ nõ periit q̄cq̄ʒ de cunctis
q̄ ad eũ ꝑtinebant. ⁊ reddidit mihi malũ ꝓ bo/
no. Hec faciat dñs inimicis dauid. ⁊ hec addat
ſi reliquero de oĩbus q̄ ad ipſuʒ pertinent vſq;
mane mingentẽ ad parietẽ. Cum autem vidiſ/
ſet abigail dauid: feſtinauit ⁊ deſcendit de aſino
⁊ ꝓcidit coram dauid ſuper faciem ſuam: ⁊ ado
rauit ſuꝑ terraʒ. ⁊ cecidit ad pedes eius. ⁊ dixit
In me ſit dñe mi hec iniquitas. Loquatur ob/
ſecro ancilla tua in auribus tuis. ⁊ audi verba
famule tue. Ne ponat oro dñs meus rex cor ſu
um ſuꝑ virũ iſtũ iniquũ nabal: qm̄ ſcḋm nomẽ ſu
um ſtultus eſt: ⁊ eſt ſtulticia cũ eo. Ego autẽ an
cilla tua non vidi pueros tuos dñe mi quos mi
ſiſti. Nũc ergo dñe mi viuit dñs ⁊ viuit anima
tua q ꝓhibuit te ne venires in ſanguinem ⁊ ſal
uauit manum tuaʒ tibi. Et nunc fiãt ſicut nabal
inimici tui. ⁊ q querunt dño meo malum. Qua
ꝓpter ſuſcipe benedictioneʒ hanc quam attulit
ancilla tua tibi dño meo. ⁊ da pueris q ſequũtur
te dominum meum. Aufer iniquitateʒ famule
me. Faciens enĩʒ faciet dñs tibi dño meo do
mũ fidelem: q: ꝓlia domini dñe mi tu ꝓliaris
Malitia ḡ non inueniat̃ in te oĩbus diebus vite
tue. Si. n. ſurrexerit aliqñ hõ ꝑſequẽs te vl̃ que
rẽs aĩam tuaʒ: erit aĩa domini mei cuſtodita q̄ſi
in faſciculo viuẽtiũ apd̉ dominũ deũ tuũ. Por
ro inimicoꝝ tuoꝝ aĩa rotabit̃: q̄ſi i impetu ⁊ cir
culo funde. Cũ ergo fecerit tibi dominꝰ dño
meo oĩa hec q̄ locutus eſt bona de te. ⁊ ꝯſtitue/
rit te ducẽ ſuꝑ iſrael. nõ erit tibi hoc in ſingultũ
⁊ in ſcrupulum cordis dño meo q ꝫ effuderis
ſanguineʒ innoxiũ: aut ipſe te vltus fueris. Et
cũ benefecerit dominꝰ dño meo recordaberis
ãcille tue: ⁊ tu benefacies ei. Et ait dauid ad abi
gail. Benedictꝰ dominus deus iſrael: qui miſit
te hodie in occurſũ meũ. ⁊ benedictũ eloquiuʒ
tuum ⁊ benedicta tu que ꝓhibuiſti me hodie ne
irem ad ſanguinem: ⁊ vlciſcerer me manu mea
Alioqn viuit dominus deus iſrael qui ꝓhibuit
me ne malũ facerẽ tibi: niſi cito veniſſes i occur
ſum mihi. non remanſiſſet nabal vſq; ad lucem
matutinam mingẽs ad parietẽ. Suſcepit ergo
dauid de manu eius oĩa q̄ attulerat ei. dixitq; ei
Vade pacifice in domum tuaʒ. Ecce audiui vo
cem tuam ⁊ honoraui faciem tuam. Venit autẽ
abigail ad nabal. Et ecce erat ei ꝯuiuium in do
mo eius quaſi ꝯuiuium regis. ⁊ cor nabal iocũ
dum. Erat enim ebrius nimis: ⁊ non indica/
uit ei ṽbum puſillũ aut grãde vſq; mane. Di/
luculo aũt cum digeſſiſſet vinum nabal: indica

uit ei vxor ſua verba hec. Et emortuum eſt cor
eius intrinſecus. ⁊ factus ẽ quaſi lapis. Cũq;
pertranſiſſent decem dies: ꝑcuſſit dñs nabal:
⁊ mortuus eſt. Qd̉ cũ audiſſet dauid mortuuʒ
nabal. ait. Benedictus dñs q iudicauit cauſaʒ
opprobrij mei de manu nabal. ⁊ ſeruũ ſuũ cu/
ſtodiuit a malo: ⁊ malitiam nabal reddidit do/
minus in caput eius. Miſit ergo dauid ⁊ locu
tus ẽ ad abigail vt ſumeret eã ſibi in vxorẽ. Et
venerũt pueri dauid ad abigail in carmelum.
⁊ locuti ſunt ad eaʒ dicentes. Dauid miſit nos
ad te vt accipiat te ſibi in vxorẽ. Que ꝯſurgẽs
adorauit ꝓna in terraʒ. ⁊ ait. Ecce famula tua
ſit in ancillam vt lauet pedes ſeruoꝝ dñi mei.
Et feſtinauit ⁊ ſurrexit abigail ⁊ aſcẽdit ſuper
aſinum. ⁊ quinq; puelle ierũt cuʒ ea pediſſeque
eius. Et ſecuta eſt nuncios dauid. ⁊ facta ẽ illi
vxor. Sed ⁊ achinoem accepit dauid de ieſra/
hel ⁊ fuit vtraq; vxor eius. Saul autem dedit
michol filiam ſuam vxorẽ dauid falthi filio lais
q erat de gallim.

XXVI

Et venerũt ziphei ad ſaul in gabaa di/
centes. Ecce dauid abſconditus eſt in
colle achille que eſt ex aduerſo ſolitudi
nis. Et ſurrexit ſaul. ⁊ deſcendit ĩ deſertũ ziph
⁊ cũ eo tria milia viroꝝ de electis iſrael vt que
reret dauid in deſerto ziph. Et caſtrametatꝰ eſt
ſaul in gabaa achille: que erat ex aduerſo ſolitu
dinis in via. Dauid aũt habitabat in deſerto.
Videns aũt q ꝫ veniſſet ſaul poſt ſe in deſertum
miſit exploratores ⁊ didicit q ꝫ illuc veniſſet cer
tiſſime. Et ſurrexit dauid clam. ⁊ venit ad lo/
cũ vbi erat ſaul. Cũq; vidiſſet locũ in quo dor
miebat ſaul. ⁊ abner filius ner ꝑnceps militie
eius ⁊ ſaulẽ dormientẽ in tentorio: ⁊ reliquum
vulgus per circuitum eiꝰ. ait dauid ad achime
lech etheũ. ⁊ abiſai filiũ ſaruie fratrẽ ioab dicẽs
Quis deſcendet mecũ ad ſaul in caſtra. Dixit
q; abiſai. Ego deſcendam tecum. Venerũt er
go dauid ⁊ abiſai ad populum nocte: ⁊ inuene
rũt ſaul iacentem ⁊ dormientẽ in tentorio. ⁊ ha
ſtam fixã in terra ad caput eius. abner aũt ⁊ po
pulũ dormientes in circuitu eiꝰ. Dixitq; abiſai
ad dauid. Cõcluſit deꝰ inimicũ tuũ hodie i ma
nus tuas. Nũc ergo ꝑfodiã eũ lãcea in terra ſe
mel. ⁊ ſecũdo opꝰ nõ erit. Et dixit dauid ad abi
ſai. Ne interficias eũ. Quis eni extẽdet manũ
ſuã in xp̄m dñi. ⁊ innocẽs erit. Et dixit dauid.
Viuit dñs. q: niſi dñs percuſſerit eũ. aut dies
eius venerit vt moriat̃. aut in ꝑliũ deſcẽdẽs
perierit: ꝓpitius mihi ſit dñs ne extẽdã manũ
meã in xp̄m dñi. Nũc igit̃ tolle haſtã que ẽ ad

caput eius ⁊ cyphū aque: ⁊ abeam⁹. Tulit igiť
dauid haſtam ⁊ cyphū aque qui erat ad caput
filius abul principes vici irl̄m. Et iuxta eū edi
ficauit ieiada filius aromath cōtra domū ſuam
Et iuxta eū edificauit attus fili⁹ aſebonie. Me
diam partem vici edificauit melchias filius erē
⁊ aſub filius phetmoab. ⁊ turrim furnoꝝ. Et
iuxta eos edificauit ſellum filius aloes. p̄nceps
medie partis vici irl̄m: ip̄e ⁊ filij eius. Et por
tā vallis edificauit anuun ⁊ habitatores zanoe.
ipſi edificauerūt eam. ⁊ ſtatuerunt valuas eius
⁊ ſeras ⁊ vectes. ⁊ mille cubitos in muro vſq̄ȝ
ad portam ſterquilinij. Et portam ſterquilinij
edificauit melchias filius rechab. principes vi
ci bethacharem. Ip̄e edificauit eā. ⁊ ſtatuit val
uas eius ⁊ ſeras ⁊ vectes. Et portam fōtis edi
ficauit ſellum. filius colozai. princeps pagi ma
ſpha. Ip̄e edificauit eam ⁊ texit. ⁊ ſtatuit val/
uas ei⁹ ⁊ ſeras ⁊ vectes. ⁊ muros piſcine ſyloe
in hortū regis. ⁊ vſq̄ȝ ad gradus q̄ deſcendunt
de ciuitate dauid. Poſt eum edificauit neemi/
as filius azboth p̄nceps dimidie p̄tis vici beth
ſur vſq̄ȝ ꝯtra ſepulchrū dauid. ⁊ vſq̄ȝ ad piſci/
nā que grandi ope conſtructa eſt. ⁊ vſq̄ȝ ad do
mū fortiū. Poſt eū edificauerūt leuite. reum fi
lius beni. Poſt eū edificauit aſebias p̄nceps
dimidie p̄tis ceile in vico ſuo. Poſt eū edifi/
cauerūt fratres eoꝝ: bechui filius enedab prin
ceps dimidie p̄tis ceile. Et edificauit iux̄ eū azer
filius ioſue p̄nceps maſpha menſurā ſecūdā: ꝯ
aſcenſū firmiſſimi anguli. Poſt eū ī mōte edi

ficauit baruch filius zachai menſuram ſecundā
ab angulo vſq; ad portā domus eliaſib ſacer/
dotis magni. Poſt eū edificauit merimuth fi/
lius vrie filie accbus mēſurā ſecūdā a porta do
mus eliaſib: donec extenderet domus eliaſib.
Et poſt eū edificauerunt ſacerdotes: viri de cā
peſtribus iordanis. Poſt eos edificauit benia
min et aſub ꝯ domū ſuā. Et poſt eos edificauit
azarias filius maaſie filij ananie ꝯ domum ſuā
Poſt eū edificauit bēnui fili⁹ ennada menſurā
ſecundā a domo azarie vſq; ad flexuras et vſq;
ad angulū: phalel filius ozi contra flexuram et
turrim que eminet de domo regis excelſa. id eſt
in atrio carceris. Poſt eū phadaia filius feros
Nathinnei autē habitabāt in ofel: vſq; contra
portā aquarū ad orientē. et turrim que ꝓmine/
bat. Poſt eū edificauerunt thecueni menſurā
ſecundā e regione: a turre magna et eminenti
vſq; ad murū tēpli. Surſum autē ad portam
equorū edificauerunt ſacerdotes: vnuſquiſq; ꝯ
domum ſuā. Poſt eos edificauit ſeddo filius
emmer ꝯ domum ſuā. Et poſt eū edificauit ſe/
mei filius ſechenie cuſtos porte orientalis Poſt
eum edificauerunt anania: fili⁹ ſelemie. et anon
filius ſelo ſext⁹. mēſurā ſecūdā. Poſt eos edi
ficauit meſollā filius barachie ꝯ gazophilatium
ſuū. Poſt eū edificauit melchias filius aurifi/
cis vſq; ad domū nathineorum et ſcuta vēdētiū
ꝯ portā iudicialē et vſq; ad cenaculū anguli. Et
intra cenaculū anguli in porta gregis edifica/
uerunt artifices et negociatores. IIII

Factum eſt autē cū audiſſet ſanaballath
qȝ edificaremus murū: iratus ē valde
Et motus nimis ſubſanauit iudeos: et
dixit corā fratribus ſuis et frequētia ſamaritanorū
Quid iudei faciunt imbecilles? Nū dimittēt
eos gētes? Nū ſacrificabūt et cōplebunt in vna
die? Nunqd edificare poterunt lapides de acer
uis pulueres q cōbuſti ſunt? Sȝ et tobias amma/
nites ꝓxim⁹ eius ait: Edificent. Si aſcenderit
vulpes tranſiliet murū eorū lapideum. Et dixit
neemias: Audi deus nr̄ qȝ facti ſumus deſpe/
ctui. Conuerte opprobriū ſuper caput eorū. et
da eos in deſpectionē in terra captiuitatis. Ne
operias iniquitatē eorū: et peccatū eorū corā fa
cie tua nō deleatur: qȝ irriſerūt edificātes. Ita/
q; edificauim⁹ murū. et cōiūximus totum vſq;
ad partē dimidiā. et ꝓuocatū eſt cor populi ad
operādū. Factū eſt autē cū audiſſet ſanaballath
et tobias et arabes et ammanite et azotij qȝ obdu/
cta eſſet cicatrix muri hieruſalē. et qȝ cepiſſent in
terrupta ꝯcludi: irati ſūt nimis. Et congregati
ſūt omnes pariter vt venirēt et pugnarent cōtra
hierlm. et molirent inſidias. Et orauimus deū
nr̄m et poſuim⁹ cuſtodes ſup murū die ac nocte
cōtra eos. Dixit autē iudas: Debilitata eſt for/
titudo portātis: et humus nimia eſt. et nos nō po
terimus edificare murū. Et dixerūt hoſtes nr̄i
Neſciāt et ignorent donec veniem⁹ in medium
eorū et interficiam⁹ eos. et ceſſare faciam⁹ opus.
Factū ē autē venientib⁹ iudeis qui habitabāt iu
xta eos et dicentib⁹ nobis ꝑ decē vices ex oīb⁹
locis qb⁹ venerāt ad nos: ſtatui in loco poſt murū
ꝑ circuitū: ppl'm in ordinē cū gladijs ſuis et lan
ceis et arcubus Et ꝑſpexi atq; ſurrexi. et aio ad
optimates et magiſtrat⁹ et ad reliquā ꝑtem vulgi.
Nolite timē a facie eorū. Dn̄i magni et terribi/
lis memētote. et pugnate ꝓ fratrib⁹ vr̄is. filijs ve
ſtris et filiabus veſtris et vxorib⁹ veſtris et do/
mib⁹ vr̄is. Factū ē autē cū audiſſent inimici nr̄i
nūciatū ē nobis: diſſipauit deus ꝯſiliū eorū. Et
reuerſi ſum⁹ oēs ad muros: vnuſqſq; ad op⁹
ſuum. Et factū ē a die illa: media ꝑs iuuenum
eorū faciebat opus. et media parata erat ad bel/
lum. et lancee et ſcuta et arcus et lorice. et ꝑncipes
poſt eos in oī domo iuda edificantiū muros et
portantiū onera et imponentiū. vna manu ſua
faciebat opus. et altera tenebat gladiū. Edifi/
cantiū .n. vnuſqſq; gladio erat accinctus renes
Et edificabāt et clangebant buccina iuxta me.
Et dixi ad optimates et ad magiſtrat⁹ et ad reli
quā ꝑtē vulgi. Op⁹ grāde eſt et latū. et nos ſe/
parati ſumus in muro ꝓcul alter altero. In loco
quocūq; audieritis clangorē tube: illuc cōcurrite
ad nos. De⁹ nr̄ pugnabit ꝓ nobis. et nos ipſi
faciem⁹ op⁹. Et media ꝑs noſtrū teneat lāceas
ab aſcēſu aurore donec egrediantur aſtra. In
tēpore qȝ illo dixi populo. Vnuſqſq; cū puero
ſuo maneat in medio ir'lm. et ſint nobis vices
ꝑ noctē et diē ad operādū. Ego autē et frēs mei
et pueri mei et cuſtodes q erant poſt me: nō de
ponebam⁹ veſtimēta noſtra. Vnuſqſq; tm̄ nu
dabat ad baptiſmū. V

Et factus ē clamor populi et vxorū eius
magn⁹ aduerſus fratres ſuos iudeos.
Et erāt qui dicerēt: Filij noſtri et filie
nr̄e multe ſūt nimis Accipiam⁹ pro precio eorū
frumentū. et comedam⁹ et viuamus. Et erant
q dicerēt. Agros nr̄os et vineas et domos no
ſtras opponam⁹. et accipiamus frumētū in fa
me. Et alij dicebāt Mutuo ſumam⁹ pecunias
in tributa regis: demuſq; agros noſtros et vi
neas. Et nūc ſicut carnes fratrū nr̄orū: ſic car/
nes nr̄e ſūt et ſicut filij eorum: ita et filij noſtri.

Ecce nos ſubiugam⁹ filios noſtros ⁊ filias no
ſtras in ſuitutē: ⁊ de filiab⁹ noſtris ſūt famule
nec habemus vnde poſſint redimi: ⁊ agros no
ſtros ⁊ vineas nr̄as alij poſſidēt. Et irat⁹ ſum
nimis: cū audiſſem clamorē coꝝ ſm̄ v̄ba hec:
cogitauitq; cor meū. Et increpaui optimates ⁊
magiſtrat⁹. ⁊ dixi eis: Uſuras ne ſinguli a fra
tribus veſtris exigatis? Et cōgregaui aduerſū
eos contionē magnā. ⁊ dixi eis: Nos vt ſcitis
redemim⁹ frēs nr̄os iudeos q vēditi fuerāt gē
tib⁹. ſm̄ poſſibilitatē nr̄am. Et vos igit̄ vendi
te frēs veſtros. ⁊ redimem⁹ eos? Et ſiluerunt
nec inuenerūt qd reſponderēt. Dixiq; ad eos
Nō eſt bona res quā facitis. Quare non in ti
more dei nr̄i ambulatis: ne exprobret̄ nobis a
gētib⁹ inimicis nr̄is? Et ego ⁊ frēs mei et pueri
mei cōmodauimus plurimis pecuniā ⁊ frumē
tū. Nō repetam⁹ in cōe iſtud. Es alienū conce
damus: qd̄ debetur nobis. Reddite eis hodie
agros ſuos et vineas ſuas et oliueta ſua et do
mos ſuas. Quin potius ⁊ centeſimā pecunie
frumenti vini ⁊ olei quā exigere ſoletis ab eis
date pro illis. Et dixerunt: Reddemus. et ab
eis nihil queremus: ſicq; faciemus vt loqueris.
Et vocaui ſacerdotes ⁊ adiuraui eos vt facerēt
iuxta quod dixerā. Inſuper excuſſi ſinū meū
⁊ dixi: Sic excutiat de⁹ oēm virū qui nō cōple
uerit verbū iſtud: de domo ſua ⁊ de laboribus
ſuis. Sic excutiatur. ⁊ vacu⁹ fiat. Et dixit vni
uerſa multitudo. amen. Et laudauerunt deū.
Fecit ergo populus ſicut erat dictū. A die au
tē illa q̄ p̄ceꝑat rex mihi vt eſſem dux in terra
iuda ab anno viceſimo vſq; ad annū triceſimū
ſecundū artaxerxis regis ꝑ annos duodecim ego
⁊ fratres mei annonas que ducib⁹ debebāt̄ nō
comedim⁹. Duces aūt primi q fuerū ante me
grauauerūt populū. ⁊ acceperūt ab eis in pane
⁊ vino ⁊ pecunia q̄tidie ſiclos q̄draginta. Sed
⁊ miniſtri coꝝ depꝛeſſerāt pplm̄: Ego aūt nō feci
ita ꝑpter timorē dei Quin potius in ope muri
edificaui. ⁊ agrū nō emi. ⁊ oēs pueri mei con
gregati ad op⁹ erāt. Iudei q̄; ⁊ magiſtrat⁹ cētū q̄n
q̄ginta viri. ⁊ q veniebāt ad me de gētib⁹ q̄ in
circuitu noſtro ſūt in mēſa mea erāt. Parabat̄
aūt mihi ꝑ dies ſingulos bos vnus arietes ſex
electi: exceptis volatilib⁹. ⁊ inter dies decē vi
na diuerſa. ⁊ alia multa tribuebā. Inſuꝑ ⁊ an
nonas ducat⁹ mei nō q̄ſiui. Valde. n. erat atte
nuat⁹ ppl's. Memēto mei de⁹ me⁹ in bonū: ſm̄
oīa que feci populo huic. VI

Actum eſt autē cū audiſſet ſanaballath
⁊ tobias ⁊ goſem arabs et ceteri inimi
ci noſtri q̄ edificaſſem ego murum. ⁊ nō eſſet
in ipſo reſidua interruptio: vſq; ad temp⁹ autē
illud valuas nō poſuerā in portis: miſerunt ſa
naballath ⁊ tobias ⁊ goſem arabs ad me dicen
tes: Ueni ⁊ ꝑcutiam⁹ fedus pariter in viculis
in campo vno. Ipſi autē cogitabāt vt facerent
mihi malū. Miſi ergo ad eos nuncios: dicēs:
Opus grāde ego facio ⁊ nō poſſum deſcēdere
ne forte negligat̄ cum venero ⁊ deſcendero ad
vos Miſerūt ergo ad me ſ͡z v̄bū hoc ꝑ quattuor
vices. ⁊ reſpōdi eis iuxta ſmonē priorem. Et
miſit ad me ſanaballath iuxta verbū prius q̄n
ta vice puerū ſuū ⁊ ep̄lam habebat in manu ſua
ſcriptā hoc mō. In gētibus auditū ē. ⁊ goſem
dixit: q̄ tu ⁊ iudei cogitetis rebellare. ⁊ ꝑpte
rea edifices murū. ⁊ leuare te velis ſuꝑ eos re
gem: ꝑpter quā cām ⁊ ꝓphetas poſueris q p̄
dicēt de te in irl'm dicētes: Rex in iudea ē. Au
dit̄ur⁹ ē rex v̄ba hec. Idcirco nūc veni vt inea
mus ꝯſiliū pit̄er. Et miſi ad eos dicēs: Nō eſt
factū ſm̄ v̄ba hec q̄ tu loq̄ris De corde. n. tuo
tu cōponis hec. Oēs. n. hi terrebāt nos: cogi
tātes q̄ ceſſarēt man⁹ nr̄e ab ope ⁊ q̄ſcerem⁹.
Quā ob cām magis cōfortaui man⁹ meas. Et
ingreſſus ſū domum ſamaie filij dalaie filij me
thabeel ſecreto. Qui ait: Tractemus nobiſcū
in domo dei in medio tēpli ⁊ claudamus por
tas edis: q̄ venturi ſūt vt interficiāt te. ⁊ nocte
venturi ſūt ad occidēdū te. Et dixi: Nū quiſq̄
ſil's mei fugit. Et q̄s vt ego ingredit̄ templū
⁊ viuet? Nō ingrediar. Et intellexi q̄ deus nō
miſiſſet eū ſ͡z quaſi vaticinās locutus eēt ad me
⁊ tobias ⁊ ſanaballath cōduxiſſent eū. Acceꝑat
eni p̄ciū vt territus facerē ⁊ peccarē ⁊ haberēt
malū qd̄ exprobrarēt mihi Memēto mei domi
ne ꝓ tobia ⁊ ſanaballath iuxta oꝑa coꝝ talia: ſ͡z
⁊ noadie ꝓphete ⁊ ceteroꝝ ꝓphetaꝝ q terrebāt
me. Cōpletus ē aūt murus viceſimo q̄nto die
menſis elul. q̄nq̄ginta duobus diebus. Factū
eſt ergo cū audiſſent oēs inimici noſtri vt timerent
vniuerſe gētes q̄ erāt in circuitu noſtro. ⁊ cōci
derēt intra ſemetipſos. ⁊ ſcirēt q̄ a dn̄o factū ē
opus hoc. Sꝫ ⁊ in diebus illis mlt̄e optimatū
iudeoꝝ ep̄le mittebant̄ ad tobiā. ⁊ a tobia ve
niebāt ad eos. Multi eni erant in iudea hn̄tes
iuramētū eius: q̄ gener erat ſechenie filij iorei
⁊ iohānan filius eius acceperat filiā meſollam
filij barachie. Sed ⁊ laudabant eum coram me
⁊ verba mea nūciabant ei. Et tobias mit tebat
epiſtolas vt terreret me. VII

Poſtq̄; aūt edificatus ē murus ⁊ poſui
valuas. ⁊ recēſui ianitores et cantores

τ leuitas: pcepi aneni fratri meo τ ananie prin/
cipi domus de hierlm. Ipſe. n. quaſi vir verax
τ timens deū plus ceteris videbat. Et dixi eis
Nō aperiant porte hierlm vſq3 ad calorē ſolis.
Cūq3 adhuc aſſiſterēt: clauſe porte ſūt τ oppi/
late. Et poſui cuſtodes de habitatoribus irlm
ſingulos p vices ſuas. τ vnūquēq3 ɔ̃ domum
ſuā. Ciuitas autē erat lata nimis τ grandis. et
populus puus in medio eius: τ nō erāt domꝰ
edificate. Deus aūt dedit in corde meo et ɔgre
gaui optimates τ magiſtratus τ vulgus vt re/
cenſerē eos: Et inueni librū cenſus eoꝝ q aſcē
derāt primū. τ inuētū ē ſcriptū in eo. Iſti filij
puincie q aſcēderūt de captiuitate migrātiū qs
trāſtulerat nabuchodonoſor rex babylonis. et
reuerſi ſūt in hierlm τ in iudeā: vnuſqſq3 in ci/
uitatē ſuā: q venerūt cū çorobabel: ioſue neemi
as: açarias: raamias: naamin: mardocheus:
belſar: meſpharat: beggoai: naum: baana. Nu
merus viroꝝ populi iſrael. Filij pharos: duo
milia centū ſeptuagintaduo. Filij ſaphatia: tre
centi ſeptuagintaduo. Filij area: ſexcenti qnq̄/
gintaduo. Filij phetmoab filioꝝ ioſue et ioab:
duo milia octingēti decē et octo. Filij helā: mil
le octingēti qnquagintaquattuor. Filij çethua
nōgenti quadragintaqnq3. Filij çachai ſeptin
genti ſexaginta. Filij bennui: ſexcenti quadra/
gintaocto. filij bebai ſexcenti vigintiocto. Filij
açgad: duo milia trecenti vigintiduo Filij ado
nicā: ſexcenti ſexagintaſeptē. Filij beguai: duo
milia ſexagintaſeptē. Filij adin: ſexcenti quin/
quagintaqnq3. Filij ather filij eçechie. nongēti
octo. Filij aſem: trecenti vigintiocto. Filij be/
ſai trecenti vigintiquattuor. Filij areph: centū
duodecim. Filij gabaon: nonagintaqnq3. Fi/
lij bethleem et nethupha: centū octogintaocto.
Viri anathot: centum vigintiocto. Viri betha/
moth. q̄dragintaduo. Viri cariathiarī3 cephi/
ra et beroth: ſeptingenti q̄dragintatres. Viri
rama et gebo: ſexcenti viginti vnus. Viri ma
chmas: cētū vigintiduo. Viri bethel τ hai. du
cēti vigintitres. Viri nebo alterius qnq̄ginta
duo. Viri helā alterius: mille ducēti qnq̄ginta
quattuor. Filij arem. trecenti viginti. Filij hie
richo: trecenti q̄dragintaqnq3. Filij lodadin τ
ono: ſeptigēti viginti vnꝰ. Filij ſenaa: tria mi
lia nongēti triginta. Sacerdotes. Filij idaia i
domo ieſua: nōgēti ſeptuagintatres. Filij em/
mer: mille qnq̄ginta duo. Filij pheſſur: mille
ducenti q̄draginſeptē. Filij arem: mille decem
et ſeptē. Leuite. Filij ioſue et cedmihel filiorū
oduie: ſeptuagintaquattuor. Cantores. Filij
aſaph cētū quadragintaocto. Ianitores. Filij
ſellum filij ather: filij thelmon: filij accub: filij
athita: filij ſobai: cētū trigintaocto. Nathinnei
Filij ſoa filij aſupha. filij thebaoth: filij ceros:
filij ſiaa: filij phadon: filij lebana: filij agaba. fi
lij ſelmon: filij anan: filij geddel: filij gaer: fi/
lij raabia: filij raſin: filij nechoda: filij geçem fi
lij aça: filij phaſea: filij beſai: filij munim: filij
nephuſim: filij bechue: filij acupha: filij açur:
filij beſluth: filij maida: filij arſa: filij berchos:
filij ciçara: filij thema: filij naſia: filij athupha:
filij ſeruoꝝ ſalomonis: filij ſothai: filij ſophe/
reth: filij pheruda: filij iahala: filij dercon: filij
gedel: filij ſaphata: filij athil: filij phocereth: q
erat ortus ex aſebaim filio ammon. Omnes na
thinnei. et filij ſeruoꝝ ſalomōis: trecenti nona
gintaduo. Hi ſunt autē qui aſcenderūt de thel
mala thelarſa cherub adon et emmer. et nō po
tuerunt indicare domū patrum ſuorum et ſe/
men ſuū: vtrū ex iſrael eſſent. Filij dalaia: filij
tobia: filij nechoda: ſexcenti q̄dradragintaduo
Et de ſacerdotibus: filij hobia. filij accos: filij
berçellai: qui accepit de filiabꝰ berçellai galaa/
ditis vxorē: et vocatꝰ eſt noīe eoꝝ. Hi q̄ſierūt
ſcripturā ſuā in cenſu τ nō inuenerunt. et eiecti
ſunt dͤ ſacerdotio. Dixitq3 athersatha eis vt nō
manducarent de ſanctis ſanctorum: donec ſta/
ret ſacerdos doctus τ eruditus. Omnis multi
tudo quaſi vir vnus: quadragintaduo milia ſe
xcenti ſexaginta. abſq3 ſeruis et ancillis eorum
qui erant ſeptem milia trecenti triginta ſeptem
et inter eos cantores et cantatrices ducēte. Eq
uorum ſexcenti triginta ſeptem: muli eorum du
centi quadragintaquinq3: cameli eoꝝ quadrin
genti trigintaqnq3: aſini ſex milia ſeptigenti vi
ginti. Hucuſq3 refert quid in cōmentario ſcri
ptum fuerit: ex hinc neemie hiſtoria texitur. Nō/
nulli aūt de principibus familiaꝝ dederunt in
opus. Athersatha dedit in theſaurū. auri dra
gmas mille: phialas quinquaginta: tunicas ſa
cerdotales qngentas triginta. Et de pncipibꝰ
familiaꝝ dederunt in theſauꝝ operis. auri dra
gmas viginti milia. et argenti minas duo mi/
lia ducentas. Et qd̄ dedit reliquꝰ populus. au/
ri dragmas viginti milia: τ argēti minas duo
milia: et tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptem
Habitauerunt aūt ſacerdotes et leuite et iani/
tores et cantores et reliquum vulgus et nathin
nei et oīs iſrael in ciuitatibꝰ ſuis. VIII

ET venerat: menſis ſeptimus. Filij aūt
iſrl̄ erāt in ciuitatibꝰ ſuis. Congrega/
tuſq3 oīs populus q̄ſi vir vnꝰ ad plateā

que ē añ portā aq̃x. et dixerūt eſdre ſcribe vt af
ferret librū legis moyſi: quā preceꝑat domin⁹
iſraeli. Attulit ğ eſdras ſacerdos legem corā
multitudine virorum et mulierx. cūctiſq; q po
terant intelligere: in die pma mēſis ſeptimi Et
legit in eo aꝑte in platea q̄ erat añ portā aquax
de mane vſq; ad mediā diē in cōſpectu virorū
et mulierx et ſapientiū. Et aures oīs ppl'i erant
erecte ad librū. Stetit autē eſdras ſcriba ſuper
gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū. et ſtete/
rūt iuxta eū mathathia et ſemia et ania et vria et
elchia et maaſia ad dexterā eius. et ad ſiniſtrā:
phadaia miſabel et melchia et aſū ꝛ aſeph dan a
zacharia et moſollam. Et aperuit eſdras librū
corā oī populo. Suꝑ vniuerſū quippe popu
lum eminebat. Et cum aꝑuiſſet eū ſtetit omnis
populus. Et bñdixit eſdras dño deo: voce ma
gna. Et rñdit oīs ppl's. amen amē: eleuantes
manus ſuas. Et incuruati ſūt. et adorauerunt
deū ꝓni in terrā. Porro ieſue et baani et ſera/
bi: iamin: accub: ſepthai: odia: maaſia: celita:
açarias: iozabed: anani: phalaia: leuite: ſilen/
tium faciebant in populo ad audiendam legem
Populus aūt ſtabat in gradu ſuo. Et legerūt
in libro legis dei diſtincte et aꝑte ad intelligen
dū et intellexerūt cū legeret̄. Dixit aūt neemias
ipſe ē atherſatha. et eſdras ſacerdos et ſcriba et
leuite interpretantes vniuerſo populo. Dies
ſanctificat⁹ ē dño deo nr̄o. Nolite lugere ꝛ no/
lite flere. Flebat enī oīs ppl's cū audiret verba
legis et dixit eis: Ite comedite pinguia et bibi
te mulſū. et mittite ptes eis qui nō p̄parauerūt ſi/
bi: q2 ſanctus dies dñi eſt. et nolite contriſtari
Gaudiū etenī dñi ē fortitudo nr̄a. Leuite aūt
ſilentiū faciebat in oī pplo dicētes: Tacite: q2
dies ſanct⁹ ē ꝛ nolite dolere. Abijt itaq; oīs po
pulus vt comederet et biberet et mittēt partes
et faceret leticiā magnā: q2 intellexerant verba
q̄ docuerat eos. Et in die ſecūdo cōgregati ſūt
principes familiax vniuerſi populi ſacerdotes
et leuite ad eſdrā ſcribā vt interp̄taret̄ eis v̄ba
legis. Et inuenerūt ſcriptū in lege: p̄cepiſſe do/
minū i manu moyſi vt habitēt filij iſrl' in taber
naculis in die ſolēni mēſe ſeptimo. et vt p̄dicēt
et diuulgēt vocē et vniuerſis vrbib⁹ ſuis et in
irl'm dicentes: Egredimini in mōtē et afferte
frondes oliue. et frondes ligni pulcherrimi:
frondes myrti et ramos palmax et frondes li
gni nemoroſi vt fiant tabernacula ſicut ſcriptū
eſt. Et egreſſus eſt omnis popul⁹. et attulerūt
Feceruntq; ſibi tabernacula vnuſqſq; i domate
ſuo et in atrijs ſuis et in atrijs dom⁹ dei. et i pla
tea porte aquax. ꝛ in platea porte ephraim. Fe
cit ğ vniuerſa eccleſia eox q redierāt de captiui
tate tabernacula. ꝛ habitauerūt in tabernacul̄.
Nō eni fecerāt a dieb⁹ ioſue filij nun. talia filij
iſrael vſq; ad diē illū. Et fuit leticia magna ni
mis. Legit aūt in libro legis dei. p dies ſingu/
los. a die p̄mo vſq; ad diē nouiſſimum. ꝛ fece
rūt ſolēnitatē ſeptē diebus. ꝛ i die octauo colle
ctā iuxta ritū.

IX

In die aūt viceſimoquarto mēſis hui⁹
cōuenerūt filij iſrl' in ieiunio ꝛ i ſaccis ꝛ
humu⁹ ſuꝑ eos. Et ſeꝑatū ē ſemē filiorū
iſrael ab omni filio alienigena. ꝛ ſteterūt et con
fitebant̄ pctā ſua. et iniquitates patrum ſuorū.
Et ꝯſurrexerūt ad ſtandū et legerūt i volumie
legis dñi dei ſui quater in die. et q̄ter in nocte
cōfitebant̄. et adorabāt dñm deū ſuum. Surre
xerunt aūt ſuper gradū leuitax ioſue et bani et
cedmihel. rēni. ſabnia. abani. ſarebias. bani. ꝛ
chanani: et clamauerunt voce magna ad dñm
deum ſuū. Et dixerūt leuite: ioſue ꝛ cedmihel
bonni. aſebia. arabia. odaia. ſebna fataia. Sur
gite. ꝛ bñdicite domino deo noſtro. ab eterno
vſq; in eternum. Et benedicant nomini glorie
tue excelſo in omni benedictiōe ꝛ laude. Et di/
xit eſdras. Tu ip̄e dominus ſolus: tu feciſti ce
lum ꝛ celū celox. ꝛ omnē exercitū eox: terram
ꝛ vniuerſa que in eo ſunt: maria ꝛ oīa que i eis
ſunt. Et tu viuificas oīa hec: ꝛ exercitus celi te
adorat. Tu ip̄e dñe deus q elegiſti abrā ꝛ edu/
xiſti eū de igne caldeox: ꝛ poſuiſti nomen eius
abraham. ꝛ inueniſti cor eius fidele corā te. ꝛ
percuſſiſti eum eo fedus vt dares ei terrā cha/
nanei ethei euei ꝛ ammorrei ꝛ phereçei ꝛ iebu/
ſei ꝛ gergeſei. vt dares ſemini eius. Et imple/
ſti verba tua qm̄ iuſtus es. Et vidiſti affictio/
ctionē patrū noſtrox in egypto: clamorē q; eo/
rū audiſti ſuꝑ mare rubrū. ꝛ dediſti ſigna atq;
portenta in pharaone ꝛ in vniuerſis ſeruis ei⁹
ꝛ in omni populo terre illi⁹. Cognouiſti eni
q2 ſuꝑbe egerāt ꝯ eos. ꝛ feciſti tibi nomē. ſicut
ꝛ in hac die. Et mare diuiſiſti ante eos. ꝛ tran
ſierunt ꝑ mediū maris in ſicco. Perſecutores
aūt eox ꝓieciſti in ꝓfundū quaſi lapidē in aq̃s
vallis. ꝛ in colūna nubis ductor eox fuiſti per
diē. ꝛ in colūna ignis ꝑ noctē. vt appareret eis
via ꝑ quā ingrediebant̄. Ad montem q; ſynai
deſcendiſti ꝛ locutus es cū eis de celo. ꝛ dediſti
eis iudicia recta ꝛ legē veritatis. cerimonias ꝛ
p̄cepta bona. Et ſabbatū ſanctificatū tuū oſten
diſti eis. ꝛ mādata ꝛ cerimonias ꝛ legē p̄cepi/
ſti eis in manu moyſi ſerui tui. Panē q; de ce

ho dediſti eis i fame eoꝝ. ⁊ aquã de petra edu/
xiſti eis ſitientib⁹. Et dixiſti eis vt ingrederen
tur ⁊ poſſiderent terrã ſuper quã leuaſti manũ
tuã vt traderes eis. Ipſi vero ⁊ patres noſtri
ſuperbe egerũt ⁊ indurauerũt ceruices ſuas. ⁊
nõ audierũt mãdata tua ⁊ noluerunt audire. ⁊
nõ ſũt recordati mirabiliũ tuoꝝ que feceras eis
Et indurauerũt ceruices ſuas. ⁊ dederunt ca/
put vt conuerterenť ad ſeruitutẽ ſuã quaſi p cõtẽ
tionẽ. Tu aũt de⁹ ppici⁹ clemens ⁊ miſericors
longanimis ⁊ multe miſerationis. nõ dereli/
quiſti eos. Et qdẽ cũ feciſſent ſibi vitulũ cõflati
lẽ ⁊ dixiſſent. Iſte eſt de⁹ tu⁹ q eduxit te de egy/
pto. feceruntq; blaſſemias magnas. tu aũt i mi/
ſericordijs tuis multis non dimiſiſti eos in de
ſerto. Colũna nubis nõ receſſit ab eis per diẽ.
vt duceret eos in viã. ⁊ colũna ignis per noctẽ
vt oſtẽderet eis iter p qd ingrederent. Et ſpm
tuũ bonũ dediſti q doceret eos. ⁊ manna tuum
nõ phibuiſti ab ore eoꝝ. ⁊ aquã dediſti eis in
ſiti. Quadraginta annis paiuiſti eos in deſerto
nihilq; eis defuit. Veſtimenta eoꝝ nõ inuete/
rauerũt. ⁊ pedes eoꝝ non ſũt attriti. Et dediſti
eis regna ⁊ populos. et partitus es eis ſortes.
Et poſſederũt terrã ſeon. et terrã regis eſebon
et terrã og regis baſan. Et multiplicaſti filios
eoꝝ ſicut ſtellas celi. et adduxiſti eos ad terram
de q dixeras pribus⁹ eoꝝ vt ingrederenť et poſſi
derent. Et venerũt filij. et poſſederũt terram.
Et humiliaſti corã eis habitatores terre chana
neos. et dediſti eos i manu eoꝝ. et reges eoꝝ ⁊
populos terre vt facerent eis ſicut placebat il/
lis. Ceperũt itaq; vrbes munitas ⁊ humũ pin
guem et poſſederũt domos plenas cunctis bo
nis: ciſternas ab eis fabricatas: vineas et oli/
ueta et ligna pomifera multa. Et comederunt
et ſaturati ſũt. et impinguati ſũt et abũdauerũt
delitijs i bonitate tua magna. Prouocauerũt
aũt te ad iracũdiã. et receſſerũt a te. et piecerũt
legem tuã poſt terga ſua. Et pphetas tuos oc/
ciderũt q conteſtabanť eos vt reuerterenť ad te
feceruntq; blaſſemias grandes. Et dediſti eos
in manu hoſtiũ ſuoꝝ. et afflixerũt eos. Et in tẽ
pore tribulatiõis ſue clamauerũt ad te: et tu de
celo audiſti. et ſm miſerationes tuas multas de
diſti eis ſaluatores: qui ſaluarent eos de manu
hoſtiũ ſuoꝝ. Cũq; requieuiſſent. reuerſi ſũt vt
facerent malũ in conſpectu tuo: et dereliquiſti
eos in manu inimicoꝝ ſuoꝝ. et poſſederũt eos
Conuerſiq; ſũt. ⁊ clamauerũt ad te. Tu autem
de celo exaudiſti et liberaſti eos. i miſericordijs
tuis multis temporibus. et conteſtatus es eos
vt reuerterentur ad legem tuam. Ipſi vo ſu
perbe egerunt et non audierunt mandata tua
et in iudicijs tuis peccauerũt: que faciet homo
et viuet in eis. Et dederunt humerum recedẽ
tem: et ceruicem ſuam indurauerunt. nec audi
erunt. Et ptraxiſti ſuper eos annos multos.
⁊ conteſtatus es eos i ſpũ tuo per manũ pphe
taꝝ tuoꝝ ⁊ non audierũt. ⁊ tradidiſti eos i ma
nũ populoꝝ terraꝝ. In miſericordijs aũt tuis
plurimis non feciſti eos in cõſumptionem. nec
dereliquiſti eos: qm̃ de⁹ miſerationũ ⁊ clemẽs
es tu. Nũc itaq; de⁹ noſter magne fortis ⁊ ter/
ribilis. cuſtodiẽs pactũ ⁊ miſericordiã ne auer
tas a facie tua omnem laborem qui inuenit nos
reges noſtros. principes noſtros ⁊ ſacerdotes
noſtros ⁊ pphetas nr̃os ⁊ patres nr̃os ⁊ omẽ
populũ tuũ: a dieb⁹ regis aſſur vſq; in diẽ hãc.
Et tu iuſt⁹ es in oĩb⁹ q venerũt ſup nos: q: ve
ritatẽ feciſti nobis: nos aũt impie egim⁹. Reges
nr̃i pncipes nr̃i ſacerdotes nr̃i ⁊ patres noſtri
nõ fecerũt legẽ tuã. ⁊ nõ attenderũt mãdata tua
⁊ teſtimonia tua que teſtificat⁹ es in eis. Et ipſi
i regnis ſuis bonis ⁊ i bonitate tua multa quã
dederas eis ⁊ in terra latiſſima ⁊ pingui quam
tradideras in cõſpectu eoꝝ. nõ ſeruierunt tibi.
nec reuerſi ſũt a ſtudijs ſuis peſſimiſ. Ecce nos
ipſi hodie ſerui ſumus. ⁊ terra quã dediſti pri/
b⁹ noſtris vt comederẽt panẽ eius ⁊ que bona
ſũt ei⁹. ⁊ nos ipſi ſerui ſum⁹ in ea. Et fruges ei⁹
multiplicanť regib⁹ quos poſuiſti ſup nos, ppt
peccata noſtra. ⁊ corporib⁹ noſtris dñanť ⁊ iu/
mẽtis nr̃is ſm volũtatẽ ſuã. ⁊ in tribulatione
magna ſum⁹. Sup oĩb⁹ ergo his nos ipſi pcu/
tim⁹ fed⁹ ⁊ ſcribim⁹. ⁊ ſignãt pncipes nr̃i. leui
te noſtri ⁊ ſacerdotes noſtri.

X

Signatores autẽ fuerũt. neemias ather
ſatha filius achelai. ⁊ ſedechias. ſarai/
as. azarias. hieremias. pheſſur. ama
rias. melchias. accus. ſebenia. melluc. maarẽ.
merimuth. obdias. daniel. gẽton. baruch. mo
ſollam. abia miamin. mazia. belga. ſemeia. hi
ſacerdotes. Porro leuite: ioſue filius azarie.
bennui de filijs enadab. cedmihel ⁊ fratres eo
rum. ſechenia. odeuia. celita. phalaia. anan. mi
cha roob. aſebia. zachur. ſerebia. ſabania. odia
bani. baninu. Capita populi: feros phetmoab
elam zethu. bani. bonni. azgad. bebai. adona
ia. beggoai. adin. ather. ezechia. azur. odeuia.
aſum. beſai. areph. anathot. nebai. mechphia.
moſollam. azir. meſizabel. ſadoch. ieddua. fel/
thia. anan. ania. oſee. anania. aſub. aloes. pha
leam. ſobech. reum. aſebna. madſia. ethaia. ha

nan: anan: meluc. arem: baana: ⁊ reliqui de po
pulo. Sacerdotes: leuite: ianitores ⁊ cantores:
nathinnei: ⁊ omnes qui ſe ſeparauerunt de po
pulis terrarum ad legem dei vxores eorū filij
eorum: ⁊ filie eorum: omnes qui poterant ſape
re ſpōdentes pro fratribus ſuis: optimates eo
rum: ⁊ qui veniebant ad pollicendum ⁊ iuran-
dum vt ambularent in lege domini quā dede
rat in manu moyſi ſerui ſui: vt facerent ⁊ cuſto
dirent vniuerſa mandata dn̄i dei nr̄i. ⁊ iudicia
eius ⁊ cerimonias eius: ⁊ vt nō daremus filias
nr̄as pplo terre: ⁊ filias eoꝝ. non acciperemus
filijs nr̄is. Populi q̄ꝫ terre q̄ importāt venalia et
oīa ad vſū ꝑ diem ſabbati vt vendant: non acci
piemus ab eis in ſabbato et in die ſctificato. Et
dimittemus ānū ſeptimū. et exactionē vniuerſe
manus et ſtatuemus ſuꝑ nos p̄cepta vt demus
terciā ꝑtem ſicli ꝑ annū ad opus domus dei nr̄i
ad panes ꝓpoſitionis et ad ſacrificium ſempit̄
nū et in holocauſtū ſempiternū in ſabbatis in ca
lendis in ſolēnitatibus et in ſctificatis et ꝓ pctō
vt exoret ꝓ iſrael: et in oēm vſū domus dei nr̄i
Sortes ergo miſimus ſuꝑ oblationē lignoꝝ in
ter ſacerdotes et leuitas et pplm̄ vt inferent̄ i do
mū dei nr̄i ꝑ domos patrū nr̄oꝝ ꝑ tpa a tpibus
āni vſqꝫ ad annū: vt arderent ſuꝑ altare dn̄i dei
nr̄i: ſicut ſcriptū eſt i lege moyſi. Et vt afferre-
mus p̄mogenita tre noſtre: et p̄mitiua vniuerſi
fructus oīs ligni: ab anno in annū. i domo dn̄i
et p̄mitiua filioꝝ nr̄oꝝ et pecorum noſtroꝝ ſicut
ſcriptū eſt in lege et primitiua boū noſtroꝝ et
ouiū nr̄aꝝ vt offerrent̄ in domo dei nr̄i ſacerdo
tibus q̄ miſtrāt i domo dei noſtri. Et primitias
ciboꝝ noſtroꝝ et libaminū nr̄oꝝ et poma oīs li
gni. vindemie q̄ꝫ et olei afferemus ſacerdotib⁹
ad gazophylaciū dei noſtri. et decimā ꝑtem tre
noſtre leuitis. Ipſi leuite decimas accipiēt ex oi
bus ciuitatib⁹ opū noſtroꝝ. Erit aūt ſacerdos
filius aaron cū leuitis i decimis leuitaꝝ: et leuite
offerēt decimā ꝑtem decime ſue i domo dei nr̄i
ad gazophylatiū i domo theſauri. Ad gazophy
laciū. n. deportabūt filij iſrael. et filij leui p̄miti
as frumēti et vini et olei: et ibi erūt vaſa dn̄i ſcti-
ficata: et ſacerdotes et cātores et ianitores et mi
niſtri et nō dimittem⁹ domū dei noſtri. XI

Habitauerunt autē principes populi in
hieruſalem. Reliqua vero plebs miſit
ſortē vt tolleret vnā ꝑtem de decem qui
habitaturi eſſent in ir̄lm in ciuitate ſcā: nouē vo
ptes in ciuitatibus. Bn̄dixit aūt ppl's oib⁹ viris
q̄ ſe ſpōte obtulerāt vt hītarent i ir̄lm. Hi ſunt
itaqꝫ p̄ncipes ꝓuintie q̄ hītauerūt in ir̄lm et in
ciuitatibus iuda. Habitauit autem vnuſqſqꝫ i
poſſeſſiōe ſua i vrbibus ſuis iſrael. ſacerdotes
leuite. nathinnei. ⁊ filij ſeruoꝝ ſalomōis. Et i
ir̄lm habitauerūt de filijs iuda ⁊ de filijs benia
min. De filijs iuda: athaias filius aziam. filij
zacharie. filij amarie. filij ſaphatie. filij malale-
hel. De filijs phares: maaſia filius baruch
filiu[s] … coloça. filius azia. filius addaia. filius io
arib. [illegible] zacharie. filius ſilonites. Omnes
filij phares q̄ habitauerūt in ir̄lm. quadringen
ti ſexaginta nouē viri fortes. Hi ſūt autem filij
beniamin. Sellū filius moſollā. filius ioed. fi-
lius phadaia. filius colaia: fili⁹ maſia. fili⁹ ethe
el. filius yſaia. Et poſt eū gabbai. ſellai: nongē
ti vigintiocto. et iohel filius zechri p̄poſit⁹ eoꝝ
⁊ iudas filius ſennua ſuper ciuitatē ſecundus.
⁊ de ſacerdotibus: idaia filius ioarib. iachin. ſa
raia filius helchie filius moſollā. filius ſadoch
filius meraioth.. filius achitob p̄ncipes dom⁹
dei. ⁊ fratres eoꝝ facientes opa tēpli. octingenti
vigintiduo. Et adaia fili⁹ hieroā. fili⁹ pheleia.
fili⁹ amſi. fili⁹ zacharie. fili⁹ pheſſur. filius mel-
chie ⁊ fratres ei⁹ p̄ncipes patꝝ. ducēti quadra
gintaduo. Et amaſai fili⁹ azribel. fili⁹ azi. filius
moſollamoth. fili⁹ emmer. ⁊ fratres eoꝝ poten
tes nimis: centū vigintiocto. ⁊ prepoſitus eoꝝ
zabdihel fili⁹ potentiū. Et de leuitis: ſebenia fi-
lius azob. fili⁹ azaricam. fili⁹ aſabia. filius boni
⁊ ſabathai ⁊ ioſabeth. ſuꝑ oīa opa que erant fo
rinſecus in domo dei a p̄ncipib⁹ leuitarum. Et
mathania filius micha. fili⁹ zebedei. fili⁹ aſaph
p̄nceps. ad laudandū ⁊ ad ꝯfitendū in oratiōe.
⁊ bechecias ſecūdus de fratrib⁹ eius. ⁊ adda fi
lius ſamua. fili⁹ galal. fili⁹ ydithun. Omnes
leuite in ciuitate ſancta. ducēti octogintaquatu-
or. Et ianitores. accub. telmon ⁊ fratres eoꝝ q̄
cuſtodiebāt oſtia: centū ſeptuagintaduo. Et re
liqui ex iſrael ſacerdotes ⁊ leuite in vniuerſis ci
uitatib⁹ iuda. vnuſqſqꝫ in poſſeſſione ſua. ⁊ na
thinnei q̄ habitabant in ophel ⁊ ſyaha ⁊ gaſpha d̄
nathinneis. Et ep̄s leuitaꝝ in ir̄lm: azi fili⁹ ba
ani. filius aſabie. fili⁹ mathanie. filius miche.
De filijs aſaph: cātores in miniſterio dom⁹ dei
Preceptū quippe regis ſuper eos erat. ⁊ ordo
in cātorib⁹ per dies ſingulos. ⁊ fathaia fili⁹ me
ſezebel. de filijs zara. filij iuda in manu regis.
iuxta omne verbū populi. ⁊ in domib⁹ per oēs
regiones eoꝝ. De filijs iuda habitauerunt in
cariatharbe ⁊ in filiab⁹ ei⁹. ⁊ in dibon ⁊ in filia
bus eius. ⁊ in capſeel ⁊ in viculis eius. ⁊ i ie-
ſue ⁊ in molada ⁊ in bethfaleth: ⁊ in aſerſual. ⁊
in berſabee ⁊ in filiabus eius. ⁊ in ſicelech ⁊ in

mochona et in filiabus ei⁹ et in remmon. et i sa-
rra. et in ierimuth. zonoa. odollā et in villis eaꝝ
lachis et in regiōibus eius. azecha et in filiabus
eius. Et manserūt in bersabee vsqꝫ ad vallem
ennon. Filij aūt beniamin. ageba mechmas et
hai et bethel et filiab⁹ eius. anathot nob. anana
asor rama. gethaim. adid. seboim. neballath et
ono valle artificū. et de leuitis. portiones iude
et beniamin: XII

Hi sūt aūt sacerdotes et leuite qui ascen-
derunt cum zorobabel filio salathiel.
Josue. saraia. hieremias. esdras. ama
ria. melluch. accus. sechnias. reum. merimuth
addo genthom. abia. miamin. madia. belga. se
meia et ioarib et idaia. sellū. amoch. elceia. ada-
sia. Isti principes sacerdotum et fratres eorum
in diebus iosue. Porro leuite. iesua. benni. ce
dmihel. sarabia. iuda. mathanias. super hym
nos ipsi et fratres eorum. et becbecia atqꝫ ethan
ni et fratres eorum vnusquisqꝫ in officio suo.
Josue autem genuit ioachim. et ioachim genu
it eliasib. et eliasib genuit ioiada. et ioiada genu
it ionathan. et ionathan genuit iedda. In die-
bus autem ioachim erant sacerdotes et pncipes
familiarum. saraie. maraie. hieremie. ananie.
esdre. mosollam. amarie. iohannā. milico. io-
nathan. sebenie. ioseph. aran. edna. maraioth.
elci. adaie. zacharie. genthon. mosollam. abie.
zechri. miamin. et moadie. felti. belge. samua
semeie. ioathan. ioarib. mathanai. iodaie. acci.
sellaie. celaia. mochober. elchie. asebie. ydaie.
nathanahel. Leuite in diebus eliasib et ioiada.
et ionan. et iebboa. scripti principes familiaruꝫ
et sacerdotes in regno darij perse. Filij leui pn
cipes familiarum scripti in libro verborum die
rum. et vsqꝫ ad dies ionathan filij eliasib. Et
principes leuitarum. asebia. serebia. et iesue fi-
lius cedmihel et fratres eoꝝ per vices suas. vt
laudarent et confiterent iuxta preceptuꝫ dauid
viri dei. et obseruarent eque per ordinē. Ma-
thania et becbecia et obedia. mosollā. thelmon.
accub. custodes portaꝝ et vestibuloꝝ ante por
tas. Hi in diebus ioachim. filij iosue. filij iose
dech et in diebus neemie ducis. et esdre sacerdo
tis scribeqꝫ. In dedicatione autem muri irl'm
requisierunt leuitas de oībus locis suis. vt ad
ducerent eos in irl'm. et facerent dedicationem
et leticiam: in actione graꝝ. et cantico et in cym-
balis. psalterijs et citharis. Congregati sūt au-
tem filij cantoꝝ et de cāpestrib⁹ circa irl'm. et de
villis netuphati. et de domo galgal. et de regio-
nibus geba et asmaueth: qꝛ villas edificauerūt
sibi cantores in circuitu irl'm. et mundati sunt
sacerdotes et leuite. et mundauerūt populum et
portas et murū. Ascendere autem feci pncipes
iuda super murū. et statui duos choros laudan
tiū magnos. et ierūt ad dexterā sup murum ad
portā sterquilinij. et iuit post eos osaias. et me-
dia pars principū iuda. et azarias. esdra. et mo
sollam. iuda et beniamin et semeia. et hieremia.
et de filijs sacerdotū in tubis. zacharias fili⁹ io
nathan. filius semeie. filius mathanie. fili⁹ mi-
chaie. filius zechur. filius asaph. et fratres eius
semeia et azarel malalai. galalai. maai. natha-
nahel et iuda et anani. in vasis cantici dauid vi
ri dei. et esdras scriba ante eos in porta fontis.
et contra eos ascenderūt in gradibus ciuitatis da
uid. in ascensu muri super domū dauid. et vsqꝫ
ad portā aquaꝝ ad oriētē. et chor⁹ secūd⁹ gratias
referentiū ibat ex aduerso et ego post eū et me-
dia pars populi sup murū et sup turrim furno
rū. et vsqꝫ ad murū latissimū et sup portā ephra
im. et sup portā antiquā. et sup portam pisciū. et
turri ananehel. et turri emath et vsqꝫ ad portaꝫ
gregis. et steterūt in porta custodie. Steterunt
qꝫ duo chori laudantiū in domo dei. et ego et di
midia ps magistratuū mecū. et sacerdotes elia
chim. maasia. miamin. michea. elioenai: zacha
ria. et anania in tubis. et maasia. et semeia. et ele
azar et azi. et iohannan. et melchia. et elam. et
ezer. et clare cecinerunt cantores. et iezraia pre
positus. et immolauerunt in die illa victimas
magnas. et letati sūt. Deus enim letificauerat
eos leticia magna. Sed et vxores eoꝝ et liberi
gauisi sūt. et audita est leticia illa irl'm procul. Re
censuerūt qꝫ in die illa viros sup gazophylatia
thesauri. ad libamina et ad pmitias et ad deci-
mas vt introferrent per eos pncipes ciuitatꝭ i
decore gratiaꝝ actiones sacerdotes et leuitas:
qꝛ letificatus est iuda in sacerdotibus et leuitis
astātibus. et custodierūt obseruationē dei sui.
et obseruationē expiationis et cantores et iani-
tores: iuxta pceptū dauid et salomōis filij eius.
qꝛ i diebus dauid et asaph ab exordio erāt pnci
pes ↄstituti cātoꝝ i carmine laudātiū et cōfitē
tiū deo. et oīs isrl' i diebus zorobabel et in die-
bus neemie dabāt ptes cātoribus et ianitorib⁹
p dies singulos. et sanctificabāt leuitas. et leui
te sanctificabāt filios aaron. XIII

In die aūt illo lectū ē in volumine moy
si: audiente populo. et inuentū ē scriptū
in eo q non debeāt introire āmonites
et moabites i ecclesiā dei vsqꝫ i eternū eo q nō
occurrerint filijs israel cū pane et aq et pduxe-

runt aduerſū eos balaā ad maledicendū eis: et
cōuertit deus nr̄ maledictionē in benedictionē.
Factū eſt aūt cū audiſſent legem, ſeparauerunt
oēm alienigenam ab iſrael. Et ſup hoc erat elia
ſib ſacerdos q fuerat ꝑpoſitus in gazophylaio
domus dei nr̄i: ⁊ ꝓximus tobie. Fecit ergo ſibi
gazophylatiū grāde: ⁊ ibi erāt ante eū reponen
tes munera ⁊ thus ⁊ vaſa ⁊ decimā frumēti vi
ni ⁊ olei: ptes leuitaꝝ ⁊ cantoꝝ ⁊ ianitoꝝ ⁊ pri/
mitias ſacerdotales. In oībus aūt his nō fui in
irl'm: qꝛ in anno triceſimoſecūdo artaxerxis re/
gis babylonis veni ad regem. Et in fine dierū
rogaui regē ⁊ veni in irl'm. Et intellexi malum
qd̄ fecerat eliaſib tobie. vt faceret ei theſaurū in
veſtibulis domus dei: ⁊ malum mihi viſum eſt
valde. Et ꝓieci vaſa domus tobie foras de ga/
zophylatio: ꝑcepiq; ⁊ emundauerūt gazophy/
latiū. Et retuli ibi vaſa domus dei ſacrificium ⁊
thus. Et cognoui q̄ ptes leuitarum nō fuiſſent
date: ⁊ fugiſſet vnuſquiſq; in regionem ſuam d̄
leuitis ⁊ cātoribus ⁊ de his qui miniſtrabant: ⁊
egi cām aduerſū magiſtrat⁹: ⁊ dixi. Quare de
reliquimus domū dei. Et ꝯgregaui eos: ⁊ feci
ſtare in ſtatiōibus ſuis. Et oīs iuda apportabat
decimam frumenti vini ⁊ olei in horrea. Et cō
ſtituimus ſup horrea ſelemiā ſacerdotem: ⁊ ſa/
doch ſcribam. ⁊ fadaiam de leuitis ⁊ iuxta eos:
anan filium zachur filiū mathanie: qm̄ fideles
cōprobati ſunt: ⁊ ipſis credite ſup partes fratꝝ
ſuoꝝ. Memento mei deus meus pro hoc: ⁊
ne deleas miſeratōes meas q̄s feci in domo dei
mei ⁊ in cerimonijs eius. In diebus illis vidi
in iuda calcātes torcularia in ſabbato: portātes
aceruos ⁊ onerātes ſup aſinos vinū ⁊ vuas: et
ficus ⁊ oē onus: ⁊ inferētes in irl'm die ſabbati.
Et cōteſtatus ſū eos vt in die q̄ vendere liceret
venderent. Et tyrij habitauerunt in ea. inferē/
tes piſces ⁊ oīa venalia. Et vendebāt i ſabbatis
filijs iuda ⁊ irl'm. Et obiurgaui optimates iu/
da: ⁊ dixi eis. Que eſt hec res mala quā vos fa
citis: ⁊ ꝓphanatis diē ſabbati. Nunqd nō hoc
fecerūt pr̄es nr̄i. ⁊ adduxit deus nr̄ ſup nos oē
malū hoc ⁊ ſup ciuitatē hanc. Et vos additis ira
cundiā ſup iſrael: violādo ſabbatū. Factum eſt
autē cū quieuiſſent porte irl'm die ſabbati: dixi: et
clauſerunt ianuas: ⁊ ꝑcepi vt non aperirēt eas
vſq; poſt ſabbatum. Et de pueris meis ꝯſtitui
ſup portas vt nullus inferret onus die ſabbati.
Et manſerūt negociatores ⁊ vendētes vniuer/
ſa venalia foris irl'm ſemel ⁊ bis: ⁊ ꝯteſtatus ſū
eos: ⁊ dixi eis. Quare manetis ex aduerſo mu
ri. Si ſecundo hoc feceritis: manum mittam in
vos. Itaq; ex tp̄e illo nō venerunt in ſabbato
Dixitq; leuitis vt mūdarent: et venirēt ad cu
ſtodiēdas portas. ⁊ ſcificandā diē ſabbati. Et
ꝓ hoc ḡ memēto mei de⁹. ⁊ pce mihi ſm̄ mul/
titudinē miſerationū tuaꝝ. Sꝫ ⁊ in dieb⁹ illis
vidi iudeos ducētes vxores azotidas: ammo/
nitidas ⁊ moabitidas. Et filij eorum ex media
parte loq̄bāt azotice. ⁊ neſciebant loqui iudai/
ce: ⁊ loquebant iuxta linguā populi et ppl'i. Et
obiurgaui eos. ⁊ maledixi. Et cecidi ex eis vi/
ros. ⁊ decaluaui eos. ⁊ adiuraui in deo vt non
darent filias ſuas filijs eoꝝ. ⁊ non acciperent
de filiabus eoꝝ filijs ſuis ⁊ ſibimetipſis: dicēs.
Nūqd nō in huiuſcemodi re peccauit ſalomon
rex iſrael: Et certe in gentibus multis nō erat
rex ſimilis ei. ⁊ dilectus deo ſuo erat. ⁊ poſuit eū
deus regē ſup oēm iſrael Et ipſū ḡ duxerūt ad
pctm̄ mulieres alienigene. Nūqd ⁊ nos iobe
diētes faciem⁹ oē malū grāde hoc: vt ꝑuarice
muri deo nr̄o ⁊ ducam⁹ vxores pegrinas: De
filijs aūt ioiada filij eliaſib ſacerdotis magni:
gener erat ſanaballath oronitis quem fugaui a
me. Recordare dñe de⁹ meus aduerſū eos qui
polluūt ſacerdotiū: iuſq; ſacerdotale et leuiticū
Igitur mundaui eos ab oībus alienigenis. ⁊
cōſtitui ordines ſacerdotū ⁊ leuitarū vnūquē/
q; in miniſterio ſuo. ⁊ in oblatione lignorum
in tēporibus cōſtitutis ⁊ in primitijs. Memē
to mei de⁹ me⁹ in bonū. Amen.

¶ Explicit liber Neemie Incipit liber Eſdre
ſecundus. Capitulū. I

ET fecit ioſias paſcha in hieroſoly/
mis dño. ⁊ immolauit phaſe quar/
tadecima luna primi menſis: ſtatu/
ens ſacerdotes per vices dierū ſto/
lis amictos in tēplo dñi. Et dixit leuitis ſacris
ſeruis iſrael vt ſanctificarent ſe domino in po
ſitione ſancte arche dñi in domo quam edifica
uit ſalomon filius dauid rex. Non erit vobis
tollere ſuper humeros eam. Et nunc deſerui/
te dño veſtro: ⁊ curā agite gentis illi⁹ iſrael ex
parte ſcd̄m pagos ⁊ trib⁹ veſtras: ſcd̄m ſcriptu
ram dauid regis iſrael. ⁊ ſm̄ magnificentiam
ſalomonis filij eius: omnes in templo. ⁊ ſm̄
particulam principatus paternam veſtrā eoꝝ
qui ſtant in conſpectu fratrum filiorum iſrael.
Immolate paſca. et ſacrificia parate fratribus
veſtris. et facite ſcd̄m preceptū dñi qd̄ datum
eſt moyſi. Et donauit ioſias in plebem q̄ inuē
ta eſt: ouium: agnoꝝ ⁊ hedoꝝ. et capraꝝ tri/
ginta milia: vitulos tria milia. Hec de regali/
bus data ſunt ſm̄ promiſſionē populo ⁊ ſacer/

dotibus in paſca: oues numero duo milia: ac
vituli centum. Et iechonias et ſemeias et na/
thanael fratres. et aſabias et oziel et corobaī in
phaſe: oues quinq; milia: vitulos quingentos
Et hec cū fierent eleganter: ſteterūt ſacerdotes
⁊ leuite habētes azima per tribus. Et ſm par
tes ꝑncipatus patrū in cōſpectu populi offere/
bant domino. ſm ea que in libro moyſi ſcripta
ſūt. Et aſſauerunt phaſe igni ꝓut oportebat: ⁊
hoſtias coxerūt in emollis ⁊ in ollis cū beniuo/
lentia. Et attulerūt oībus qui erant ex plebe. ⁊
poſt hec parauerūt ſibi ⁊ ſacerdotibus. Sacer
dotes eni offerebāt adipes vſq; dū finita eſſet
hora: ⁊ leuite parauerūt ſibi ⁊ fratribus ſuis fi/
lijs aaron. Et ſacrificatores filij aſaph erant ꝑ
ordinē. ſm ꝑceptū dauid. Et aſaph ⁊ zachari/
as ⁊ ieddin⁹ qui erat a rege. ⁊ oſtiarij per ſin/
gulas ianuas. ita vt nō ꝑuaricaret vnuſquiſq;
ſuā. Fratres eni illoꝝ parauerūt illis. Et cōſū
mata ſunt que pertinebāt ad ſacrificiū domini.
In illa die egerūt phaſe. ⁊ offerebāt hoſtias ſu
per dñi ſacrificiū ſm ꝑceptū regis ioſie. Et ege
rūt filij iſrael qui inuēti ſūt in tpe illo phaſe. ⁊ di
em feſti azimoꝝ ꝑ dies ſeptē. Et nō ē celebratū
phaſe tale in iſrael a tēporib⁹ ſamuel ꝓphete. ⁊
oēs reges iſrael nō celebrauerūt tale paſca qua
le egit ioſias ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ iudei ⁊ oīs
iſrael. q inuēti ſūt in cōmoratiōe hieroſolymis.
Decimooctauo anno regnante ioſia celebratū
eſt phaſe. Et directa ſūt opa ioſie in cōſpectu do
mini ſui in corde pleno metuentia. ⁊ que circa
illū quidē cōſcripta ſūt in p̄ſtinis tēporib⁹ de eis
q peccauerūt quiq; irreligioſi fuerūt in dñz pre
oī gente. ⁊ q nō queſierūt verba dñi ſup iſrael
Et poſt omnē actū hunc ioſie. aſcendit pharao
rex egypti veniēs in charchamis abijcere ſup
eufraten. ⁊ exijt in obuiā illius ioſias. Et miſ/
ſit rex egypti ad ioſiam. dicēs. Quid mihi ⁊ ti
bi eſt rex iude. Nō ſum miſſus a domino vt pu
gnē cōtra te. Super eufraten eni bellū meū eſt
Feſtinans deſcende. Et nō eſt reuerſus ioſias
ſuper currū. ſed expugnare eū conabat: nō at/
tendēs verbū ꝓphete ex ore dñi. ſed conſtitui
ad eū bellū in campo mageddo. Et deſcēderūt
principes ad regem ioſiam. Et dixit rex pueris
ſuis. Amouete me a prelio. Infirmatus ſū eni
valde. Et ſtatim amouerunt eū pueri ipſius de
acie. Et aſcendit ſuper currū ſecundariū ſuum
⁊ perueniens hieroſolymā vita functus eſt. et
ſepultus eſt in paterno ſepulchro. Et in tota iu
dea lugebant ioſiam. ⁊ qui p̄ſidebant cū vxori/
b⁹ lamentabant eū vſq; in hūc diē. Et datum ē
hoc fieri ſemꝑ in omne gen⁹ iſrael. Hec aūt ꝑ/
ſcripta ſūt in libro hiſtoriaꝝ regū iude. ⁊ ſingu
la geſta actus ioſie ⁊ ei⁹ gloria ⁊ intellectus ei⁹ i
lege domini. queq; geſta ſūt ab eo. ⁊ que non.
ſcripta ſūt in libro regū iſrael ⁊ iude. Et aſſumē
tes q erant ex gēte iechoniam filiū ioſie. cōſtitue
rūt regē ꝓ ioſia patre ſuo: cū eſſet annoꝝ trigī
taatriū. ⁊ regnauit ſup iſrael mēſib⁹ tribus. Et
amouit eū rex egypti ne regnaret in hieroſoly/
mis. ⁊ mulctauit gentē argentei talenta centū.
⁊ auri talentū vnū. Et conſtituit rex egypti ioa
chim fratrē ipſius regē iude ⁊ irlm. ⁊ alligauit
magiſtratus ioachim ⁊ zaracelē fratrē ſuū: ap/
prehendens reduxit in egiptum. Annoꝝ erat
ioachim viginti quinq; cū regnare cepiſſet in ter
ra iuda ⁊ irlm. ⁊ fecit malū in cōſpectu domini.
Poſt hūc aūt aſcēdit nabuchodonoſor rex ba/
bylonis. ⁊ alligās eū in areolo vinculo perdu
xit in babyloniā. ⁊ ſacra vaſa dñi accepit nabu
chodonoſor ⁊ tulit. ⁊ cōſecrauit in tēplo ſuo in
babylonia. Nā de imūdicia illi⁹ ⁊ irreligioſita/
te ſcriptū eſt in libro tēpoꝝ regum. Et regnauit
ioachin fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Cū aūt cōſtitut⁹ ē. erat an
noꝝ octo. Regnauit aūt mēſes tres. ⁊ dies de
cē in irlm. ⁊ fecit malū in cōſpectu dñi Et poſt
annū mittens nabuchodonoſor trāſmigrauit
eū in babyloniā ſimul cū ſacris vaſis dñi. ⁊ cō
ſtituit ſedechiā regē iuda ⁊ irlm cū eſſet annoꝝ
vigintiuni⁹. Regnauit aūt annis vndeci. Et
fecit malū in cōſpectu dñi. ⁊ nō eſt verit⁹ a ver/
bis q̄ dicta ſunt ab hieremia ꝓpheta ex ore dñi
⁊ adiurat⁹ a rege nabuchodonoſor periurans
diſceſſit. et idurata ceruice ſua et corde ſuo. trāſ
greſſus ē legitima dñi dei iſrael. Et duces po
puli dñi multa inique geſſerūt et impie egerūt
ſuper oēs immūdicias gentiū. et polluerūt tēplū
dñi: qd ſanctum erat in hieroſolymis. Et miſit
de⁹ patrū ipoꝝ ꝑ angelū ſuū reuocare eos. ꝓpi
qd parceret illis et tabernaculo ſuo. Ipſi vero
ſubſannabāt in angulis ſuis. et q̄ die locutus ē
dñs erāt illudētes ꝓphetis eius. Qui vſq; ad
iracūdiā cōcitat⁹ eſt ſup gentē ſuā ꝓpi irreligi
oſitatē ſuā. ⁊ ꝑcepit aſcendere reges chaldeoꝝ
Hi occiderūt iuuenes eoꝝ in gladio. in circui
tu ſancti tēpli eoꝝ. et nō pepercerūt iuueni et ſeni
et virgini et adoleſcēti. ſed oēs traditi ſūt in ma
n⁹ ipoꝝ: et oīa ſacra vaſa dñi. ⁊ regales apothe
cas reſumētes tulerūt in babyloniā. et incende
rūt domum dñi. et demolierūt muros irlm. et
turres ei⁹ incēderūt igne. Et cōſumauerunt oīa
honorifica ei⁹. et ad nihilū redigerūt. ⁊ reliquos
a gladio duxerunt in babylonem. Et erāt ſerui

Alius vſqꝫ dū regnaret pſe; in repletione verbi
dñi in ore hieremie: quāſqꝫ benigne ageret ira
ſabbata ſua. O ī tpe deſertiōis ſue ſabbatizauit
in applicatiōe annoꝝ ſeptuagintaſeptē. II.
Regnante cyro rege pſarū in ꝯſumatiōe
verbi dñi i ore hieremie: ſuſcitauit dñs
ſpm cyri regis perſarū: ꝛ p̄dicauit i to
to regno ſuo ſimul per ſcripturam: dicēs. Hec
dicit cyrus rex perſarū: Me conſtituit regē or
bi terrarū dñs iſrael dñs excelſus: ꝛ ſignificauit
mihi edificare domum ſibi in irl'm que eſt in iu
dea. Si qs eſt ex gñere vr̃o: dñs ipſius aſcēdat
cū eo in irl'm. Quotquot ergo circa loca hitant
adiuuent eos q ſunt in loco ipo ī auro ꝛ argēto
in datiōibus cū eqs ꝛ iumentis: cūqꝫ alijs q̄ ſm
vota apponunt in edē dñi q̄ eſt in irl'm. Et ſtan
tes principes tribuū pagoꝝ ꝛ iudee ex tribu be/
niamin. ꝛ ſacerdotes ꝛ leuite quos excitauit do
min⁹ aſcendere ꝛ edificare domū dñi q̄ ē i irl'm
et q erāt in circuitu eoꝝ adiuuerūt in oi auro et
argento eius: et iumētis et votis q̄ꝫ pluribus:
multi quoꝝ ſenſus excitatus ē. Et cyrus rex p
tulit vaſa ſacra dñi que tranſtulit nabuchodono
ſor rex babylonis ex irl'm: ꝛ conſecrauit ea ido/
lo ſuo. Et pferens ea cyrus rex perſarum tra/
didit mitridato qui erat ſuper theſauros ipſius
Per hunc aūt tradita ſunt ſalmanaſaro preſidi
iudee. Horum aūt hec numerus. Libatoria ar
gentea: duo milia quadringenta: athiſec argē/
tee triginta: phiale auree triginta: itē argentee
duo milia q̄drīngente: ꝛ alia vaſa mille. Omia
aūt vaſa aurea ꝛ argentea qnqꝫ milia octingen
ta ſexaginta. Et enumerata ſunt ſalmanaſaro ſi
mul cū his q ex captiuitate babylonie venerant
in hieroſolymā. In artaxerxis aūt regis pſarū
tēporibus ſcripſerūt ei de his q inhabitabāt i iu
dea ꝛ irl'm: balſamus ꝛ mitridatus ꝛ ſabellius
ꝛ rathimus balthemus ſameli⁹ ſcriba: ꝛ reliqui
inhabitantes i ſamaria: et ceteris locis ſubiectā
epiſtolā regi artaxerxi. Hic pueri tui rathim⁹
ab accidētibus: et ſabelli⁹ ſcriba. et reliqui curie
tue iudices in celeſyria ꝛ phenicē. Et nūc no
tum ſit dño regi: qm̄ iudei qui aſcenderūt a vo
bis ad nos venientes in irl'm ciuitatē refugam ꝛ
peſſimam edificant furnos eius: ꝛ ſtatuunt mu
ros. et templū ſuſcitant. Qd ſi ciuitas iſta et mu
ri cōſummati fuerint: non tm̄ tributa non ſuſtine
bunt pendere. ſed etiā regibus reſiſtent. Et qa
id agit circa templum: recte haberi arbitrati ſu/
mus non deſpicere hoc ipm: ſꝫ notū facere dño
regi vt ſi videbit rex: q̄rat in libris patrū tuorū
et inuenies i ānotationibus ſcripta de his: ſcies
qm̄ ciuitas iſta fuit refuga: ꝛ reges ꝛ ciuitates
cōcutiens. ꝛ iudei refuge ꝛ prelia cōmittentes
in ea ab eterno: ob quā cām ciuitas iſta deſer/
ta eſt: Nūc ergo notū facimus dñe rex: qm̄ ſi ci
uitas hec edificata fuerit ꝛ huius muri erecti fu
erint: deſcenſus tibi nō erit in celeſyriā ꝛ phe
nicē. Tūc ſcripſit rex rathimo q ſcribebat acci/
dētia ꝛ balthimo ꝛ ſabellio ſcribe. ꝛ ceteris con
ſtitutis ꝛ inhabitātib⁹ in ſyria ꝛ phenice ea que
ſubiecta ſūt. Legi epl'am quam miſiſtis mihi.
Precepi ḡ inq̄ri. ꝛ inuentū ē: qm̄ ciuitas illa ē
ab euo regib⁹ reſiſtēs. ꝛ hoies refuge ꝛ p̄lia in
ea efficiētes: ꝛ reges fortiſſimi erant in irl'm do
minātes ꝛ tributa exigētes: a celeſyria ꝛ pheni
ce. Nūc ḡ p̄cepi phibere hoies illos edificare
ciuitatē. ꝛ phibere ne qd vltra hec fiat. ſed nec
pcedāt in plurimū. ex quib ſūt malitie. ita vt re
gib⁹ moleſtia inferat. Tūc recitatis his que a
rege artaxerxe ſcripta fuerāt rathim⁹ ꝛ ſabelli⁹
ſcriba. ꝛ q cū his cōſtituti erāt iūgentes feſtinā
ter venerūt in irl'm cū equitatu ꝛ turba. ꝛ agmine
ceperūtqꝫ edificātes phibere. Et vacabant ab
edificatiōe tēpli in irl'm: vſqꝫ ſecundo anno re
gni darij regis pſaꝝ. III
Rex darius fecit cenam magnam om/
nibus vernaculis ſuis ꝛ omnibus ma
giſtratibus medie ꝛ perſidis ꝛ omni/
bus purpuratis. ꝛ p̄torib⁹ ꝛ cōſulib⁹. ꝛ p̄fectis
ſub illo ab india vſqꝫ ethiopiā: centū vigintiſe
ptē p̄uincijs. Et cum mādncaſſent ꝛ bibiſſent
ꝛ ſaciati reuerterent. tūc darius rex aſcendit in
cubiculo ſuo. ꝛ dormiuit. ꝛ expergefactus eſt.
Tūc illi tres iuuenes corporis cuſtodes qui cu
ſtodiebāt corpus regis. dixerūt alter alteri. Di
camus vnuſquiſqꝫ noſtrū ſermonē q p̄cellat ꝛ
cuiuſcūqꝫ apparuerit ſermo ſapientior alterius
dabit illi rex darius dona magna. purpura co
operiri. ꝛ in auro bibere. ꝛ ſuper aurū dormire
ꝛ currum aureo freno. ꝛ cydarim byſſinam et
torquē circa collū. ꝛ ſecūdo loco ſedebit a dario
peſtatis. ⁊ concidit ſuper multitudinẽ in impe
tu que parata erat pugnare. ⁊ ſuccẽdit omnes
vt ſubito nihil videret de innumerabili multitu
dine niſi ſolũmodo puluis ⁊ fumi odor. Et vi
di: ⁊ extimui. Et poſt hec vidi ipſum hominẽ
deſcendentẽ de monte. ⁊ vocãtẽ ad ſe multitudi
nem aliam pacificã. ⁊ accedebat ad eum vult⁹
hoĩuꝫ multoꝝ quorũdã gaudẽtiũ: quorũdã tri
ſtantiũ: aliq̄ vero alligati. aliq̄ adducẽtes ex eis q̄
offerebant. Et egrotaui a multitudine pauo/
ris. ⁊ expergefactus ſũ. ⁊ dixi. Tu ab initio de
mõſtraſti ſeruo tuo mirabilia hec. et dignum me
habuiſti vt ſuſciperes depcationẽ meã. ⁊ nũc de/
monſtra mihi adhuc interp̄tationẽ ſomnij h⁹.
Sic. n. exiſtimo in ſenſu meo: ve qui derelicti
fuerũt in dieb⁹ illis. Et multo plus venis q̄ nõ
ſunt derelicti. Qui eni nõ ſunt derelicti: triſtes
erant. Intelligo nunc que ſunt repoſita in no/
uiſſimis dieb⁹. ⁊ occurrerẽt eis: ſꝫ ⁊ his q̄ dere
licti ſunt. Propter hoc venerũt. n. in pericula
magna. ⁊ neceſſitates multas: ſicut oñdũt ſõnia
hec. Attamẽ facili⁹ ẽ piclitãtẽ venire in hũc. q̄
pertrãſire ſicut nubem a ſeculo. ⁊ nũc videre q̄
cõtingũt in nouiſſimo. Et rñdit ad me. et dixit
Et viſionis interp̄tationẽ dicã tibi. ⁊ de quib⁹
locut⁹ es adaperiã tibi. Qũ de his dixiſti q̄ de
relicti ſũt: hec ẽ interp̄tatio. Qui aufert pericu
lum illo tp̄e: hic ſe cuſtodiuit. Qui periculo in
ciderit: hi ſũt q̄ hñt opa ⁊ fidem ad fortiſſimũ.
Scito ergo: qm̄ magis brificati ſunt qui dereli
cti: ſup eos qui mortui ſunt. De interp̄tatio
nes viſiõis. Quia vidiſti virũ aſcendẽtẽ de cor
de maris: ipſe ẽ quẽ cõſeruat altiſſim⁹ multis tẽ/
porib⁹: q̄ p ſemetipſũ liberabit creaturã ſuã. et
ipſe diſponet qui derelicti ſũt. Et qm̄ vidiſti de
ore eius exire vt ſpiñ ⁊ igneum ⁊ tempeſtateꝫ: ⁊
qm̄ non tenebat frameã: neqꝫ vas bellicoſum:
corrupit. n. impet⁹ ei⁹ multitudinẽ que venerat
expugnare eũ: hec eſt interp̄tatio. ecce dies ve/
niũt qñ incipiet altiſſim⁹ liberare eos q̄ ſup terrã
ſũt. ⁊ veniet in exceſſu mẽtis ſup eos q̄ inhabitãt
terrã. et alij alios cogitabunt debellare: ciuitas
ciuitatẽ. ⁊ locus locũ: ⁊ gẽs aduerſus gentẽ re
gnũ aduerſus regnũ. et erit cũ fient hec. ⁊ con/
tingent ſigna q̄ ante oſtẽdi tibi. ⁊ tunc reuelabi
tur filius me⁹: quẽ vidiſti vt virũ aſcendenteꝫ
et erit qñ audierint oẽs gẽtes vocẽ ei⁹: ⁊ dere/
linquet vnuſqſqꝫ in regione ſua bellum ſuuꝫ qđ
habẽt ad alterutrũ. ⁊ colliget in vnũ multitudo
innumerabilis ſicut volẽtes venire ⁊ expugna
re eũ. Ipſe aũt ſtabit ſup cacumẽ montis ſyon
Syon aũt veniet: ⁊ oñdet oĩbus parata ⁊ edi/
ficata ſicut vidiſti montẽ ſculpi ſine manibus
Ipſe aũt filius meus arguit q̄ aduenerint gen
tes impietates eoꝝ has q̄ tẽptaſti appropinqua
uerũt ꝓpter mala cogitamenta eorũ et crucia/
mẽta quib⁹ incipient cruciari: q̄ aſſimilate ſunt
flãme. ⁊ perdet eos ſine labore. per legẽ q̄ igni
aſſimilata eſt. ⁊ qm̄ vidiſti eũ colligentem ad ſe
aliã multitudinẽ pacificaꝫ: he ſũt decem trib⁹ q̄
captiue facte ſunt de terra ſua in diebus oſee re
gis quẽ captiuũ duxit ſalmanaſar rex aſſirioꝝ
⁊ tranſtulit eos trans flumẽ. ⁊ tranſlati ſunt in
terrã aliã. Ipſi aũt ſibi dederũt conſiliũ hoc vt
derelinquerẽt multitudinẽ gentiũ. ⁊ ꝓficiſcerẽ
tur in vlteriorẽ regioneꝫ vbi nũqꝫ inhabitauit
gen⁹ humanũ. vel ibi obſeruare legitima ſua
q̄ nõ fuerãt ſeruãtes in regiõe ſua. Per introi
tus aũt anguſtos fluminis eufratẽ introierunt
Fecit eni eis tũc altiſſim⁹ ſigna. ⁊ ſtatuit venas
fluminis vſqꝫ q̄ trãſirẽt. Per eã eni regioneꝫ
erat via multa itineris anni vni⁹ ⁊ dimidij: naꝫ
regio illa vocat arſareth. Tũc inhabitauerunt
ibi vſqꝫ in nouiſſimo tp̄e. ⁊ nunc iterꝝ cum cepe
rint venire iterꝝ altiſſimus ſtatuet venas flumi
nis vt poſſint tranſire: ꝓpter hec vidiſti multi
tudinẽ cũ pace. Sed ⁊ q̄ derelicti ſũt de populo
tuo: hi ſũt q̄ inueniunt intra terminũ meũ. Fa
ctũ erit q̄ qñ incipiet pdere multitudinẽ eaꝝ q̄ col
lecte ſũt gẽtes: ꝓteget eos q̄ ſupauerũt pplm. ⁊
tunc oſtẽdet eis multa plurima portenta. ⁊ dixi
ego. Dñator dñe hoc mihi oñde. ꝓpter qđ vi/
di virũ aſcẽdẽtem de corde maris. ⁊ dixit mihi
Sicut nõ potes hec vel ſcrutari vel ſcire q̄ ſũt in
ꝓfũdo maris: ſic nõ poterit qſqꝫ ſup terrã videre
filiũ meũ vel eos q̄ cũ eo ſũt niſi in tempore diei
Hec ẽ interp̄tatio ſomnij qđ vidiſti. ⁊ ꝓpter
qđ illuminat⁹ es hic ſolus. Dereliqſti. n. tuã: ⁊
circa meaꝫ vacaſti legẽ ⁊ q̄ſiſti. Vitã eni tuam
diſpoſuiſti ſapia ⁊ ſenſũ tuum vocaſti matrem
⁊ ꝓpter hoc oſtẽdi tibi merces apud altiſſimũ.

Erit.n.poſt alios tres dies.ad te alia loqr.et ex
ponā tibi grauia et mirabilia. Et ꝓfectus ſū; et
tranſij in campū: multū glorificās et laudans al
tiſſimū ꝺ mirabilibus q̄ ꝑ tēpus faciebat. et q̄m
gubernat ipm̄ et q̄ ſunt in tꝑibus illata. Et ſedi
ibi tribus diebus. XIIII.

Et factū eſt tertio die: et ego ſedebam ſu
per quercu. Et ecce vox exiuit ꝯtra me
de rubo: et dixit. Eſdra eſdra. Et dixi
Ecce ego dñe. Et ſurrexi ſup pedes meos. Et
dixit ad me. Reuelans reuelatus ſum ſuper ru
bū: et locutus ſū moyſi q̄n populus meus ſuie
bat in egypto: et miſi eū et eduxi populū meum
de egypto: et adduxi eū ſuper montē ſyna. et de
tinebam eū apud me diebus multis: et enarra
ui ei mirabilia multa. et oñdi ei tempoꝝ ſecreta
⁊ finē: ⁊ p̄cepi ei dicens. Hec in palam facias
ꝟba: ⁊ hec abſcondes. Et nunc tibi dico. ſigna
q̄ demonſtraui: ⁊ ſomnia q̄ vidiſti: ⁊ interpreta
tiones q̄s tu vidiſti in corde tuo: repone ea. tu.
n. recipieris ab oībus: ꝯuerteris reſiduus cuꝫ
ꝯſilio meo ⁊ cū ſilibus tuis vſq₃ quo finiant tꝑa
Quoniā ſeculum ꝑdidit iuuentutem ſuā ⁊ tꝑa
appropinquāt ſeneſcere. Duodeci.n.ptib⁹ diui
ſū eſt ſeculū: ⁊ tranſierūt ei⁹ decima ⁊ dimidiuꝫ
decime ptis: ſupſunt aūt ei⁹ poſt mediū decime
ptis. Nūc ergo diſpone domū tuam. ⁊ corripe
pplm tuū ⁊ ꝯſolare hūiles eoꝝ: ⁊ renuncia iam
corruptele: ⁊ dimitte abs te mortales cogitatiōes
⁊ ꝓijce abs te pondera humana: ⁊ exue te iaꝫ in
firmam naturā: ⁊ repone in vnā ꝑteꝫ moleſtiſſi
ma tibi cogitamenta: ⁊ feſtina trāſmigrare a tē
poribus his. Que.n. vidiſti nūc ꝯtigiſſe mala:
iteꝝ hoꝝ deteriora facient. Quantū.n. inualidū
fiet ſeculū a ſenectute: tantū multiplicabunſ ſup
habitantes mala. Prolōgauit.n.ſe magis veri
tas ⁊ appropinquit mendaciū. Jam.n. feſtinat
venire quā vidiſti viſionē. Et rn̄di: ⁊ dixi corā
te dñe. Ecce.n.ego abibo ſicut precepiſti mihi.
⁊ corripiam pn̄tem pplm̄. Qui aūt iterum nati
fuerint q̄s cōmonebit. Poſitū eſt ergo ſeculū i
tenebris: ⁊ q̄ inhitant in eo ſine lumie. Qm̄ lex
tua inceſa eſt ꝓpter qꝺ nemo ſcit q̄ a te facta ſunt
vel q̄ incipiēt opa. Si.n. iueni in te gratiā: imit
te in me ſpm̄ ſcm̄: ⁊ ſcribā oē qꝺ factū eſt i ſecu
lo ab initio q̄ erant in lege tua ſcripta vt poſſint
hoīes iuenire ſemitam: ⁊ q volueriut. viuere in
nouiſſimis viuant. Et rn̄dit ad me. ⁊ dixit. Va
dens ꝯgrega populum: ⁊ dices ad eos: vt non
q̄rant te diebus q̄draginta. Tu aūt prepara tibi
buxos multos: et accipe tecū ſaream: dabriam ſe
lemiam: echanū et aſiel q₃ hos: qui parati ſunt
ad ſcribendū velociter. Et venies huc. ⁊ ego
accēdam in corde tuo lucernam intellectꝰ: que
non extinguetur quo adusq₃ finiantur que inci
pies ſcribere. Et tunc perfectis quedam palam
facies. quedam ſapientibus abſcōſe tradeſ. In
craſtinū enim hac hora incipies ſcribere. Et ꝓ
fectus ſum ſicut mihi precepit. ⁊ cōgregaui om
nem populum. ⁊ dixi. Audi iſrael verba hec.
Peregrinati ſunt patres noſtri ab initio i egy
pto. ⁊ liberati ſunt inde: ⁊ acceperūt legem vite
quā nō cuſtodierunt. quā et vos poſt eos trāſ
greſſi eſtis. ⁊ data eſt vobis terra in ſortem. et
terra ſyon. ⁊ patres veſtri ⁊ vos iniquitatē fe
ciſtis. ⁊ non ſeruaſtis vias quas precepit vobiſ
altiſſimus. ⁊ iuſtus iudex cum ſit abſtulit a vo
bis in tempore quod donauerat. Et nunc vos
hic eſtis. ⁊ fratres veſtri introrſū veſtrum ſunt
Si ḡ imperaueritis ſenſui vr̄o. ⁊ erudieritis cor
veſtrū viui cōſeruabimini. ⁊ poſt mortē miam
ꝯſequemini. Judiciū eni poſt mortem veniet.
qn̄ iteꝝ reuiuiſcem⁹. ⁊ tūc iuſtoꝝ noīa parebūt
⁊ impioꝝ facta oſtēdent. Ad me igiſ nemo ac
cedat nūc: neq₃ requirat me vſq₃ dies quadragin
ta. Et accepit quinq₃ viros ſicut mādauit mihi.
⁊ ꝓfecti ſumus in cāpū. ⁊ manſimus ibi. Et fa
ctus ſū in craſtinum. ⁊ ecce vox vocauit me. di
cens. Eſdra aperi os tuū. ⁊ bibe quod te pota
uero. Et apui os meū. ⁊ ecce calix plen⁹ porri
gebaſ mihi. Hoc erat plenū ſicut aqua: color
aūt ei⁹ vt ignis ſimilis. Et accepi ⁊ bibi. ⁊ i co
eū bibiſſem cor meū cruciabaſ intellectu. ⁊ ī pe
ctus meū increſcebat ſapiētia. Nā ſpūs me⁹ cō
ſeruabaſ memoria. Et aptū ē os meū. ⁊ non ē
clauſū amplius. Altiſſim⁹ dedit intellectū q₃
viris. ⁊ ſcripſerūt q̄ dicebanſ exceſſiōes noctis
quas nō ſciebāt. Nocte aūt māducabāt panem
ego aūt per diē loquebar. ⁊ ꝑ noctē non tacebā
Scripti ſūt aūt ꝑ quadraginta dies libri ducēti
quattuor. Et factū ē cū cōpleuiſſent quadragin
ta dies: locut⁹ ē altiſſim⁹. dicēs. Priora q̄ ſcri
pſiſti. in palam pone. ⁊ legant digni ⁊ indigni
nouiſſimos aūt ſeptuaginta conſeruabiſ. vt tra
das eos ſapientibus de populo tuo. In his.n.
ē vena intellectus. ⁊ ſapiētie fons. ⁊ ſcientie flu
mē. ⁊ feci ſic. XV

Ecce loquere in aures plebis mee ſer
mones ꝓphetie quos imiſero i os tuū
dicit dñs ⁊ fac vt in charta ſcribāſ. q̄m
fideles ⁊ veri ſunt. Ne timeas a cogitatiōibus
aduerſū te: nec turbēt te incredulitates dicentiū
qm̄ oīs incredul⁹ i icredulitate ſua morieſ. Ec
ce ego induco dicit dñs. ſup orbē terrarū mala

gladiū ⁊ famē ⁊ mortē ⁊ interitū: ꝓpter qd̓ ſu/
per polluit iniqtas oēƺ terrā ⁊ adimpleta ſunt
opa nociua illoꝝ. Propterea dic̄ dn̄s. Iā nō
ſilebo de impietatibꝰ coꝝ q̄ irreligioſe agūt nec
ſuſtinebo in his q̄ iniq̄ exercent. Ecce ſanguis
innoxiꝰ ⁊ iuſtus clamat ad me. et aie iuſtoꝝ cla
mabāt pſeuerāter. Vindicās vindicabo illos
dic̄ dn̄s. et accipiā oēm ſanguinē innoxiū ex il/
lis ad me. Ecce ppl̄s meꝰ q̄ſi grex ad occiſionē
ducit̄: iā nō patiar illū habitare in terra egypti:
ſed educā eū in manu potēti et brachio excelſo.
Et pcutiam plaga ſicut prius: vt corrūpā oēm
terrā eius. Lugebit egyptus et fūdamēta eius
plaga verberata et caſtigatiōe quas inducet ei
deus. Lugebūt cultores opātes terrā qm̄ defi/
cient ſemina coꝝ ab vredine et grādine et a ſi/
dere terribili. Ve ſeculo et q habitant in eo: qr
appropinquit gladius ⁊ cōtritio coꝝ ⁊ exurget
gens ſup gentē ad pugnā. ⁊ rūphea in manibꝰ
coꝝ. Erit. n. in ɔſtabilitio hoībꝰ. ⁊ alij alijs in
ualeſcētes nō curabūt regē ſuū ⁊ principes vie
geſtoꝝ ſuaꝝ in potētia ſua. Cōcupiſcet. n. hō
in ciuitatē ire. ⁊ nō poterit. Propter ſupbiam
enī coꝝ ciuitates turbabūt̄: domꝰ exterēt̄ hoies
metuēt. Nō miſerebit̄ hō ꝓximū ſuū ad irritū
faciēdū domos coꝝ in gladiū. ad diripiendas
ſubſtantias coꝝ ꝓpter famē panis ⁊ tribulati/
onē multā. Ecce ego cōuoco dicit deus omnes
reges terre ad me verēdū q ſunt ab oriēte ⁊ ab
auſtro: ab euro ⁊ a libano ad cōuertēdos in ſe:
⁊ reddē que dederūt illis. Sicut faciūt vſqƺ ho
die electis meis: ſic faciā ⁊ reddā in ſinu eoꝝ.
Hec dicit dn̄s deꝰ. Nō parcet dextera mea ſu
per peccatores: nec ceſſabit rūphea ſup effūdētes
ſanguinē innocuū ſup terram. Exijt ignis ab
ira eius. ⁊ deuorauit fundamēta terre. et pecca
tores quaſi ſtramē incēſum. Ve eis q peccāt ⁊
nō obſ̄uāt mādata mea dicit dn̄s. Nō parcam
illis. Diſcedite filii a ptāte: nolite contaminare
ſanctificationē meā: qm̄ nouit dn̄s oēs qui de/
linquūt in illū. Propterea tradidit eos i mortē
⁊ in occiſionē. Iā. n. venerūt ſup orbē terraꝝ
mala. ⁊ manebit̄ in illis. Nō. n. liberabit vos
deus ꝓpter qd̓ peccaſtis in eū. Ecce viſio hor/
ribilis ⁊ facies illiꝰ ab oriēte. Et exiēt nationes
draconū arabū in curribus multis: ⁊ ſic flatus:
coꝝ nūerus fert̄ ſup irā: vt iā timeāt ⁊ trepidēt
oēs q illos audiēt carmonij inſaniētes in ira ⁊
exiēt vt apri de ſilua. et aduenient in v̄tute ma/
gna. et cōſtabūt i pugnā cum illis. ⁊ vaſtabunt
portionem terre aſſirioꝝ. Et poſt hec ſupualē
ſcēt dracones: natiuitatis ſue memores. ⁊ con/
uerterēt ſe cōſpirantes in virtute magna ad ꝑ/
ſequēdos eos. Iſti turbabūt̄ ⁊ ſilebūt in v̄tu/
te illoꝝ. et ɔuertēt pedes ſuos in fugā. et a ter/
ritorio aſſirioꝝ ſubſeſſor obſidebū eos. et cōſu
met vnū ex illis. et erit timor et tremor in exer/
citu illoꝝ. et ɔtētio in reges ipſoꝝ. Ecce nubes
ab oriēte et a ſeptētrione vſqƺ meridianū. et fa
cies earum horrida valde plena ire et procelle.
Et collident ſe inuicē. et collident ſidus copio/
ſum ſup terrā et ſidus illoꝝ. Et erit ſanguis a
gladio vſqƺ ad ventrē. et fimus hoīs vſqƺ ad
ſubſtramen cameli. Et erit timor et tremor mul
tus ſup terrā: et horrebūt q videbūt iram illam
et tremor apphendet illos. Et poſt hec moue/
būt̄ nimbi copioſi a meridiano et ſeptētrione et
portio alia ab occidēte. Et ſuperīualeſcēt venti
ab oriente. et recludēt eā. et nubē quā ſuſcitauit
in ira. et ſidus ad faciendā exterritationem ad
orientalē ventū et occidētē violabit̄. Et exalta
bunt̄ nubes magne et valide plene ire et ſidus
vt exterreāt oēm terrā. et inhabitātes eā. et in
fundēt ſup oēm locū altū et eminētē ſidus ter/
ribile. ignē et grandinē et rūpheas volātes et
aquas multas: vt etiā impleāt oēs cāpi. et oēs
riui plenitudine aquaꝝ multaꝝ. et demoliētur
ciuitates et muros et mōtes: colles et ligna ſil/
uaꝝ. et fenū pratoꝝ et frumenta coꝝ. Et tranſi
bunt cōſtantes vſqƺ babylonē et exterrent eaƺ
cōuenient ad ipſam et circuibūt eā. et effundent
ſidus et oēm iram ſup eam. Et ſubibit puluis
et fumus vſqƺ in celū. ⁊ oēs in circuitu lugebūt
eā. et q ſub ea remāſerint ſeruiēt his q exterrue
rūt. Et tu aſia cōſors in ſpem babylonis et glo
ria pſone eius: ve tibi miſera: ꝓpter qd̓ aſſimi
laſti ei. et ornaſti filias tuas in fornicatione ad
placendū et gloriādū in amatoribꝰ tuis q tecuƺ
cupierūt ſemp fornicari. Odibilē imitata es in
oibus opibus eius et in adinuētiōibꝰ eiꝰ ꝓpte/
rea dic̄ deus Immittā tibi mala viduitatē pau
pertatē et famē et gladiū et peſtem ad deuaſtan
das domos tuas a violatiōe et morte et gloria
virtutis tue. Sicut flos ſiccabit̄ cū exurget ar/
dor q emiſſus ē ſup te. infirmaberis vt paup/
cula plagata et caſtigata a mulieribꝰ vt nō poſ/
ſint te ſuſcipe potētes et amatores. Nūqd ego
ſic ɔelabo te dicit dn̄s niſi occidiſſes electos me
os in omni tēpore exaltās percuſſionē manuū
et diceres ſup mortē coꝝ cū inebriata eſſes ex/
orna ſpēm vultus tui. Merces fornicationis
tue in ſinu tuo: ꝓpter hoc redditionē accipies
Sicut facis electis meis dic̄ dn̄s. ſic faciet tibi
deꝰ et tradet te in malū. Et nati tui fame īterient

⁊ in rumphea cades. ⁊ ciuitates tue cōterent. ⁊
oēs tui in cāpo gladio cadēt. Et q̄ ſunt in mon
tibus fame ꝑibūt. ⁊ māducabūt carnes ſuas et
ſanguinē bibent a fame panis ⁊ ſiti aque. In/
felix per maria venies. ⁊ rurſū accipies mala.
Et in trāſitu allident ciuitatē occiſam ⁊ exterrēt
aliquā portionem terre tue. ⁊ partē glorie tue
exterminabūt: rurſum reuertētes cōuerſaꝫ. Et
demolita eris illis pro ſtipula. ⁊ ipſi erunt tibi
ignis. ⁊ deuorabunt te ⁊ ciuitates tuas. terram
tuā ⁊ montes tuos: oēs ſiluas tuas ⁊ lignum
fructiferū igni cōburent: Filios tuos captiuos
ducēt. ⁊ cenſū tuū in ꝑdā habebūt. ⁊ gloriaꝫ fa
ciei tue exterminabunt.

XVI

Ve tibi babylon ⁊ aſia: ve tibi egypte ⁊
ſyria. Precingite vos ſaccis ⁊ cilitijs
⁊ plangite filios vr̄os ⁊ dolete: q̄m ap
propinquauit ɔtritio veſtra. Immiſſus ē vo/
bis gladius. ⁊ qs ē q̄ auertat illū? Immiſſus ē
in vobis ignis. ⁊ qs ē q̄ extinguat illum? Im
miſſa ſūt vobis mala: ⁊ qs ē q̄ repellat ea? Nū
q̄d repellet aliq̄s leonē eſurientē in ſilua: aut ex/
tinguet ignem in ſtipula mox q̄n cepit ardere?
Nūq̄d repellet aliq̄s ſagittam a ſagittario forti
miſſam? Dn̄s fortis immittit mala. ⁊ qs eſt q̄ re/
pellat ea. Exijt ignis ex iracūdia eius ⁊ quis ē
q̄ extinguat eum? Coruſcabit. ⁊ qs nō timebit
Tonabit. ⁊ quis nō pauebit? Dominꝰ cōmina
bit ⁊ quis nō funditꝰ cōteret a facie ipſiꝰ? Ter
ra tremuit ⁊ fundamēta eius: mare fluctuat de
ꝓfundo. ⁊ fluctus eius diſturbabunt. ⁊ piſces
eius a facie dn̄i. ⁊ gloria ṽtutis eius: q̄m fortis
dextera eius q̄ arcū tendit: ſagitte eius acute q̄
ab ipſo mittunt: nō deficiēt cū ceperint mitti in
fines terre. Ecce mittunt mala et nō reuertent
donec veniant ſup terraꝫ. Ignis ſuccendit. et
nō extinguet donec cōſumit fundamēta terre.
Quēadmodū non redit ſagitta miſſa a valido
ſagittario: ſic nō reuertent mala que miſſa fue/
rint in terrā. Ve mihi: ve mihi. Quis me libe
rabit in illis diebus. Initiū dolorū et multi ge
mitus: initiū famis et multi interitus: initium
bellorū et formidabūt ꝑtātes initium maloꝝ et
trepidabūt oēs. In his quid faciā cū venerint
mala Ecce fames et plaga et tribulatio et angu
ſtia miſſa ſunt flagella in emendatione et in his
oībus ſe nō ɔuertēt ab iniq̄tatibꝰ ſuis: neq̄ fla
gellorꝫ memores erunt ſemp. Ecce erit anno
vilitas ſup terrā: ſic vt putēt ſibi eſſe directam
pacē. et tunc germinabūt mala ſuper terrā: gla/
dius fames et magna cōfuſio. A fame eni plu
rimi q̄ inhabitāt terrā interibūt. et gladiꝰ ꝑdet
ceteros qui ſuperauerint a fame. ⁊ mortui ſicut
ſtercora ꝓijcient. ⁊ nō erit q̄ ɔſolet eos. Dere
linquet. n. terra deſerta. ⁊ ciuitates eiꝰ deijciēt
Nō derelinquet qui colat terrā. ⁊ q̄ ſeminet eā
Ligna dabunt fructus. ⁊ qs vindemiabit illa?
Vua matura fiet: ⁊ qs calcabit illam? Erit. n.
locis magna deſertio. Cupiet. n. hō hoiem vi
dere: vel vocē eiꝰ audire. Relinquent. n. de ci
uitate decē. ⁊ duo de agro qui abſcōderint ſe in
denſis nemoribꝰ ⁊ ſciſſuris petrarū quēadmo/
dū dū derelinquūt in oliueto ⁊ ſingulis arbori
bus tres aūt q̄tuor oliue: aut ſic in vinea vin/
demiata racemi relinquūt ab his q̄ diligēter vi
neā ſcrutāt: ſic relinquēt in diebꝰ illis tres aut
q̄tuor ſcrutātibꝰ domos eoꝝ in rūphea. Et re/
linq̄t terra deſerta. ⁊ agri eiꝰ inueterabūt. et vie
eius. ⁊ oēs ſemite eiꝰ germinabūt ſpinas eo q̄
nō trāſiēt hoies p eā. Lugebūt ṽgines nō ha
bentes ſponſos: lugebūt mulieres nō habētes
viros. Lugebūt filie eaꝝ nō habētes adiutoriū
ſponſi eaꝝ. In bello cōſumet. ⁊ viri earum in
fame exterent. Audite vero iſta. ⁊ cognoſcite
ea ſerui dn̄i. Ecce verbum dn̄i: excipite illud: ne
dijs credatis de quibꝰ dic̄ dn̄s. Ecce appropin
quāt mala ⁊ nō tardāt. Quēadmodū ꝑgnans
cū parit in nono mēſe filiū ſuū appropinquāte
hora partus eius an horas duas vl' tres dolores cir
cūeūt ventrē eiꝰ. ⁊ ꝓdeūte infante de vētre nō
tardabūt vno puncto: ſic nō morabūt mala ad
ꝓdeundū ſup terrā. ⁊ ſeculū gemet. et dolores
circūtenebunt illud. Audite verbū plebs mea.
Parate vos in pugnam: ⁊ in malis: ſic eſtote
quaſi aduene terre. Qui vēdit q̄ſi q̄ fugiat. ⁊ q̄
emit q̄ſi q̄ ꝑditurꝰ. Qui mercat q̄ſi q̄ fructū nō
capiat. ⁊ q̄ edificat q̄ſi nō habitaturꝰ: Qui ſemi
nat quaſi q̄ nō metet: ſic ⁊ q̄ vineā putat q̄ſi nō
vindemiaturꝰ. Qui nubūt ſic quaſi filios non
facturi. ⁊ q̄ nō nubūt ſic q̄ſi vidui ꝓpter qḋ qui
laborāt ſine cā laborāt. Fructꝰ eni illoꝝ alieni/
gene metent. ⁊ ſubſtātiā illoꝝ rapiēt. ⁊ domos
euertent ⁊ filios eoꝝ captiuabūt: q2 in captiuita
te ⁊ fame generant natos ſuos. Et q̄ negociāt
in rapina: quantū diu exornant ciuitates et do/
mos ſuas ⁊ poſſeſſiones ⁊ pſonas ſuas: tanto
magis adçlabor eos ſup pctā ſua dicit domi/
nus. Quō çelat fornicaria mulierē idoneam ⁊
bonā valde: ſic çelabit iuſticia iniquitatē cū ex/
ornat ſe. ⁊ accuſat eā in facie cū venerit qui de/
fendat exquirentē oē pctm̄ ſup terrā. Propte/
rea nolite ſimiliari ei nec opibꝰ eiꝰ: q̄m adhuc
puſillū. ⁊ tollet iniq̄tas a terra. ⁊ iuſticia regna
bit in vos. Non dicat pctōr ſe nō peccaſſe: q̄m

carbonee ignis cōburet ſup caput eiꝰ q dicit nō peccaui corā deo ⁊ glorīa ipſiꝰ Ecce dn̄s cognoſcet oīa opera hoīuȝ. ⁊ adinuentiones illorū ⁊ cogitacōes illoꝝ ⁊ corda illoꝝ. Dixit enim fiat terra ⁊ facta ē: fiat celū ⁊ factū eſt. Et in verbo illiꝰ ſtelle fūdate ſūt. ⁊ nouit numerū ſtellarum Qui ſcrutat̄ abyſſū ⁊ theſauros illaꝝ. qui menſus ē mare ⁊ cōceptū eiꝰ. Qui cōcluſit mare in medio aqꝝ. ⁊ ſuſpēdit terrā ſup aq̄s v̄bo ſuo. Qui extēdit celū q̄ſi camerā: ſup aquas fūdauit eū. Qui poſuit in deſerto fontes aqꝝ. ⁊ ſup verticē montiū lacus ad emittendū flumina ab eminēti petra: vt potaret terrā. Qui finxit hominē. ⁊ poſuit cor ſuū in medio corporis ⁊ miſit ei ſpm̄ vitā ⁊ intellectū ⁊ ſpiramē dei omnipotētis q fecit oīa. ⁊ ſcrutinat oīa abſconſa in abſcōſis terre. Hic nouit adinuētionē veſtrā. ⁊ q̄ cogitat̄ in cordibꝰ viīs peccātes ⁊ volētes occultare pctā v̄ra. Propter qđ dn̄s ſcrutinando ſcrutinauit oīa opa veſtra. ⁊ traducet vos oēs. ⁊ vos cōfuſi eritis eū ꝓceſſerint pctā v̄ra corā hoīb. ⁊ inigtates erunt q̄ accuſatores ſtabūt in die illo. Quid facietis: aut quō abſcondetis pctā veſtra corā deo ⁊ angelis eiꝰ? Ecce iudex deus timete eū. Deſinite a pctis veſtris ⁊ obliuiſcamini inigtates v̄ras iā agē eas i ſempiterno: ⁊ deꝰ educet vos et liberabit de oī tribulatiōe. Ecce. n. incēdit̄ ardor ſup vos turbe copioſe ⁊ rapiet q̄ſdā ex vobis ⁊ cibabūt idolis occiſos. ⁊ q cōſenſerint eis erūt illis in deriſ. ⁊ in improperiū ⁊ in ꝯculcationē. Erit. n. locꝰ locꝰ. ⁊ in vicinas ciuitates exurrectio iuxta ſup timētes dn̄m. Erūt q̄ſi inſani. nemini ꝑcentes ad deripiēdū ⁊ deuaſtādū adhuc timētes dn̄m qꝛ deuaſtabūt ⁊ deripiēt ſubſtātias: ⁊ de domibus ſuis eos eijciēt. Tūc parebit ꝓbatio electorū meoꝝ: vt aurꝝ qđ ꝓbat̄ ab igne. Audite dilecti mei dicit dn̄s. Ecce abſūt dies tribulatiōis. ⁊ de his liberabo vos. Ne timeatis nec heſitetis qm̄ deꝰ dux veſter ē. Ergo ſuat mādata ⁊ precepta mea dicit dn̄s deꝰ: ne ꝑponderent vos pctā veſtra: ne ſupeleuent ſe inigtates veſtre. Ve q ꝯſtringūt̄ a pctis ſuis ⁊ obtegūt̄ ab iniq̄tatibꝰ ſuis quēadmodū ager cōſtringit̄ a ſilua ⁊ ſpinis tegit̄ ſemita eiꝰ ꝑ quā nō trāſit hō. ⁊ excludit̄. ⁊ mittitur ad deuorationē ignis.

¶ Explicit liber Eſdre tertiꝰ. Incipit ꝓlogꝰ bti Hieronymi pſbyteri in librū Thobie.

CHromatio et heliodoro epiſcopis. Hieronymus preſbyter in dn̄o ſalutem. Mirari non deſino exactionis veſtre inſtātiā. Exigitis enī vt librū chaldeo ſermōe conſcriptū: ad latinū ſtilum trahā: librum vtiq; tobie quē hebrei de cathalago diuinaꝝ ſcripturarum ſecantes: his que agiographa memorāt mancipārūt. Feci ſatis deſiderio veſtro: nō tamē meo ſtudio. Arguūt eni nos hebreoꝝ ſtudia. ⁊ imputant nobis contra ſuū canonē latinis auribus iſta transferre. Sed melius ē eē iudicās phariſeoꝝ diſplicere iudicio. ⁊ epoꝝ iuſſionibꝰ deſeruire inſtiti vt potui. Et qꝛ vicina ē chaldeoꝝ lingua ſermone hebraico: vtriuſq; lingue peritiſſimū loquacē reperiens: vnius diei laborē arripui. ⁊ quicqd ille mihi hebraicis verbis exp̄ſſit hoc ego accito notario ſermonibꝰ latinis expoſui. Orationibꝰ veſtris mercedē huiꝰ opis cōpēſabo cū gratū vobis didicero me qđ iubere eſtis dignati compleſſe.

¶ Explicit ꝓlogꝰ. Incipit liber Tobie. Ca. I

TObias ex tribu ⁊ ciuitate neptali q̄ ē in ſuperioribꝰ galilee ſup naaſō poſt viā q̄ ducit ad occidētē in ſiniſtro hn̄s ciuitatē ſephet cū captꝰ eēt in diebꝰ ſalmanaſar regis aſſyrioꝝ i captiuitate tn̄ poſitꝰ viā veritatis nō deſeruit ita vt oīa q̄ hr̄e poterat q̄tidie cū captiuis fr̄ibꝰ q erāt ex eiꝰ gn̄e impartiret. Cūq; eēt iunior oībus in tribu neptaliȝ: nihil tn̄ puerile geſſit in ope. Deniq; cū irēt oēs ad vitulos aureos quos hieroboā fecerat rex iſrl̄. Hic ſolus fugiebat conſortia oium. ⁊ ꝑgebat ad ir̄lm ad templū dn̄i. ⁊ ibi adorabat dn̄m deū iſrael: oīa ꝑmitiua ſua ⁊ decimas ſuas ſideliter offerens. ita vt in tertio āno ꝓſelitꝭ ⁊ aduenis miſtraret oēm decimationē. Hec ⁊ his ſiſia ſm̄ legē dei puerulus obſuabat. Cū vero factꝰ fuiſſet vir. accepit vxorem annā de tribu ſua. genuitq; ex ea filiū nomē ſuū imponēs ei: quē ab infantia timere deū docuit ⁊ abſtinere ab oī pctō. Igit̄ dū ꝑ captiuitatē deueniſſet cum vxore ſua ⁊ filio in ciuitatem niniuen cū oī tribu ſua. et cum oēs ederent ex cibis gentilium: iſte cuſtodiuit aīam ſuā. ⁊ nunq̄ꝫ cōtaminatꝰ eſt in eſcis eorū Et qm̄ memor fuit dn̄i in toto corde ſuo: dedit illi deus gratiā in cōſpectu ſalmanaſar regis ⁊ dedit illi ptāte quocūq; vellet ire. habens libertatē q̄cūq; facere voluiſſet. Pergebat. n. ꝑ omnes qui erāt in captiuitate. ⁊ monita ſalutis dabat eis. Cū aūt veniſſet in rages ciuitatem medoꝝ ⁊ ex his quibꝰ honoratus fuerat a rege hūiſſet decē talēta argenti. ⁊ cū in multa turba

generis ſui gabelū egētē videret q erat ex tribu
eius: ſub cyrographo dedit illi memoratū pon
dus argēti. Poſt multū vero tpis mortuo ſal/
manaſar rege: cū regnaret ſennacherib filiꝰ eiꝰ
ꝓ eo. et filios iſrael exoſos haberet in cōſpectu
ſuo: tobias quotidie ꝑgebat ꝑ oēm cognationē
ſuā. et ꝯſolabat eos: diuidebatqꝫ vnicuiqꝫ pro
vt poterat de facultatibꝰ ſuis. Eſurientes alebat
nudiſqꝫ veſtimēta ꝓbebat. et mortuis atqꝫ oc/
ciſis ſepulturā ſollicitus exhibebat. Deniqꝫ cū
reuerſus eſſet rex ſennacherib fugiēs a iudea
plagā quā circa eum fecerat deus ꝓpter blaſfe/
miam ſuā. et iratus multos occideret ex filijs
iſrael: tobias ſepeliebat corpa eoꝝ. At vbi nun
ciatū ē regi: iuſſit eū occidi. et tulit oēm ſubſtan
tiā eius. Tobias vero cū filio ſuo et cū vxore fu
giens nudus latuit: qꝛ multi diligebant eum.
Poſt dies vero qdraginta qnqꝫ occiderūt regē
filij ipſius. Et reuerſus ē tobias in domū ſuā
oīſqꝫ facultas eius reſtituta ē ei. II

Poſt hec vero cū eēt dies feſtus dñi et fa
ctū eēt prandiū bonum in domo tobie:
dixit filio ſuo. Vade et adduc aliquos
de tribu nr̄a timētes deū: vt epulent nobiſcū.
Cūqꝫ abiſſet: reuerſus nūciauit ei vnū ex filijs
iſrael iugulatū iacere in platea. Statimqꝫ exili/
ens de accubitu ſuo: relinquēs prandiū ieiunꝰ
ꝑuenit ad corpꝰ: tollenſqꝫ illud portauit ad do
mū ſuā occulte: vt dum ſol occubuiſſet caute ſe
peliret eum. Cūqꝫ occultaſſet corpus: mandu/
cauit panē cū luctu et tremore: memorans illū
ſermonē quē dixit dñs per amos prophetam.
Dies feſti veſtri cōuertent in lamentationē et
luctū. Cū vero ſol occubuiſſet: abijt et ſepeliuit
eū. Arguebant aūt oēs ꝓximi eiꝰ. dicētes: Jā
huiꝰ rei cā interfici iuſſus es et vix effugiſti mor
tis imperium. ⁊ iterum ſepelis mortuos: Sed
tobias plus timens deū qꝫ regem rapiebat cor
pora occiſorum et occultabat i domo ſua et me
dijs noctibꝰ ſepeliebat ea. Cōtigit aūt vt qdā
die fatigatꝰ a ſepultura veniens domū iactaſſet
ſe iuxta parietē et obdormiſſet et ex nido hirun
dinū dormiēti illi: calida ſtercora inciderent ſu
per oculos eius: fieretqꝫ cecus. Hanc aūt tē/
ptationē ideo ꝑmiſit dñs euenire illi: vt poſte/
ris daret exemplū patiētie eius: ſicut et ſancti
iob. Nā cū ab infantia ſua ſemꝑ deū timuerit
et mādata eiꝰ cuſtodierit: nō ē ꝯtriſtatus ꝯ deū
qꝛ plaga cecitatꝭ euenerit ei: ſed imobilis ī dei
timore ꝑmāſit: agēs grās deo oībꝰ diebus vi/
te ſue. Nā ſicut btō iob inſultabant reges: ita
iſti parētes et cognati eiꝰ irridebāt vitam eius
dicētes. Vbi ē ſpes tua. ꝓ qua elemoſynas ⁊
ſepulturas faciebas. Tobias vero increpabat
eos. dicens. Nolite ita loqͥ: qm̄ filij ſanctoꝝ ſu
mꝰ. ⁊ vitā illā expectamꝰ quā deꝰ daturus ē his
q fidē ſuā nūqꝫ mutant ab eo. Anna vero vxor
eiꝰ ibat ad opꝰ textrinum qͦtidie. ⁊ de labore ma
nuū ſuaꝝ victū quē ꝯſequi potuiſſet deferebat.
Vnde factū eſt: vt hedū capraꝝ accipiēs. detu
liſſet domi. Cuiꝰ cū vocem balātis vir eius au
diſſet. dixit. Videte ne forte furtiuus ſit. Red
dite eū dñis ſuis. qꝛ nō licet nobis aut edere ex
furto aliqd aut ꝯtingere. Adhuc vxor eiꝰ irata
rn̄dit. Manifeſte vana facta eſt ſpes tua. et ele
moſyne tue mō appuerūt. Atqꝫ his et alijs hu
iuſmodi verbis exprobrabat ei. III

Tunc tobias ingemuit. ⁊ cepit orare cū
lachrymis. dicens. Juſtus es domine
et omnia iudicia tua vera ſūt. ⁊ omnes
vie tue mīa ⁊ veritas et iudiciū. Et nūc domi/
ne memor eſto mei. et ne vindictam ſumas de
peccatis meis: neqꝫ reminiſcaris delicta mea
vel parentū meoꝝ. Qm̄ nō obediuimꝰ ꝑceptꝭ
tuis. ideo traditi ſumus in direptionē ⁊ capti/
uitatē ⁊ mortē ⁊ in fabulā. et ī improperiū oībus
natiōibus in qbꝰ diſꝑſiſti nos. Et nūc dñe ma
gna iudicia tua. qꝛ non egimꝰ ſm̄ ꝑcepta tuā. ⁊
nō ambulauimꝰ ſincerē corā te. Et nūc dñe ſm̄
volūtatē tuā fac mecum. ⁊ ꝑcipe in pace recipi
ſpm̄ meū. Expedit enī mihi mori magis qꝫ vi
uere. Eadē itaqꝫ die cōtigit vt ſara filia rague/
lis in rages ciuitate medoꝝ. ⁊ ipa audiret impro
perium ab vna ex ancillis patris ſui: qm̄ tradi
ta fuerat ſeptē viris. et demoniū noīe aſmodeꝰ
occiderat eos: mox vt ingreſſi fuiſſent ad eam.
Ergo cū ꝓ culpa ſua increparet puellam: rn̄dit
ei dicens. Amplius ex te nō videamus filium
aut filiā ſuꝑ terrā: interfectrix viroꝝ tuoꝝ. Nū
qd ⁊ occidere me vis ſicut etiā occidiſti ſeptem
viros. Ad hanc vocē perrexit in ſuperius cu/
biculū domus ſue. ⁊ tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ
non manducauit neqꝫ bibit. ſed in oratiōe per/
ſiſtens cū lachrymis depcabat deū. vt ab iſto ī
properio liberaret eā. Factū ē aūt die tertia dū
ꝯpleret orationē. benedicēs dñm. dixit. Bene
dictū ē nomē tuū deꝰ patrū nr̄oꝝ. q cū iratꝰ fue
ris. miām facies. ⁊ ī tpe tribulatiōis pctā dimit
tis his q iuocāt te. Ad te dñe faciē meā ꝯuerto
ad te oculos meos erigo. Peto dñe vt de vin
culo improperij huius abſoluas me: aut certe
deſuper terram eripias me. Tu ſcis dñe quia
nūqꝫ cōcupiui virū. et mundā ſeruaui animā
meam ab oī cōcupiſcentia. Nūqꝫ cū ludētibus

miſcui me: neqꝫ cū his qui in leuitate ambulāt
participē me ꝓbui. Virū aūt cū timore tuo nō cū
libidine mea ꝯſenſi ſuſcipe. Et aut ego idigna
fui illis. aut illi forſitā mihi nō fuerūt digni. qꝛ
forſitā viro alij ꝯſeruaſti me. Nō ē eni in hoīs
ptāte ꝯſiliū tuū. Hoc aūt p certo habet oīs qui
colit te. qꝛ vita ei⁹ ſi in ꝓbatiōe fuerit coronabi
tur: ſi aūt in tribulatiōe fuerit liberabit. ⁊ ſi in
corruptiōe fuerit. ad miam tuam venire licebit
Nō eni delectaris in ꝑditiōib⁹ noſtris: qꝛ poſt
tēpeſtatē trāquillū facis. ⁊ poſt lachrymationē
⁊ fletū exultationē infundis. Sit nomē tuū de
us iſrael benedictū in ſecula. In illo tpe exaudi
te ſūt p̄ces amboꝝ in conſpectu glorie ſūmi dei
⁊ miſſus ē angelus dn̄i ſanct⁹ raphael vt cura
ret eos ambos quoꝝ vno tpe ſūt oratiōes in cō
ſpectu dn̄i recitate. IIII

Vꝫ cū tobias putaret oratione ſuā ex
audiri vt mori potuiſſet. vocauit ad ſe
tobiam filiū ſuū. dixitqꝫ ei. Audi fili mi
verba oris mei. ⁊ ea i corde tuo quaſi fundamē
tū cōſtrue. Cū accepit de⁹ aiam meā: corp⁹ meū
ſepeli. ⁊ honorē habebis matri tue. oīb⁹ di
ebus vite eius. Memor eni eē debes: q ⁊ quā
ta picula paſſa ſit ꝑpter te in vtero ſuo. Cū aūt
⁊ ipſa cōpleuerit tp̄s vite ſue: ſepelies eam circa
me. Oībus autē diebus vite tue in mēte habe
to deū. ⁊ caue ne aliqñ pctō ꝯſentias. ⁊ p̄termit
tas precepta dei noſtri. Ex ſubſtātia tua fac ele
moſynā ⁊ noli auertere faciē tuā ab vllo paupe
Ita eni fiet: vt nec a te auertat facies domini.
Quō potueris. ita eſto miſericors. Si multū
tibi fuerit. abundāter tribue: ſi exiguum tibi fu
erit: etiā exiguū libenter impertiri ſtude. Pre
miū eni bonū tibi theſaurizas in die neceſſitatꝭ
qm̄ elemoſyna ab oī pctō ⁊ a morte liberat. ⁊ n̄
patiet animā ire in tenebras. Fiducia magna
erit corā ſūmo deo elemoſyna. oībus faciētib⁹
eam. Attende tibi fili mi ab oī fornicatione. ⁊ p̄
ter vxorē tuam nūqꝫ patiaris crimen ſcire. Su
perbiā nūqꝫ in tuo ſenſu aut in tuo verbo dn̄a
ri permittas. In ipſa eni initiū ſumpſit oīs per
ditio. Quicūqꝫ tibi aliqd opatus fuerit. ſtatim
ei mercedē reſtitue. ⁊ merces mercennarij tui
apud te oīo non remaneat. Qđ ab alio oderis
fieri tibi: vide ne tu aliqñ alteri facias. Panē
tuū cū eſurientib⁹ ⁊ egentib⁹ comede. ⁊ de veſti
mētis tuis nudos tege. Panē tuū ⁊ vinū tuū
ſup ſepulturā iuſti cōſtitue. ⁊ noli ex eo mandu
care ⁊ bibere cū peccatorib⁹. Cōſiliū ſemꝑ a ſa
piēte ꝑquire. Oī tpe benedic deū. ⁊ pete ab eo
vt vias tuas dirigat. ⁊ oīa ꝯſilia tua in ipſo per

maneāt. Indico etiā tibi fili mi dediſſe me decē
talēta argēti dū infantulus eſſes: gabelo in ra
ges ciuitate medoꝝ. ⁊ cirographū ei⁹ apud me
habeo. Et ideo ꝑquire quō ad eū ꝑuenias. ⁊ re
cipias ab eo ſupra memoratū pōdus argenti. ⁊
reſtituas ei cirographū ſuū. Noli timere fili mi
pauperē qdē vitā gerim⁹: ſed multa bona ha
bebimus ſi timuerimus deū. ⁊ receſſerim⁹ ab
oī peccato ⁊ fecerim⁹ bene. V

Tunc reſpōdit tobias patri ſuo. ⁊ dixit.
Oīa quecūqꝫ p̄cepiſti mihi. faciā pater.
Quō autē pecuniā hāc ingrā. ignoro.
Ille me neſcit. ⁊ ego eū ignoro. Qđ ſignū da
bo ei. Sed neqꝫ viā per quam pergat illuc. ali
qn̄ cognoui. Tūc pr̄ ſuus rn̄dit illi. ⁊ dixit. Ci
rographū quidē illius apud me habeo. qđ dū
illi oſtenderis. ſtatī reſtituet. Sed ꝑge nūc ⁊ in
quire tibi aliquē fidelē viꝝ. qui eat tecum ſalua
mercede ſua. dum adhuc viuo vt recipias eam
Tūc egreſſus tobias inuenit iuuenē ſplendidū
ſtantem p̄cinctū. ⁊ quaſi paratū ad ambulādū.
Et ignorās q angelus dei eēt. ſalutauit eū ⁊ di
xit. Vn̄ te habem⁹ bone iuuenis. At ille reſpō
dit. Ex filijs iſrael. Et tobias dixit. Noſti viā
que ducit in regionē medoꝝ. Cui rn̄dit. No
ui ⁊ oīa itinera eius frequēter ambulaui. ⁊ māſi
apud gabelum fratrē noſtrū q moratꝛ in rages
ciuitate medoꝝ q̄ poſita ē in mōte egbathanis.
Cui tobias ait. Suſtine me obſecro: donec hec
ipſa nunciē patri meo. Tunc ingreſſus tobias i
dicauit vniuerſa hec patri ſuo. Sup q̄ admirat⁹
pater rogauit vt introiret ad eū. Ingreſſus ita
qꝫ ſalutauit eū. ⁊ dixit. Gaudiū tibi ſit ſemper
Et ait tobias. Quale gaudiū mihi erit. q in te
nebris ſedeo. ⁊ lumē celi non video. Cui ait iu
uenis. Forti aīo eſto: in ꝓximo ē vt a deo cure
ris. Dixit itaqꝫ illi tobias. Nunqd poteris ꝑ
ducere filiū meū ad gabelū in rages ciuitatē me
doꝝ. Et cū redieris. reſtituā tibi mercedē tuā.
Et dixit ei angel⁹. Ego ducā ⁊ reducā eū ad te
Cui tobias rn̄dit. Rogo te. Indica mihi de q̄
domo: aut de qua tribu es tu. Cui raphael an
gelus dixit. Genus q̄ris mercenarij. an ipſum
mercenariū q cū filio tuo eat. Sed ne forte ſolli
citum te reddam: ego ſum azarias. ananie ma
gni filius. Et tobias rn̄dit. Ex magno genere
es tu. Sed peto ne iraſcaris q voluerim cogno
ſcere gen⁹ tuum. Dixit aūt illi angel⁹. Ego ſanū
ducā. ⁊ ſanum tibi reducā filiū tuū. Rn̄dēs aūt
tobias ait. Bene ābuletis. ⁊ ſit dn̄s i itinere ve
ſtro. ⁊ angelus ei⁹ comitet vobiſcū. Tunc paratꝭ
oīb⁹ que erāt in via portanda. fecit tobias vale

patri ſuo: ⁊ matri ſue: ⁊ ābulauerūt ambo ſimul
Cūq; ꝑfecti eēnt: cepit mater eius flere ⁊ dicere
Baculū ſenectutis nr̃e tuliſti: ⁊ tranſmiſiſti a
nobis. Nunq̃; fuiſſet ipſa pecunia ꝓ qua miſi/
ſti eū. Sufficiebat nobis paupertas nr̃a: vt diui/
tias cōputaremus hoc: q> videbam⁹ filiū noſtꝝ
Dixitq; ei tobias. Noli flere. Saluus perueniet
fili⁹ nr̃: ⁊ ſaluus reuertet̃ ad nos: ⁊ oculi tui vi/
debūt illū. Credo. n. q> angelus dei bon⁹ comi
tet̃ ei. ⁊ bn̄ diſponet oia q̃ circa eū gerunt̃. ita vt
cū gaudio reuertat̃ ad nos. Ad hanc vocē ceſſa
uit mater eius flere: ⁊ tacuit. VI

Profectus eſt aūt tobias: ⁊ canis ſecut⁹
eſt eū: ⁊ māſit ꝑma manſione iuxta flu
uiū tigris. Et exiuit vt lauaret pedes ſu
os: ⁊ ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandū
eum. Quem expaueſcens tobias: clamauit vo/
ce magna dicens. Dn̄e inuadit me. Et dixit ei
angelus. Apprehēde brāchiaꝫ eius. ⁊ trahe eū
ad te. Quod cū feciſſet attraxit eum in ſiccuꝫ. et
palpitare cepit ante pedes ei⁹. Tūc dixit ei ange
lus. Exentera hūc piſcē: ⁊ cor eius ⁊ fel ⁊ iecur
repone tibi. Sunt. n. hec neccia ad medicamen/
ta vtiliter. Quod cū feciſſet aſſauit carnes eius
⁊ ſecuꝫ ſuſtulerūt i via: cetera ſalierunt q̃ ſuffi
cerēt eis: quouſq; ꝑuenirēt i rages ciuitatē me
doꝝ. Tūc interrogauit tobias angelū: ⁊ dixit ei.
Obſecro te azaria frater: vt dicas mihi quod re
mediū hēbunt iſta q̃ de piſce ſeruare iuſſiſti. Et
rn̄dens angelus dixit ei. Cordis eius ꝑticulam
ſi ſup carbones ponas ſumus eius extricat om
ne genus demonioꝝ ſiue a viro ſiue a muliere:
ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad
vngendos oculos in q̄bus fuerit albugo: ⁊ ſa/
nabunt̃. Et dixit ei tobias. Vbi vis vt manea
mus. Rn̄dēſq; angelus ait. Eſt hic raguel no
mīe vir ꝓpinquus de tribu tua. ⁊ hec hꝫ filiam
noīe ſarā: ſed neq; maſculū neq; feminā vllam
hꝫ aliā ꝑter eā. Tibi debet̃ ois ſubſtātia eius. ⁊
opportet eā te accipe ↄiugē. Pete ergo eā a pa
tre ei⁹: ⁊ dabit tibi eā vxorē. Tūc rn̄dit tobias:
⁊ dixit. Audio q2 tradita eſt ſeptē viris: ⁊ mor/
tui ſūt: ſꝫ ⁊ hoc audiui: q2 demoniū occidit illos.
Timeo ergo ne forte ⁊ mihi hec eueniāt ⁊ cū ſiꝫ
vnicus parentibus meis. deponā ſenectutē illoꝝ
cū triſticia ad iferos. Tūc angelus raphael dixit
ei. Audi me. ⁊ oſtendā tibi qui ſunt q̄bus ꝑuale
re poteſt demonium. Hi naq; qui ↄiugiū ita ſu
ſcipiūt: vt deū a ſe ⁊ a ſua mente excludant: ⁊ ſue
libidini ita vacent ſicut equus ⁊ mulus quibus
non eſt intellectus: habet poteſtatem demoniuꝫ ſup
eos. Tu aūt cū acceperis eā: ingreſſus cubiculum

ꝑ tres dies ↄtinēs eſto ab ea. ⁊ nihil aliud niſi
orōnib⁹ vacabis cū ea. Ipſa aūt nocte. incenſo
iecore piſcis fugabit̃ demoniū. Secūda vo no
cte i copulatōe ſcōꝝ pr̃iarchaꝝ admitteris. Ter
tia aūt nocte benedictionē ↄſeqris vt filii ex vob
ꝓcreent̃ incolumes. Tranſacta aūt tertia nocte
accipias vginē cū timore dn̄i amore filioꝝ ma
gis q̃ libidinis duct⁹: vt i ſemine abrahe bene
dictionē i filiis ↄſequaris. VII

Ingreſſi ſunt aūt ad raguelē. ⁊ ſuſcepit
eos raguel cū gaudio. Intuenſq; tobi
am raguel. dixit anne vxori ſue. Q̃ ſi/
milis ē iuuenis iſte cōſobrino meo. ⁊ cū hec di/
xiſſet. ait. Vnde eſtis iuuenes fratres nr̄i. At
illi dixerunt. Ex tribu neptali ſumus ex capti/
uitate niniue. Dixitq; illis raguel. Noſtis to/
biā fratrem meum. Qui dixerunt. Nouimus
Cūq; multa bona loq̄ret̃ de eo. Dixit angelus
ad raguelē. Tobias de quo iterrogas. pr̄ iſti⁹
ē. Et miſit ſe raguel. ⁊ cū lachrymis oſculatus
ē eū. ⁊ plorans ſup collū ei⁹. dixit. Benedictio
ſit tibi fili mi: q2 boni ⁊ optimi viri fili⁹ es. Et
anna vxor eius ⁊ ſara ipſoꝝ filia lachrymate ſūt
Poſtq̃; autēꝫ locuti ſunt: ꝑcepit raguel occidi
arietē. ⁊ parari ↄuiuium. Cūq; hortaret̃ eos di
ſcumbere ad prandium. tobias dixit. Hic ego
hodie nō māducabo neq; bibā: niſi ꝑus petiti
onē meā confirmes. ⁊ ꝓmittas mihi dare ſarā
filiā tuā. Quo audito vbo raguel expauit. ſci
ens qd euenerit illis ſeptē viris q ingreſſi ſunt
ad eā. ⁊ timere cepit: ne forte ⁊ huic ſilr̃ ↄtinge
ret. Et cum nutaret ⁊ nō daret petēti vllum re
ſpōſum. dixit ei angelus. Noli timere dare eaꝫ
iſti: q2 huic timēti deum debet̃ ↄiunx filia tua.
Propterea ali⁹ nō potuit hr̄e illaꝫ. Tunc dixit
raguel. Nō dubito q> deus ꝑces ⁊ lachrymas
meas i ↄſpectu ſuo admiſerit. Et credo q2 iō
fecit vos venire ad me. vt ⁊ iſta ↄiungeret̃ co/
gnatiōi ſue. ſm legē moyſi. ⁊ nunc noli dubiū
gerere. q> tibi ea tradā. ⁊ apphēdēs dexterā fi
lie ſue: dextere tobie tradidit. dicens. De⁹ abra
hā ⁊ de⁹ yſaac ⁊ de⁹ iacob vobiſcū ſit. ⁊ ipſe ↄiū
gat vos impleatq; bn̄dictionē ſuā i vobis. ⁊ acce
pta charta fecerunt ↄſcriptionē coniugii. ⁊ poſt
h epulati ſūt bn̄dicētes deū. Vocauitq; raguel
ad ſe annā vxorē ſuā. ⁊ ꝑcepit ei vt ꝑpararet alte
rum cubiculum. ⁊ itroduxit illuc ſarā filiā ſuā
⁊ lachrymata ē. Dixitq; ei. Forti aio eſto filia
mea. Dn̄s celi det tibi gaudium ꝓ tedio qđ ꝑ
peſſa es. VIII

Poſtq̃; vo cenauerunt: itroduxerunt
iuuenē ad eā. Recordatus itaq; tobi/

at pii[illegible] orabāt ambo sil. vt sanitas daret
cis. Dixitqꝫ tobias. Dñe deus patꝝ nroꝝ. be
nedicāt te celi terre mareqꝫ ꝛ fōtes ꝛ flumina:
ꝛ oēs creature tue q̄ i eis sunt. Tu fecisti adā d̄
limo terre: dedistiqꝫ ei adiutoriuꝫ euā. ꝛ nunc
dñe tu scis. qꝛ nō luxurie cā accipio sororē meā
cōiugē: sed sola posteritatis dilectionē i qua be
nedicatur nomē tuum in secula seculoꝝ. Dixit
itaqꝫ sara. Miserere nobis dñe. miserere nob
ꝛ cōsenescamus ābo pii sani. Et factum ē cir/
ca pulloꝝ cātum accersiri iussit raguel seruos
suos. ꝛ abierunt cum eo pit̄er vt foderēt sepul
chrum. Dicebat enī ne filī mō euenerit ei. q̄ ꝛ
ceteris alijs septē viris q sunt ingressi ad eam.
Cunqꝫ parasset fossam: reuersus raguel ad vxo
rē suā. dixit ei. Mitte vnā ex ancill' tuis. ꝛ vi/
deat si mortuꝰ ē. vt sepeliā eū anteqꝫ illucescat.
At illa misit vnā ex ancillis suis. Que igressa
cubiculū reppit eos saluos ꝛ icolumes: secū
parit dormiētes. Et reuersa nūciauit bonū nū
ciuꝫ. Et benedixerunt dñm. raguel videlicet ꝛ
anna vxor eius. ꝛ dixerūt. Benedicimꝰ te dñe
deꝰ israel. qꝛ nō contigit nobis quēadmodū pu
tabamus. Fecisti eni nobiscū miam tuā. ꝛ ex/
clusisti a nobis inimicū psequentē nos. Miser
tus es aūt duobꝰ vnicis. Fac eos dñe pleniꝰ be
nedicere te. ꝛ sacrificiū laudis tue ꝛ sue sanitat̄
offerre: vt cognoscat vniuersitas gentiū. qꝛ tu
es deꝰ solus in vniuersa terra. Statiqꝫ p̄cepit
seruis suis raguel vt replerēt terra fossam quā
fecerāt: priusqꝫ erubesceret. Vxor autē sua dixit
vt istrueret ꝯuiuiū. ꝛ p̄pararet oia que i cibos
erāt iter agētibꝰ necessaria. Duas q̄qꝫ pingues
vaccas ꝛ q̄ttuor arietes occidi fecit. ꝛ pari epu/
las oibꝰ vicinis suis: cūctisqꝫ amicis. Et adiu/
rauit raguel tobiā. vt duas ebdomadas mora/
ret apud eū. De oibus aūt q̄ possidebat raguel
dimidiā ptē dedit tobie. ꝛ fecit hāc scripturam
vt ps dimidia q̄ superat. post obituꝫ eoꝝ tobie
dominio eueniret. IX

T Unc vocauit tobias angelū ad se quem
quidem hoiem existimabat. dixitqꝫ ei.
cenus a[illegible] [illegible]ꝯpositū.
raphael assumens quattuor ex seruis rague.
ꝛ duos camelos. in rages ciuitatem medoꝝ p̄
rexit. ꝛ inueniēs gabelum dedit ei cirographū
suum. ꝛ recepit omnem pecuniam. Indicauit
qꝫ ei de tobia filio tobie omnia que gesta sūt: fe
citqꝫ eum secum venire ad nuptias. Cūqꝫ in/
gressus esset domum raguelis. inuenit tobiam
discumbentem. ꝛ exiliens osculati sunt se inui/
cem. Et fleuit gabelus benedixitqꝫ deū. ꝛ dixit
Benedicat te deus israel. aqui filius es optimi
viri ꝛ iusti. ꝛ timentis deū. ꝛ elemosynas faciē
tis. Et dicat̄ benedictio super vxorē tuā. ꝛ sup
parētes vestros. ꝛ videatis filios vestros. ꝛ fi
lios filioꝝ vroꝝ: vsqꝫ i tertiā ꝛ quartā genera
tionē. ꝛ sit semē vrm benedictuꝫ a deo israel. q
regnat i scl'a seculoꝝ. Cūqꝫ oēs dixissent amen
accesserūt ad ꝯuiuiū. Sed cū timore dñi nuptia
rū cōuiuiū exercebāt. X

C Um vero moras faceret tobias cā nu
ptiaꝝ. sollicitus erat pater eius tobias.
dicens. Putas quare morat̄ filius me
us: aut quare detentus est ibi. Putas ne gabe
lus mortuus ē. ꝛ nemo reddet illi pecuniā. Ce
pit aūt cōtristari nimis ipe ꝛ anna vxor eius cū
eo. ꝛ ceperūt ambo simul flere: eo q᷑ die statuto
minime reuerteret̄ filiꝰ eoꝝ ad eos. Flebat igi
tur mat̄ eiꝰ irremediabilibꝰ lachrymis. atqꝫ di/
cebat. Heu me fili mi vt qd te misimus pegri/
nari. lumen oculoꝝ nostroꝝ. baculū senectut̄
nostre. solatiū vite nostre. spem posteritat̄ nre
Oia simul in te vno habētes: te nō debuimus
dimittere a nobis. Cui dicebat tobias. Tace ꝛ
noli turbari: sanus ē filius noster. satis fidelis
est vir ille cū quo misimus eum. Illa aūt nullo
mō cōsolari poterat: sed quotidie exiliēs circum
spiciebat. ꝛ circuibat vias oēs p q̄s spes remeā
di videbat̄ vt pcul videret eū. si fieri posset. ve
nientē. At vo raguel dicebat ad generꝝ suum
Mane hic ꝛ ego mittā nūciū salutis de te ad to
biā prem tuū. Cui tobias ait. Ego noui qꝛ pat
meꝰ ꝛ mr̄ mea mō dies cōputāt. ꝛ cruciat̄ spūs

.ru... ... ... ...ucios
.gē maritū regē familiā: gubernare domū
.ciṗam irrepħenſibilem exhibere. XI

C Umq₃ reuerterenť: ꝑuenerūt ad char/
ram q̄ eſt in medio itinere ꝯ niniuē vn/
decimo die. Dixitq₃ āgelus. Tobia fra
ter: ſcis quēadmodū reliqſti patrē tuum. Si
placet itaq₃ tibi ꝑcedamus: ⁊ lēto gradu īſequā
tur iter nr̄m familie ſimul cū cōiuge tua ⁊ cū aīa
libus. Cumq₃ hec placuiſſet vt irēt: dixit rapha
el ad tobiam. Tolle tecum ex felle piſcis: erit. n.
neceſſariū. Tulit itaq₃ tobias ex felle illo ⁊ abi/
erunt. Anna aūt ſedebat ſecus viā quotidie ī ſu
percilio montis: vnde reſpicere poterat de lon
ginquo. Et dū ex eodem loco ſpecularet aduē
tū eius: vidit a longe: ⁊ illico cognouit venien/
tē filiū ſuū: currēſq₃ nunciauit viro ſuo dicēs.
Ecce venit filius tu⁹. Dixitq₃ raphael ad tobiā
At vbi introieris domū tuā. ſtatī adora dn̄m deū
tuum: ⁊ grās agens ei: accede ad patrē tuū. et
oſculare eū. Statimq₃ lini ſuꝑ oculos eius ex fel
le iſto piſcis: qđ portas tecū. Scias. n. quoniā
mox aperient oculi eius. et videbit pr̄ tu⁹ lumē
celi: et in aſpectu tuo gaudebit. Tunc ꝑcucurrit
canis qui ſimul fuerat in via: et q̄ſi nuncius blā
dimento ſue caude gaudebat. Et exurgens ce/
cus pater: cepit offendens pedibus currere: et
data manu puero: occurrit in obuiam filio ſuo.
Et ſuſcipiens oſculatus eſt eū cum vxore ſua ⁊
ceperūt flere p̄ gaudio. Cumq₃ adoraſſent deū
⁊ grās egiſſent. ꝯſederunt. Tunc ſumēs tobias
de felle piſcis: liniuit oculos patri ſuo. Et ſuſti/
nuit q̄ſi dimidiam fere horam. ⁊ cepit albugo ex
oculis eius q̄ſi membrana oui egredi. Quam ap
prehendens tobias: traxit ab oculis eius: ſtatim
q₃ viſum recepit. Et glorificabant deum ipſe vi
delicet et vxor eius: et oēs qui ſciebant eum. Di
cebatq₃ tobias. Bn̄dico te dn̄e deus iſrael quia
tu caſtigaſti me. et tu ſaluaſti me. Et ecce ego vi
deo tobiam filium meū. Ingreſſa eſt etiā poſt
ſeptem dies ſara vxor filij eius. et omnis fami/
lia et pecora ſana. et cameli et pecunia multa vxo

tobias. dixit patri ſuo. Pater quam mercedē
dabimus ei: aut quid dignū poterit eſſe benefi
cijs eius. Me duxit ⁊ reduxit ſanū: pecuniam
a gabelo ipſe recepit: vxorem ipſe me habere fe/
cit. ⁊ demoniū ab ea ipſe cōpeſcuit. gaudiū parē
tibus eius fecit: meipm a deuoratiōe piſcis eri
puit. te q₃ videre fecit lumen celi. ⁊ bonis om/
nibus per eū repleti ſum⁹. Quid illi ad hec po
terimus dignū dare. Sed peto te pater mi. vt
roges eū ſi forte dignabit medietatē de oib⁹ q̄
allata ſūt ſibi aſſumere. Et vocātes eū pater. ſ.
⁊ filius. tulerūt in partē. ⁊ rogare ceperūt vt di
gnaret dimidiā partē oium que attulerāt: acce
ptā habere. Tūc dixit eis occulte. Benedicite
deū celi. ⁊ corā oib⁹ viuētibus cōfitemini ei: qr
fecit vobiſcū miſericordiā ſuā. Etenim ſacrm re/
gis abſcondere bonū ē. opa aūt dei reuelare ⁊
cōfiteri honorificum eſt. Bona ē oratio cū ieiu
nio. ⁊ elemoſyna magis q̄₃ theſauros auri re/
cōdere: qm̄ elemoſyna a morte liberat. ⁊ ipſa eſt
q̄ purgat pctā. ⁊ facit inuenire vitā eternā. Qui
aūt faciūt pctm̄ ⁊ iniquitatē: hoſtes ſūt aīe ſue.
Manifeſto ḡ vobis veritatē. ⁊ nō abſcōdā a
vobis occultū ſmonem. Qū orabas cū lacry/
mis ⁊ ſepeliebas mortuos. ⁊ derelinq̄bas prā
diū tuū. ⁊ mortuos abſcēdebas ꝑ diē in domo
tua ⁊ nocte ſepeliebas eos: ego obtuli orationē
tuā dn̄o. Et qr accept⁹ eras deo. neceſſe fuit vt
temptatio ꝓbaret te. Et nūc miſit me dn̄s vt cu
rarē te: ⁊ ſarā vxorem filij tui a demonio libera
rē. Ego enī ſū raphael angelus. vn⁹ ex ſeptē q
aſtam⁹ ante dn̄m. Cumq₃ hec audiſſent turbati
ſūt. ⁊ trementes ceciderūt ſuꝑ terrā ī faciē ſuam.
Dixitq₃ eis angel⁹. Pax vobis. Nolite time
re. Etenim cū eſſem vobiſcū: ꝑ voluntatē dei erā
videbar qdē vobiſcū manducare ⁊ bibere. ſed
ego cibo inuiſibili ⁊ potu qui ab hoib⁹ videri nō
pōt. vtor. Tēp⁹ eſt ḡ vt reuertar ad eū q me mi
ſit. vos aūt benedicite deū. ⁊ narrate oia mira
bilia eius: ipm benedicite ⁊ cātate ei. Et cū hec
dixiſſet ab aſpectu eox ablat⁹ ē. ⁊ vltra eū vide
re nō potuerūt. Tūc ꝓſtrati ꝑ horas tres in fa

ciem: benedixerũt deũ. Et exurgẽtes: narraue
rũt oĩa mirabilia eius. XIII
APeriẽs aũt tobias ſenior os ſuũ bene
dixit dñm. ⁊ dixit. Magnus es dñe in
eternũ. ⁊ ĩ oĩa ſecula regnũ tuum. qm̃
tu flagellas ⁊ ſaluas. ⁊ deducis ad inferos ⁊ re
ducis. ⁊ non eſt qui effugiat manũ tuã. Confi/
temini dño filij iſrael. ⁊ in cõſpectu gentiũ lau/
date eũ. qm̃ ideo diſpſit vos inter gẽtes q̃ igno
rant eũ: vt vos enarretis mirabilia eius. ⁊ faci
atis ſcire eos: qꝛ nõ ẽ alius de⁹ omnipotẽs pter
eũ. Ipſe caſtigauit nos ꝓpter iniqtates noſtraſ
⁊ ipſe ſaluabit nos ꝓpter miam ſuã. Aſpicite ḡ
q̃ fecit nobiſcũ. ⁊ cũ timore ⁊ tremore ꝯfitemini
illi: regẽq3 ſeculoꝝ exaltate in opib⁹ vřis. Ego
aũt in terra captiuitatis mee confitebor illi: qm̃
oſtẽdit maieſtatẽ ſuã in gentẽ peccatricẽ. Con
uertimini itaq3 pctõres. ⁊ facite iuſticiã corã do
mino credẽtes qꝛ faciat vobiſcum miam ſuam.
Ego aũt ⁊ aĩa mea in eo letabimur. Benedici
te dño oẽs electi ei⁹. agite dies leticie. ⁊ confite
mini illi. Irlm ciuitas dei: caſtigauit te dñs in
opibus manuũ tuaꝝ. Confitere dño in bonis
tuis. ⁊ benedic deũ ſeculoꝝ: vt reedificet ĩ te ta
bernaculũ ſuũ3. ⁊ reuocet ad te oẽs captiuos ⁊
gaudeas in oĩa ſecula ſeculoꝝ. Luce ſplẽdida
fulgebis. ⁊ oẽs fines terre adorabũt te. Natio
nes ex lõginquo ad te veniẽt. ⁊ munera deferẽ
tes adorabũt in te dñm. ⁊ terrã tuã in ſanctifica
tionẽ habebũt. Nomẽ eñi magnũ inuocabũt ĩ
te. Maledicti erũt q ꝯtẽpſerint te. ⁊ ꝯdẽnati
erũt oẽs q blaſſemauerint te: benedictiq3 erũt
q edificauerint te. Tu aũt letaberis in filijs tuiſ
qm̃ oẽs benedicẽt. ⁊ ꝯgregabunt ad dominũ.
Beati oẽs q diligũt te. ⁊ q gaudẽt ſup pace tua
Aĩa mea benedic dñm: qm̃ liberauit irlm ciui/
tatẽ ſuã a cũctis tribulationib⁹ ei⁹. Beat⁹ ero ſi
fuerint reliquie ſeminis mei ad vidẽdã clarita
tẽ irlm. Porte irlm ex ſapphyro ⁊ ſmaragdo
edificabunt. ⁊ ex lapide pcioſo oĩs circuit⁹ mu
roꝝ ei⁹. Ex lapide candido ⁊ mũdo oẽs platee
eius ſternent. ⁊ p vicos eius alla cãtabit. Be
nedictus dñs q exaltauit eã: vt ſit regnũ eius ĩ
ſecula ſeculoꝝ ſup eã. amẽ. XIIII
ET conſummati ſunt ſermones tobie. Et
poſtq3 illuminat⁹ eſt tobias vixit annis
quadragintaduobus. ⁊ vidit filios ne
potũ ſuoꝝ. Cõpletis itaq3 annis centũ duob⁹
ſepultus eſt honorifice in niniue. Quinquagi
ta naq3 ⁊ ſex annoꝝ lumen oculoꝝ amiſit: ſexa
genarius ꝟo recepit. Reliquũ ꝟo vite ſue in
gaudio fuit ⁊ cũ bono ꝓfectu timoris dei perexit
in pace. In hora aũt mortis ſue vocauit ad ſe to
biam filiũ ſuũ. ⁊ ſeptem iuuenes filios ſuos ne
potes. dixitq3 eis. Prope erit interitus niniue
Nõ eñi excidit verbũ dñi. ⁊ fratres nři q diſpſi
ſũt a terra iſrael. reuertẽt ad eã. Omis aũt deſer
ta terra ei⁹ replebit. ⁊ dom⁹ dei q̃ in ea incẽſa ẽ
iterũ reedificabit. ibiq3 reuertent oẽs timentes
deũ. Et relinquẽt gẽtes idola ſua. ⁊ venient in
irlm. ⁊ inhabitabũt in ea. ⁊ gaudebũt in ea oẽs
reges terre adorantes deũ iſrael. Audite ḡ filij
mei patrẽ veſtrũ. Seruite dño ĩ veritate. ⁊ in
quirite vt faciatis q̃ placita ſunt illi. Et filijs ve
ſtris mãdate vt faciant iuſticias ⁊ elemoſynas
vt ſint memores dei. ⁊ benedicãt eũ in oĩ tpe in
veritate ⁊ in tota virtute ſua. Nũc ḡ filij audite
me. ⁊ nolite manere h. Sed quacũq3 die ſepeli
eritis mřem veſtrã circa me in vno ſepulchro.
ex eo dirigite greſſus vřos vt exeatis hinc. Vi
deo eñi qꝛ iniqtas ei⁹ finẽ dabit ei. Factũ ẽ autẽ
poſt obitũ matris ſue tobias abſceſſit ex niniue
cũ vxore ſua ⁊ filijs ⁊ filioꝝ filijs. ⁊ reuerſus ẽ
ad ſoceros ſuos. Inuenitq3 eos incolumes: ĩ
ſenectute bona. ⁊ curã eoꝝ geſſit. Et ipſe clauſit
oculos eoꝝ. ⁊ oẽm hereditatẽ dom⁹ raguel ipſe
pcepit. viditq3 quintã generationẽ filios filioꝝ
ſuoꝝ. Et cõpletis annis nonaginta ⁊ nouem ĩ
timore dñi: cũ gaudio ſepelierũt eum. Omis aũt
cognatio eius. ⁊ oĩs generatio eius in bona vi
ta ⁊ in ſancta ꝯuerſatiõe pmanſit: ita vt accepti
⁊ conuerſus cōſolatus es me. Nam ⁊ ego con
fitebor tibi in vaſis pſalmi veritatē tuaȝ deus:
pſallā tibi in cithara ſanctus iſrahel. Exultabūt
labia mea cū cantauero tibi. ⁊ anima mea quaȝ
redemiſti. Sed ⁊ lingua mea tota die medita/
bitur iuſticiam tuā cū confuſi et reueriti fuerint
qui querunt mala mihi.

Pſ̄ dauid in ſalomonē. LXXI

Deus iudiciū tuū regi da. et iuſticiā tuā
filio regis. Iudicare populum tuū in
iuſticia. et pauperes tuos in iudicio. Su
ſcipiant montes pacē populo. et colles iuſticiā
Iudicabit pauperes populi. et ſaluos faciet fi/
lios pauperū. et humiliabit calūniatorē. Et ꝑ/
manebit cū ſole et ante lunam. in generatiōe et
generationē. Deſcendit ſicut pluuia in vellus
et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrā. Orietur i
diebus eius iuſticia et abundātia pacis. donec
auferatur luna. Et dominabit̄ a mari vſq̄ȝ ad
mare. et a flumine vſq̄ȝ ad terminos orbis ter
rarū. Coram illo ꝓcident ethiopes. et inimici
eius terrā lingent. Reges tharſis ⁊ inſule mū
nera offerent: reges arabum ⁊ ſaba dona ad/
ducent. Et adorabūt eū omnes reges: omnes
gentes ſeruient ei. Quia liberabit pauperem a
potente: ⁊ pauperē cui non erat adiutor. Par
cet pauperi ⁊ inopi. ⁊ animas pauperū ſaluas
faciet. Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet animas
eorum: ⁊ honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie: ⁊ adora/
bunt de ipſo ſemꝑ: tota die benedicent ei. Erit
firmamentū in terra in ſūmis montium: ſuper
extollet̄ ſuper libanū fructus eius: ⁊ florebunt
de ciuitate ſicut fenum terre. Sit nomen ei⁹ be
nedictum in ſecula ante ſolem permanet nomē
eius. Et benedicent̄ in ipſo omnes trib⁹ terre
omnes gentes magnificabūt eum. Benedict⁹
domin⁹ deus iſrahel: q facit mirabilia ſol⁹. Et
bn̄dictū nomē maieſtatis ei⁹ in eternū. ⁊ reple/
bitur maieſtate eius oīs terra: fiat fiat.

Pſ̄ aſaph. LXXII

Quam bon⁹ iſrahel deus: his qui recto
ſunt corde. Mei autem pene moti ſunt
pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſuper iniquos: pacem peccatoruȝ
videns. Quia non eſt reſpectus morti eorū: et
firmamentū in plaga eorum. In labore hoiuȝ
non ſunt. ⁊ cum hominibus non flagellabunt̄
Ideo tenuit eos ſuperbia operti ſunt iniquita/
te. ⁊ impietate ſua. Prodiit q̄ſi ex adipe iniq̄tas
eorū: tranſierūt in affectum cordis. Cogitaue/
runt ⁊ locuti ſunt nequitiā iniquitatē in excelſo
locuti ſunt. Poſuerūt in celū os ſuuȝ. ⁊ lingua
eorū tranſiuit in terra. Ideo conuertet̄ ꝑplus
meus hic: ⁊ dies pleni inuenient̄ in eis. Et di/
xerunt quō ſcit deus: ⁊ ſi eſt ſcientia in excelſo:
Ecce ipſi peccatores ⁊ abundantes in ſeclo ob/
tinuerūt diuitias. Et dixi. ergo ſine cā iuſtifica
ui cor meum: ⁊ laui inter innocentes manus
meas. Et fui flagellatus tota die: et caſtigatio
mea in matutinis. Si dicebam narrabo ſic: ec/
ce nationem filiorum tuorū reprobaui. Exiſti/
mabam vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me
Donec intrem in ſanctuariū dei: ⁊ intelligam
in nouiſſimis eorū. Verūtamen ꝓpter dolos
poſuiſti eis: deieciſti eos dū alleuarent̄. Quō
facti ſunt in deſolationē: ſubito defecerūt: perie
runt ꝓpter iniquitatē ſuam. Velut ſomnium
ſurgentiū: domine in ciuitate tua imaginē ipſo
rum ad nihilū rediges. Quia inflāmatū eſt cor
meū. ⁊ renes mei commutati ſunt: ⁊ ad nihilū re/
dactus ſum ⁊ neſciui. Vt iumentū factus ſum
apud te: ⁊ ego ſemper tecū. Tenuiſti manum

dexterā meā: ⁊ in voluntate tua deduxiſti me: ⁊
cū gloria ſuſcepiſti me. Quid enī mihi eſt in ce
lo. ⁊ a te quid volui ſuper terrā? Defecit caro
mea ⁊ cor meum: deus cordis mei ⁊ pars mea
deus in eternum. Quia ecce qui elongant ſe a
te peribūt: perdidiſti omnes qui fornicant̄ abs
te. Mihi aūt adherere deo bonū eſt: ponere in
domino deo ſpem meā. Vt annūciē omnes p̄/
dicationes tuas: in portis filie ſyon.

Eruditio aſaph pſ. LXXIII

Vt quid deꝰ repuliſti in finē: iratus eſt
furor tuus ſuper oues paſcue tue. Me
mor eſto ꝯgregationis tue: quā poſſedi
ſti ab initio. Redemiſti virgam hereditatis tue
mons ſyon in quo habitaſti in eo. Leua manꝰ
tuas in ſuperbias eoꝝ in finem: quanta mali/
gnatus eſt inimicꝰ in ſancto? Et gloriati ſūt qui
oderūt te: in medio ſolēnitatis tue. Poſuerunt
ſigna ſua ſigna ⁊ nō cognouerūt: ſicut in exitu
ſuper ſummū. Quaſi in ſilua lignoꝝ ſecuribꝰ ex
ciderunt ianuas eius i idipſum: i ſecuri et aſcia
deiecerunt eā. Incenderūt igni ſanctuariū tuū
in terra: polluerunt tabernaculū nominis tui.
Dixerūt in corde ſuo cognatio eoꝝ ſimul quie
ſcere faciamus omnes dies feſtos dei a terra.
Signa noſtra nō vidimꝰ: iam nō eſt propheta
⁊ nos non cognoſcet ampliꝰ. Vſq̄ꝫ q̄ deꝰ impro
perabit inimicus: irritat aduerſarius nomen
tuū in finē. Vt qd auertis manū tuā ⁊ dexterā
tuam: de medio ſinu tuo in finē? Deus aūt rex
noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in me/
dio terre. Tu cōfirmaſti in virtute tua mare cō
tribulaſti capita draconū in aquis. Tu confre/
giſti capita draconis dediſti eum eſcam popu/
lis ethiopum. Tu dirupiſti fontes ⁊ torrentes:
tu ſiccaſti fluuios ethan. Tuus eſt dies. et tua
eſt nox: tu fabricatus es auroram ⁊ ſolem. Tu
feciſti omnes terminos terre: eſtatem ⁊ ver tu
plaſmaſti ea. Memor eſto huius. inimicus im
properauit domino. ⁊ populus inſipiens inci/
tauit nomen tuum. Ne tradas beſtijs animas
confitentes tibi ⁊ animas pauperū tuorum ne
obliuiſcaris in finem. Reſpice in teſtamentum
tuum: quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre
domibus iniquitatū. Ne auertatur humilis fa
ctus confuſus. pauper ⁊ inops laudabunt no/
men tuum. Exurge deus iudica cauſam tuam
memor eſto improperioꝝ tuoꝝ que ab īſipiēte
ſunt tota die. Ne obliuiſcaris voces inimicorū
tuorum. ſuperbia eorum qui te oderunt aſcen/
dit ſemper. Victori non diſperdas pſ
cantici aſaph. LXXIIII

Confitebimur tibi deus: confitebimur
⁊ inuocabimus nomen tuum. Narra/
bimus mirabilia tua. cū accepero tem/
pus ego iuſticias iudicabo. Liquefacta eſt ter/
ra ⁊ oēs qui habitāt in ea. ego confirmaui colū
nas eius. Dixi iniquis nolite inīq̄ agere. ⁊ de
linquentibus nolite exaltare cornu. Nolite ex/
tollere in altū cornu veſtꝝ nolite loq aduerſus
deū iniquitatē. Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab
occidente neqꝫ a deſertis montibus qm̄ deꝰ iu/
dex eſt. Hūc humiliat ⁊ hūc exaltat. quia calix
in manu dn̄i vini meri plenus mixto. Et incli
nauit ex hoc in hoc. verūtamen fex eius non eſt
exinanita. bibēt omnes peccatores terre. Ego
aūt annūciabo in ſeculum. cantabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatorū cōfringam. et ex/
altabunt̄ cornua iuſti. Victori in carmi
nibus. pſ aſaph cantici. LXXV

Notus in iudea deus. in iſrael magnū
nomen eius. Et factus eſt in pace lo/
cus eius. ⁊ habitatio eius in ſyon. Ibi
confregit potentias arcū ſcutum gladiū ⁊ bel/
lum. Illuminans tu mirabiliter a montibus
eternis turbati ſunt oēs inſipiētes corde. Dor
mierūt ſomnū ſuum. ⁊ nihil inuenerūt oēs viri
diuitiarū in manibus ſuis. Ab increpatiōe tua
deus iacob. dormitauerūt q aſcenderūt equos.
Tu terribilis es et quis reſiſtet tibi: ex tunc
ira tua. De celo auditum feciſti iudicium. terra
tremuit ⁊ quieuit. Cum exurgeret in iudicium
deus. vt ſaluos faceret omnes māſuetos terre
Quoniam cogitatio hominis confitebitur ti/
bi. ⁊ reliquie cogitationis diem feſtum agent ti
bi. Vouete ⁊ reddite domino deo veſtro. om/
nes qui in circuitu eius affertis munera. Ter/
ribili ⁊ ei qui aufert ſpm̄ p̄ncipū. terribili apud
reges terre. Victori ſuper ydithun
pſ aſaph. LXXVI

Voce mea ad dominum clamaui. voce
mea ad deū ⁊ intendit mihi. In die tri
bulationis mee deū exquiſiui manibus
meis nocte contra eū. ⁊ non ſum deceptus. Re
nuit conſolari anima mea. memor fui dei ⁊ de/
lectatus ſū. ⁊ exercitatus ſū ⁊ defecit ſpūs meꝰ.
Anticipauerūt vigilias oculi mei. turbatus ſū
⁊ non ſum locutus. Cogitaui dies antiquos. ⁊
annos eternos in mente habui. Et meditatus
ſum nocte cum corde meo. ⁊ exercitabar ⁊ ſco/
pebam ſpm̄ meū. Nūqd in eternū, piiciet deus
aut non apponet. vt complacitior ſit adhuc.
Aut in finem miſericordiā ſuam abſcidet. a ge
neratione in generationem. Aut obliuiſcetur

miſereri deus: aut cõtinebit in ira ſua miſericoꝛ
dias ſuas. Et dixi nũc cepi hec mutatio dextere
excelſi. Memoꝛ fui operum domini: quia me
moꝛ ero ab initio mirabilium tuoꝝ. Et medita
boꝛ in oĩbus opibus tuis: ⁊ in adinuentionib⁹
tuis exercebor. Deus in ſancto via tua: quis de
us magnus ſicut deus noſter: tu es deus qui fa
cis mirabilia. Notam feciſti in populis virtutẽ
tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum
filios iacob ⁊ ioſeph. Viderunt te aque de⁹ vi
derunt te aque ⁊ timuerunt: ⁊ turbate ſũt abyſſi
Multitudo ſonitus aquarum vocem dederunt
nubes. Etenim ſagitte tue tranſeunt: vox toni
trui tui in rota. Illuxerunt coꝛuſcatiões tue oꝛ
bi terre. commota eſt ⁊ cõtremuit terra. In ma
ri via tua ⁊ ſemite tue i aquis multis: ⁊ veſtigia
tua non cognoſcentur. Deduxiſti ſicut oues po
pulum tuum: in manu moyſi ⁊ aaron.

Erudino aſaph. LXXVII

Attendite pple meus legẽ meam: incli
nate aurem veſtram in verba oꝛis mei.
Aperiam in parabolis os meum: loqr
ꝓpoſitiones ab initio. Quanta audiuimus et
cognouimus ea: ⁊ patres noſtri narrauerũt no
bis. Non ſunt occultata a filijs coꝛum: in gene
ratione altera. Narrantes laudes domini ⁊ vir
tutes eius: ⁊ mirabilia eius que fecit. Et ſuſcita
uit teſtimonium in iacob: ⁊ legem poſuit in iſra
el. Quanta mandauit patribus noſtris nota fa
cere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio altera.
Filij qui naſcent̄ ⁊ exurgent: ⁊ narrabunt filijs
ſuis. Vt ponant in deo ſpem ſuam: ⁊ non obli
uiſcant̄ operum dei: ⁊ mandata eius exquirant
Ne fiant ſicut patres coꝛum: generatio praua ⁊
exaſperans. Generatio que non direxit coꝛ ſuũ
⁊ non eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Filij
effrem intendentes ⁊ mittentes arcum: conuer
ſi ſunt in die belli. Non cuſtodierunt teſtamen
tum dei: ⁊ in lege eius noluerunt ambulare. Et
obliti ſunt benefactoꝛum eius: ⁊ mirabilium ei⁹
que oſtendit eis. Coꝛam patribus coꝛũ fecit mi
rabilia in terra egypti: in campo thaneos. In
terrupit mare ⁊ perduxit eos: ⁊ ſtatuit aquas q̃
ſi in vtre. Et deduxit eos ⁊ nube diei: ⁊ tota no
cte in illuminatione ignis. Interrupit petram
in heremo: ⁊ adaquauit eos velut in abyſſo mul
ta. Et eduxit aquam de petra: ⁊ eduxit tanquam
flumina aquas. Et appoſuerunt adhuc peccare
ei: in iram excitauerunt excelſum in aquoſo. Et
temptauerunt deũ in coꝛdibus ſuis: vt peterẽt
eſcas animabus ſuis. Et male locuti ſunt de deo
dixerunt nunquid poterit deus parare menſam
in deſerto. Quoniã percuſſit petram ⁊ fluxerũt
aque: ⁊ toꝛrentes inundauerũt. Nunquid ⁊ pa
nem poterit dare: aut poꝛtare menſam populo
ſuo. Ideo audiuit dominus ⁊ diſtulit: ⁊ ignis
accẽſus eſt in iacob: ⁊ ira aſcendit in iſrl̃. Quia
non crediderũt in deo: nec ſperauerunt in ſalu
tari eius. Et mandauit nubibus deſuper: ⁊ ia
nuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad mã
ducandum. ⁊ panem celi dedit eis. Panẽ an
geloꝛum manducauit homo: cibaria miſit eis i
abundantiam. Tranſtulit auſtrum de celo: ⁊ i
duxit in virtute ſua affricũ. Et pluit ſuper eos
ſicut puluerem carnes: ⁊ ſicut arenã maris vo
latilia pennata. Et ceciderunt in medio caſtro
rum coꝛum: circa tabernacula coꝛum. Et man
ducauerunt ⁊ ſaturati ſunt nimis: ⁊ deſideriũ
coꝛum attulit eis: non ſunt fraudati a deſiderio
ſuo. Adhuc eſce coꝛum erant in oꝛe ipſoꝝ: ⁊ ira
dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eoꝝ
⁊ electos iſrael impediuit. In omnib⁹ his pec
cauerunt adhuc: ⁊ non crediderunt in mirabili
bus eius. Et defecerunt in vanitate dies eoꝝ:
⁊ anni eoꝛum cum feſtinatione. Cũ occideret
eos querebant eum: ⁊ reuertebantur ⁊ dilucu
lo veniebant ad eum. Et rememoꝛati ſunt quia
deus adiutoꝛ eſt coꝛum: ⁊ deus excelſus redẽ
ptoꝛ eoꝛum eſt. Et dilexerunt eum in oꝛe ſuo: ⁊
lingua ſua mentiti ſunt ei. Coꝛ autem eoꝝ non
erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in te
ſtamento eius. Ipſe autem eſt miſericoꝛs ⁊ pro
pitius fiet peccatis eoꝛum: ⁊ non diſperdet eos
Et abundauit vt auerteret iram ſuam: ⁊ nõ ac
cendit omnem iram ſuã. Et recoꝛdatus eſt qa
caro ſunt: ſpirit⁹ vadens ⁊ non rediens Quo
tiens exacerbauerunt eum in deſerto: in iram
concitauerunt eum in inaquoſo. Et conuerſi
ſunt ⁊ temptauerunt deum: ⁊ ſanctum iſrael ex
acerbauerunt. Non ſunt recoꝛdati manus ei⁹
die qua redemit eos de manu tribulantis. Si
cut poſuit in egypto ſigna ſua. ⁊ prodigia ſua i
campo thaneos. Et conuertit in ſanguinẽ flu
mina eoꝛum: ⁊ ymbꝛes eoꝛum ne biberent.
Miſit in eos cynomiam ⁊ comedit eos. ⁊ ra
nam ⁊ diſperdidit eos. Et dedit erugini fru
ctus eoꝛum: ⁊ laboꝛes eoꝛũ locuſte. Et occidit
in grandine vineas eoꝛum. ⁊ moꝛos eoꝛum in
pꝛuina. Et tradidit grandini iumenta eoꝛum.
⁊ poſſeſſiones eoꝛum igni. Miſit in eos irã in
dignationis ſue. indignationẽ ⁊ iram ⁊ tribu
lationem: immiſſiones per angelos malos. Vi
am fecit ſemite ire ſue. nõ pepercit a moꝛte aia
rũ eoꝝ. ⁊ iumenta eoꝛum in moꝛte cõcluſit. Et

percuſſit oē ꝓmogenitū in terra egypti: primi-
tias oīs laboris coꝝ in tabernaculis cham. Et
abſtulit ſicut oues pplm ſuū: ⁊ perduxit eos tā
q̃ gregē in deſerto. ⁊ deduxit eos in ſpe ⁊ non
timuerūt: ⁊ inimicos eoꝝ operuit mare. Et in
duxit eos in montē ſanctificationis ſue: montē
quē acquiſiuit dextera eiꝰ. Et eiecit a facie eoꝝ
gentes: ⁊ ſorte diuiſit eis terram in funiculo di
ſtributionis. Et habitare fecit in tabernaculis
eoꝝ tribꝰ iſrahel. Et temptauerūt ⁊ exacerba
uerunt deū excelſum: ⁊ teſtimonia eius non cu
ſtodierūt. Et auerterūt ſe ⁊ non ſeruauerūt pa
ctum quemadmodū patres eoꝝ conuerſi ſunt
in arcum prauū. In iram concitauerunt eū in
collibus ſuis: ⁊ in ſculptilibꝰ ſuis ad emulatio-
nē eum prouocauerūt. Audiuit deus ⁊ ſpreuit
⁊ ad nihilū redegit valde iſrahel Et repulit ta-
bernaculū ſylo: tabernaculū ſuum vbi habita-
uit in hominibꝰ. Et tradidit in captiuitatē vir-
tutem eoꝝ: ⁊ pulchritudinē eoꝝ in manus ini-
mici. Et concluſit in gladio pplm ſuū: ⁊ heredi
tatem ſuā ſpreuit. Iuuenes eoꝝ comedit ignis
⁊ virgines eorum non ſunt lamentate. Sacer-
dotes eorum in gladio ceciderūt: ⁊ vidue eoꝝ
non plorabant. Et excitatꝰ eſt tanq̃ dormiens
dominꝰ: tanq̃ potēs crapulatus a vino. Et ꝑ-
cuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium
ſempiternū dedit illis. Et repulit tabernaculū
ioſeph: ⁊ tribum effrem non elegit Sed elegit
tribum iuda: montē ſyon quē dilexit. Et edifi-
cauit ſicut vnicornis ſanctificiū ſuum: in terra
quam fundauit in ſecula. Et elegit dauid ſeruū
ſuum: ⁊ ſuſtulit eum de gregibꝰ ouium: de poſt
fetantes accepit eum. Paſcere iacob ſeruū ſuū
⁊ iſrahel hereditatē ſuam. Et pauit eos in ino-
centia cordis ſui: ⁊ ī intellectibus manuū ſuarū
deduxit eos. ¶ Cāticū aſaph. LXXVIII

Deus venerunt gentes in hereditatem
tuam: polluerūt templū ſanctum tuū:
poſuerūt hieruſalē ī pomoꝝ cuſtodiam.
Poſuerūt morticina ſeruoꝝ tuorum eſcas vo
latilibus celi: carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs tre.
Effuderunt ſanguinem ipſoꝝ tanq̃ aquam in
circuitu hieruſalē: ⁊ non erat qui ſepeliret. Fa-
cti ſumꝰ opprobriū vicinis noſtris: ſubſanna-
tio ⁊ illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Vſ
q̃quo domine iraſceris in finem: ⁊ accendetur
velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in
gentes que te non nouerūt: ⁊ in regna que no
men tuū non inuocauerūt. Qui comederūt ia-
cob: ⁊ locum eiꝰ deſolauerūt. Ne memineris
iniquitatū noſtraꝝ antiquarū: cito anticipēt nos
miſericordie tue: q2 pauperes facti ſumꝰ nimis
Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter glo-
riam noīs tui dn̄e libera nos. Et propitiꝰ eſto
peccatis noſtris ꝓpter nomen tuū: ne forte di-
cant in gentibꝰ. vbi eſt deꝰ eoꝝ. Et innoteſcāt
in nationibꝰ: corā oculis noſtris Vltio ſangui
nis ſeruoꝝ ſuoꝝ qui effuſus eſt: introeat in cō
ſpectu tuo gemitus cōpeditoꝝ. Scdm magni-
tudinē brachij tui: poſſide filios mortificatoꝝ
Et redde vicinis nr̄is ſeptuplū in ſinu eorum
improperiū ipſoꝝ qđ exprobrauerunt tibi dn̄e.
Nos aūt ppl̄s tuꝰ ⁊ oues paſcue tue: confitebi-
mur tibi in ſeculū In generationē ⁊ generatio
nē: annūciabimꝰ laudē tuā.

¶ Ad victoriam ſuper lilia teſtiomonium
aſaph. pſ. LXXIX

Qui regis iſrahel intēde: q deducis ve
lut ouē ioſeph. Qui ſedes ſuper cheru
bin manifeſtare: coram effraim benia-
min ⁊ manaſſe. Excita potentiam tuam ⁊ veni
vt ſaluos facias nos Deus ꝯuerte nos: et oſtē
de faciē tuā ⁊ ſalui erimus: Dn̄e deꝰ virtutum
quouſq̃ iraſceris ſuper orationē ſerui tui: Ci-
babis nos pane lachrymarū: ⁊ potū dabis no
bis ī lachrymis in menſura Poſuiſti nos in cō
tradictionem vicinis noſtris: et inimici noſtri
ſubſannauerunt nos. Deus virtutum conuer
te nos: ⁊ oſtende faciē tuā ⁊ ſalui erimus. Vi
neam de egypto tranſtuliſti: eieciſti gentes et
plantaſti eam. Dux itineris fuiſti in conſpectu
eius ⁊ plantaſti radices eius ⁊ impleuit terram
Operuit montes vmbra eiꝰ: ⁊ arbuſta eius ce
dros dei. Extēdit palmites ſuos vſq̃ ad mare
⁊ vſq̃ ad flumē propagines eius vt quid deſtru-
xiſti maceriā eius. ⁊ vindemiant eam omnes q
pretergrediunt viam. Exterminauit eā aper d
ſilua: ⁊ ſingularis ferus depaſtꝰ eſt eam. Deꝰ
virtutum conuertere: reſpice de celo et vide et
viſita vineā iſtā. Et perfice eam quā plantauit
dextera tua. ⁊ ſup filium hoīs quem ꝯfirmaſti
tibi. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa: ab increpatione
vultus tui peribūt. Fiat manus tua ſuper viꝝ
dextere tue: ⁊ ſup filiū hoīs quē ꝯfirmaſti tibi.
Et non diſcedimus a te: viuificabis nos ⁊ no
men tuū inuocabimꝰ. Dn̄e deꝰ virtutū conuerte
nos. et oſtende faciē tuā et ſalui erimꝰ. ¶ Vi
ctori in torcularibꝰ aſaph. pſ. LXXX

Exultate deo adiutori noſtro: iubilate
deo iacob. Sumite pſalmū ⁊ date tym
panū: pſalterium iocundum cum citha
ra Buccinate in neomenia tuba: in inſigni die
ſolēnitatis veſtre. Quia preceptum in iſrael ē

⁊ iudiciũ deo iacob. Teſtimoniũ in ioſeph po/
ſuit illud: cum exiret de terra egypti: linguam
quaꝫ non nouerat audiuit. Diuertit ab oneri/
bus doꝛſum eiꝰ: manus eiꝰ in cophino ſeruie/
runt In tribulatione inuocaſti me ⁊ liberaui te
exaudiuit te in abſcondito tempeſtatis probaui
te apud aquã contradictionis. Audi ppl'S meꝰ
⁊ conteſtaboꝛ te: iſrabel ſi audieris me non erit
in te deus recens: neqꝫ adoꝛabis deũ alienum
Ego enim ſũ dominꝰ deus tuꝰ qui eduxi te de
terra egypti: dilata os tuũ ⁊ implebo illud. Et
non audiuit ppl'S meꝰ vocem meam: et iſrabel
non intendit mihi. Et dimiſi eos ſcdm deſide/
ria coꝛdis coꝝ: ibũt in adinuentionibꝰ ſuis Si
populꝰ meꝰ audiſſet me: iſrabel ſi in vijs meis
ambulaſſet. Pro nihilo foꝛſitan inimicos coꝝ
humiliaſſem: ⁊ ſuper tribulantes eos miſiſſem
manũ meam. Inimici domini mẽtiti ſunt ei. ⁊
erit tempus eoꝛum in ſecula. Et cibauit illos ex
adipe frumenti ⁊ de petra melle ſaturauit eos.
¶ ps aſaph. LXXXI

DEus ſtetit in ſynagoga deoꝛum. in me
dio autem deos diiudicat. Vſqꝫquo iu
dicatis iniquitatem. ⁊ facies peccatorũ
ſumitis: Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilem
⁊ pauperem iuſtificate. Eripe pauperem ⁊ ege
num de manu peccatoꝛis liberate. Neſcierunt
neqꝫ intellexerunt in tenebꝛis ambulant. mo/
uebuntur omnia fundamenta terre. Ego dixi
dij eſtis ⁊ filij excelſi omnes. Vos autem ſicut
homines moꝛiemini. ⁊ ſicut vnus de pꝛincipi/
bus cadetis. Surge deus iudica terram. quo/
niam tu hereditabis in omnibus gentibus.
¶ Canticũ pſalmi aſaph. LXXXII

DEus quis ſimilis erit tibi: ne taceas ne
qꝫ conpeſcaris deus. Quoniã ecce ini
mici tui ſonuerũt. ⁊ qui oderunt te extu
lerunt caput. Super populũ tuum malignaue
runt conſiliũ ⁊ cogitauerunt aduerſus ſanctos
tuos. Dixerunt venite ⁊ diſperdamus eos de
gente. ⁊ non memoꝛetur nomen iſrahel vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: ſimul ad
uerſum te teſtamentũ diſpoſuerũt tabernacula
idumeoꝛuꝫ ⁊ iſmahelite: Moab ⁊ aggareni ge
bal ⁊ ammon ⁊ amalech: alienigene cum habi/
tantibus tyrum. Etenim aſſur venit cum illis
facti ſunt in adiutoꝛium filijs loth. Fac illis ſicͣ
madian ⁊ ſyſare: ſicut iabin in toꝛrente cyſon.
Diſperierunt in endoꝛ: facti ſunt vt ſtercus ter
re. Pone pꝛincipes eoꝛum ſicut oꝛeb ⁊ zeb. et
zebee ⁊ ſalmana: Omnes pꝛincipes eoꝝ. qui
dixerunt hereditate poſſideamus ſanctuarium
dei. Deus meus pone illos vt rotam. ⁊ ſicut
ſtipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui
comburit ſiluam: ⁊ ſicut flamma comburens
montes. Ita perſequeris illos in tempeſtate
tua. ⁊ in ira tua turbabis eos. Imple facies eo
rum ignominia. ⁊ querent nomen tuum domi
ne. Erubeſcant ⁊ conturbentur in ſeculum ſe/
culi. ⁊ confundant et pereant. Et cognoſcãt qꝛ
nomen tibi dominus: tu ſolus altiſſimus in oĩ
terra. ¶ Ad victoꝛiam pro toꝛcularibꝰ
filijs choꝛe ps. LXXXIII

QVam dilecta tabernacula tua domine
virtutuꝫ: cõcupiſcit ⁊ deficit anima mea
in atrio domini. Coꝛ meuꝫ ⁊ caro mea
exultauerunt in deum viuũ. Etenim paſſer in
uenit ſibi domũ ⁊ turtur nidũ vbi ponat pullos
ſuos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus ⁊ deꝰ
meus. Beati qui habitant in domo tua domi/
ne: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Beatꝰ vir
cuius eſt auxiliũ abs te: aſcenſiones in coꝛde ſuo
diſpoſuit in valle lachꝛimaꝝ: in loco quem po/
ſuit. Eteni bñdictionẽ dabit legiſlatoꝛ: ibũt de
virtute in virtutem: videbit deus deoꝝ in ſyõ.
Domine deus virtutũ exaudi oꝛationẽ meam
auribꝰ percipe deꝰ iacob Protectoꝛ noſter aſpi
ce deus. ⁊ reſpice in faciem chꝛiſti tui Quia me
lioꝛ eſt dies vna in atrijs tuis: ſup milia. Ele/
gi abiectꝰ eſſe in domo dei mei magis qꝫ habi/
tare in tabernaculis peccatoꝝ. Quia miſericoꝛ
diam ⁊ veritatẽ diligit deus: gratiam ⁊ gloꝛiaꝫ
dabit dominꝰ. Non priuabit bonis eos q ambu/
bulant innocentia: domine virtutuꝫ beatꝰ ho/
mo qui ſperat in te. ¶ Victoꝛum filioꝝ
choꝛe canticũ. LXXXIIII

BEnedixiſti domine terrã tuam: auerti/
ſti captiuitateꝫ iacob. Remiſiſti iniqui
tatem plebis tui operuiſti omnia pecca
ta eoꝝ. Mitigaſti omneꝫ iram tuam: auertiſti
ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus
ſalutaris noſter. ⁊ auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternũ iraſceris nobis: aut exten
des iram tuam a generatione in generationẽ:
Deus tu conuerſus viuificabis nos. et plebs
tua letabit in te. Oſtende nobis domine miſe/
ricoꝛdiã tuã: ⁊ ſalutare tuũ da nobis. Audiam
quid loquat in me dominꝰ deꝰ: quoniã loquet
pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos
⁊ in eos qui cõuertũt ad coꝛ. Verũtamen pꝛo
pe timentes eũ ſalutare ipſius vt inhabitet glo
ria in terra noſtra. Miſericoꝛdia ⁊ veritas ob
uiauerunt ſibi: iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Ve
ritas de terra oꝛta eſt: ⁊ iuſticia de celo pſpexit

Etenim dominus dabit benignitatem ⁊ terra
noſtra dabit fructum ſuū. Juſticia ante eū am/
bulabit. ⁊ ponet in via greſſus ſuos.

Oratio dauid. LXXXV

Inclina dn̄e aurē tuā ⁊ exaudi me: qm̄
inops ⁊ pauper ſum ego: Cuſtodi ani
mam meā quoniā ſanctus ſum: ſaluū
fac ſeruū tuū deus meus ſperantē in te. Miſerere
mei domine quoniam ad te clamaui tota die le/
tifica animā ſerui tui quoniā ad te dn̄e animam
meā leuaui. Quoniam tu domine ſuauis ⁊ mi
tis: ⁊ multe miſericordie omnibus inuocantibus
te. Auribus percipe dn̄e orationē meā. ⁊ inten
de voci deprecationis mee. In die tribulatio/
nis mee clamaui ad te: quia exaudiſti me. Nō
eſt ſimilis tui in dijs domine. ⁊ nō ē ſm̄ opera
tua. Omnes gētes quaſcunq; feciſti venient ⁊
adorabūt coram te dn̄e glorificabūt nomen tuū
Qm̄ magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es
deus ſolus. Deduc me domine in via tua: ⁊ in
grediar in veritate tua: letetur cor meum vt ti/
meat nomen tuū. Confitebor tibi domine deus
meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomē tuū
in eternum. Quia miſericordia tua magna eſt
ſuper me: ⁊ eruiſti animā meā ex inferno infe
riori. Deus iniqui inſurrexerūt ſuper me: ⁊ ſy
nagoga potentiū queſierūt animā meam: ⁊ nō
propoſuerūt te in conſpectu ſuo. Et tu domine
deus miſerator ⁊ miſericors: patiens ⁊ multe
miſericordie ⁊ verax. Reſpice in me ⁊ miſere/
re mei: da imperiū tuū puero tuo. ⁊ ſaluum fac
filiū ancille tue. Fac mecū ſignū in bonum vt
videant qui oderūt me ⁊ cōfundant̄: qm̄ tu do
mine adiuuiſti me ⁊ cōſolatus es me.

Filiorum chore cantici. ps. LXXXVI

Fundamenta eius in montibus ſanctis.
diligit dominus portas ſyon ſuper oia
tabernacula iacob. Glorioſa dicta ſunt
de te: ciuitas dei. Memor ero raab ⁊ babylo/
nis ſcientiū me. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ po/
pulus ethiopum: hi fuerūt illic. Nunquid ſyō
dicet homo. ⁊ homo natus ē in ea: ⁊ ipſe fun/
dauit eā altiſſimus. Dominus narrabit in ſcri
pturis populorum. ⁊ principum horum q fue/
runt in ea. Sicut letantium omniū habitatio eſt
in te. Canticum pſalmi filijs chore
in fine pro maleth ad reſpōdendū intellectus
heman ezraite. LXXXVII

Domine deus ſalutis mee: in die cla/
maui ⁊ nocte coram te. Intret in con/
ſpectu tuo oratio mea: inclina aurem
tuam ad precem meam. Quia repleta eſt ma/
lis aīa mea. ⁊ vita mea inferno appropinquit.
Eſtimatus ſū cū deſcendentibus in lacū. factus
ſū ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos li/
ber. Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris
quorum non es memor amplius. ⁊ ipſi de manu
tua repulſi ſunt. Poſuerūt me in lacu inferio/
ri. in tenebroſis ⁊ in vmbra mortis. Sup me
cōfirmatus eſt furor tuus. ⁊ omnes fluctus tu/
os induxiſti ſuper me. Longe feciſti notos me
os a me poſuerunt me abhominationem ſibi.
Traditus ſum ⁊ non egrediebar. oculi mei lā
guerūt pre inopia. Clamaui ad te domine tota
die expandi ad te manus meas. Nunqd mor/
tuis facies mirabilia. aut medici ſuſcitabunt et
confitebunt̄ tibi: Nunqd narrabit aliquis in
ſepulchro miſericordiā tuā. ⁊ veritatē tuam in
pditionē. Nūqd cognoſcent̄ in tenebris mira
bilia tua. ⁊ iuſticia tua in terra obliuionis. Et
ego ad te domine clamaui. ⁊ mane oratio mea
preueniet te. Vt quid dn̄e repellis orationem
meā. auertis faciē tuā a me. Pauper ſū ego et
in laboribus a iuuentute mea. exaltatus autem
humiliatus ſum ⁊ conturbatus. In me tranſi
erūt ire tue. ⁊ terrores tui conturbauerunt me.
Circūdederūt me ſicut aqua tota die. cir cūdede
rūt me ſimul. Elongaſti a me amicū ⁊ proximū.
⁊ notos meos a miſeria. Erudirio ethā
ezraite. LXXXVIII

Miſericordias dn̄i. in eternum cantabo.
In generationē ⁊ generationē. annun
ciabo veritatem tuam in ore meo. Qm̄
dixiſti in eternum miſericordia edificabitur in
celis. preparabitur veritas tua ī eis. Diſpoſui
teſtamentum electis meis. iuraui dauid ſeruo
meo vſq; in eternum preparabo ſemen tuū. Et
edificabo in generatione ⁊ generationem ſedē
tuam. Confitebuntur celi mirabilia tua domi/
ne. etenim veritatē tuam in eccleſia ſanctorum.
Qm̄ qs in nubibus equabit̄ dn̄o. ſilis erit deo
in filijs dei. Deus q glorificabit̄ in conſilio ſcō
rū magnus ⁊ terribilis ſup oēs qui in circuitu
eius ſunt. Dn̄e deus virtutū quis ſimilis tibi.
potens es domine ⁊ veritas tua in circuitu tuo
Tu dn̄aris poteſtati maris. motū aūt fluctuum
eius tu mitigas. Tu humiliaſti ſicut vulneratū
ſuperbū. in brachio virtutis tue diſperſiſti ini
micos tuos. Tui ſunt celi ⁊ tua eſt terra. orbē
terre ⁊ plenitudinem eius tu fundaſti. aquilo/
nem ⁊ mare tu creaſti. Thabor ⁊ hermon ī no
mine tuo exultabūt. tuū brachiū cum potentia.
Firmet̄ manus tua ⁊ exaltet̄ dextera tua. iuſti/
cia ⁊ iudiciū preparatio ſedis tue. Miſericor

dia ⁊ veritas precedēt faciē tuam: beatꝰ pplus
qui ſcit iubilationē. Domine in lumine vultus
tui ambulabūt. ⁊ in nomine tuo exultabūt tota
die ⁊ in iuſticia tua exaltabunť. Quoniā gloria
virtutis eoꝝ tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabi
tur cornu noſtꝝ. Quia dñi eſt aſſūptio noſtra.
⁊ ſancti iſrael regis nři. Tūc locutꝰ es in viſio/
ne ſanctis tuis. ⁊ dixiſti: poſui adiutoriū in po/
tente. ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Inueni
dauid ſuū meū: oleo ſancto meo vnxi eū. Ma
nus enī mea auxiliabiť ei ⁊ brachiū meū confir
mabit eū. Nihil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius
iniquitatis non apponet nocere ei. Et cōcidam
a facie ipſiꝰ inimicos eius: ⁊ odiētes eū in fugā
cōuertā. Et veritas mea ⁊ miſericordia mea cū
ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabiť cornu eius. Et
ponā in mari manū eiꝰ. ⁊ in fluminibꝰ dexterā
eiꝰ. Ipſe inuocabit me pater meus es tu: deus
meus ⁊ ſuſceptor ſalutis mee. Et ego primoge
nitū ponam illū: excelſum pre regibꝰ terre. In
eternū ſeruabo illi miſericordiā meā: ⁊ teſtamē
tū meū fidele ipſi. Et ponam in ſeculū ſeculi ſe/
men eiꝰ: ⁊ thronū eius ſicut dies celi. Si autē
dereliquerint filij eius legem meā: ⁊ in iudi/
cijs meis nō ambulauerint. Si iuſticias meas
ꝓphanauerint. ⁊ mandata mea nō cuſtodierint
Viſitabo in virga iniquitates eoꝝ: ⁊ in verbe
ribus peccata eoꝝ. Miſericordiā aūt meā non
diſpergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea
Neqꝫ prophanabo teſtamentū meū. ⁊ que pro
cedunt de labijs meis non faciā irrita. Semel
iuraui in ſancto meo ſi dauid mentiar: ſemen
eius in eternum manebit. Et thronus eius ſicͭ
ſol in cōſpectu meo. ⁊ ſicut luna perfecta in eter
num. ⁊ teſtis in celo fidelis. Tu vero repuliſti
⁊ deſpexiſti: diſtuliſti chriſtū tuū. Auertiſti te/
ſtamentū ſerui tui prophanaſti in terra ſanctua
riū eius. Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſui
ſti fines firmamentū eius formidinē. Diripue
runt eum omnes tranſeūtes viam: factꝰ eſt op/
probriū vicinis ſuis. Exaltaſti dexterā deprimē
tiū eum: letificaſti omnes inimicos eiꝰ. Auertiſti
adiutoriū gladij eius: ⁊ non es auxiliatus ei
in bello. Deſtruxiſti eū ab emundatione: ⁊ ſe/
dem eius in terra colliſiſti. Minoraſti dies tē
poris eiꝰ: perfudiſti eū confuſione. Vſqꝫ quo do
mine auertis in finē: exardeſcet ſicut ignis ira
tua. Memorare que mea ſubſtantia: nunquid
enim vane conſtituiſti omnes filios hominū.
Quis eſt homo qui viuet ⁊ non videbit mortē:
eruet aīam ſuam de manu inferi. Vbi ſunt miſe
ricordie tue antique dñe: ſicut iuraſti dauid in veritate tua.

Memor eſto dñe opprobrij ſeruorum tuorum
qđ continui in ſinu meo multaꝝ gentiū. Quod
exprobrauerūt inimici tui dñe qđ exprobrauerūt
cōmutationē chriſti tui. Benedictꝰ dñs in eter
nū: fiat fiat. ¶ Oratio moyſi hominis dei.

DOmine refugium LXXXIX
factus es nobis: a generatione in gene
rationem. Priuſqꝫ montes fierent aut
formareť terra ⁊ orbis a ſeculo ⁊ in ſeculum tu
es deus. Ne auertas hominē in humilitatē: ⁊
dixiſti conuertimini filij hominū. Quoniā mil
le anni ante oculos tuos: tanqꝫ dies heſterna q̄
preterijt. Et cuſtodia in nocte: que ꝓ nihilo ha
beunť eoꝝ anni erūt. Mane ſicut herba tran/
ſeat: mane floreat ⁊ tranſeat. veſpere decidat in
duret et areſcat. Quia defecimus in ira tua:
⁊ in furore tuo turbati ſumus. Poſuiſti ini/
quitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculū noſtꝝ
in illuminatione vultus tui Quoniam omnes
dies noſtri defecerunt: ⁊ in ira tua defecimus.
Anni noſtri ſicut aranea meditabunť: dies an/
noꝝ noſtroꝝ in ipſis ſeptuaginta anni. Si aūt
in potentatibꝰ octoginta anni: ⁊ amplius eoꝝ
labor ⁊ dolor. Qm̄ ſuperuenit manſuetudo: ⁊
corripiemur. Quis nouit poteſtatē ire tue: ⁊ p̄
timore tuo iram tuā dinumerare: Dexterā tuā
ſic notā fac. ⁊ eruditos corde in ſapiētia. Con/
uertere dñe vſqꝫ q̄ ⁊ deꝓcabilis eſto ſup ſeruos
tuos. Repleti ſumꝰ mane miſericordia tua ex/
ultauimus ⁊ delectati ſumꝰ in omnibꝰ diebꝰ no
ſtris. Letati ſumꝰ pro diebus quibꝰ nos humi
liaſti: annis quibus vidimꝰ mala. Reſpice in
ſeruos tuos ⁊ in opa tua: ⁊ dirige filios eorum
Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos: ⁊
opa manuū noſtraꝝ dirige ſup nos: ⁊ opꝰ ma/
nuū noſtraꝝ dirige. ps. LXXXX

QUi habitat in adiutorio altiſſimi: in ꝓ/
tectione dei celi cōmorabiť. Dicet dño
ſuſceptor meꝰ es tu ⁊ refugiū meū deus
meus ſperabo in eū. Quoniā ipſe liberauit me
de laqueo venantiū: ⁊ a verbo aſpero. Scapu
lis ſuis obumbrabit tibi. ⁊ ſub pennis eius
ſperabis. Scuto circūdabit te veritas eius nō
timebis a timore nocturno. A ſagitta volante
in die a negocio perambulante in tenebris: ab
incurſu ⁊ demonio meridiano. Cadent a late/
re tuo mille. ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te
autē non appropinquabit. Verūtamen oculis
tuis conſiderabis. ⁊ retributionem peccatorū
videbis. Quoniā tu es domine ſpes mea: al/
tiſſimū poſuiſti refugiū tuū. Non accedet ad te
malum. ⁊ flagellū nō appropinquabit taberna/

culo tuo. Quō angelis ſuis mandauit de te. vt
cuſtodiāt te in omnibus vijs tuis. In manibꝰ
portabūt te: ne forte offendas ad lapidē pedē
tuum. Super aſpidem ⁊ baſilicū ambulabis:
⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. Quoniam
in me ſperauit liberabo eū: ꝓtegam eū quoniā
cognouit nomē meum. Clamauit ad me ⁊ ego
exaudiā eū: cū ipſo ſum in tribulatione: eripiam
eū ⁊ glorificabo eū. Lōgitudine dierū replebo
eū: ⁊ oſtēdā illi ſalutare meū.

¶ Pſalmus cātici in die ſabbati. LXXXXI

Bonū eſt confiteri dn̄o: ⁊ pſallere nomi
ni tuo altiſſime. Ad annūciandū mane
miſericordiā tuā. ⁊ veritatē tuā per
noctē. In decachordo pſalterio: cū cantico i ci
thara. Quia delectaſti me dn̄e in factura tua: ⁊
in operibus manuū tuaꝝ exultabo. Quā magni
ficata ſunt opera tua domine: nimis ꝓfunde fa
cte ſunt cogitatiōes tue. Vir inſipiens non co
gnoſcet. ⁊ ſtultus non intelliget hec. Cum ex
orti fuerint peccatores ſicut fenum. ⁊ apparue
rint omnes qui operantur iniquitatem. Vt in
tereant in ſeculū ſeculi: tu aūt altiſſimus in eter
nū domine. Quoniā ecce inimici tui dn̄e quo
niam ecce inimici tui peribūt. ⁊ diſpergent om
nes qui operant iniquitatē. Et exaltabit ſicut
vnicornis cornu meū. ⁊ ſenectus mea in miſeri
cordia vberi. Et deſpexit oculus meꝰ inimicos
meos: ⁊ inſurgentibus in me malignātibꝰ au
diet auris mea. Iuſtus vt palma florebit: ſicut
cedrus libani multiplicabit. Plantati i domo
dn̄i: in atrijs domus dei nr̄i florebunt. Adhuc
multiplicabunt in ſenecta vberi. ⁊ bene patien
tes erūt vt annūcient. Quō rectus dn̄s deꝰ no
ſter: ⁊ nō ē iniqtas in eo.

¶ Laus cantici in die ante ſabbatū quando fū
data eſt terra. LXXXXII

Dominus regnauit decorē indutus eſt
indutus eſt dn̄s fortitudinē ⁊ precinxit
ſe. Etenim firmauit orbem terre q non
cōmouebit. Parata ſedes tua ex tunc: a ſeculo
tu es. Eleuauerūt flumina domine: eleuauerūt
flumina vocem ſuam. Eleuauerūt flumina flu
ctus ſuos: a vocibus aquaꝝ multaꝝ. Mirabi
les elationes maris: mirabilis in altis dominꝰ
Teſtimonia tua credibilia facta ſūt nimis: do
mū tuam decet ſanctitudo domine in lōgitudi
ne dieꝝ. ¶ Pſalmus. LXXXXIII

Deus vltionū dominus: deus vltionum
libere egit. Exaltare qui iudicas terrā
redde retributionem ſuperbis. Vſqꝫ quo
peccatores dn̄e: vſqꝫ quo peccatores gloriabun
tur. Effabūtur ⁊ loquentur iniquitatem: loquē
tur omnes qui operantur iniuſticiam. Popu
lū tuū domine humiliauerunt. ⁊ hereditatem tu
am vexauerunt. Viduā ⁊ aduenā interfecerūt
⁊ pupillos occiderunt. Et dixerūt non videbit
dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligi
te inſipientes in populo: ⁊ ſtulti aliquando ſa
pite. Qui plantauit aurem non audiet aut qui
finxit oculū non conſiderat. Qui corripit gen
tes non arguet: qui docet hominē ſcientiā. Do
minus ſcit cogitationes hominū: quoniā vane
ſunt. Beatus homo quem tu erudieris domi
ne: ⁊ de lege tua docueris eum. Vt mitiges ei a
diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet dominus plebē ſuā: ⁊ here
ditatē ſuā nō derelinquet. Quoadusqꝫ iuſticia
conuertatur in iudiciū: ⁊ qui iuxta illam: omnes
qui recto ſunt corde. Quis conſurget mihi ad
uerſus malignantes: aut quis ſtabit mecū ad
uerſus operantes iniquitatē. Niſi quia domi
nus adiuuit me: paulominus habitaſſet in in
ferno anima mea. Si dicebā motus eſt pes me
us: miſericordia tua dn̄e adiuuabat me. Scdm̄
multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo: conſo
lationes tue letificauerunt animā meā. Num
quid adheret tibi ſedes iniqtatis: qui fingis la
borē in precepto. Captabūt in animam iuſti: ⁊
ſanguinē innocentē condēnabūt. Et factus eſt
mihi dominus in refugiū: ⁊ deus meus in ad
iutoriū ſpei mee. Et reddet illis iniquitatē ipſo
rū: ⁊ in malitia eoꝝ diſperdet eos: diſperdet il
los dominus deus noſter.

¶ Pſalmus. LXXXXIIII

Venite exultemus dn̄o: iubilemus deo
ſalutari noſtro. Preoccupemus faciē
eius in confeſſione: ⁊ in pſalmis iubi
lemus ei. Quoniā deus magnus dominus: ⁊
rex magnus ſuper omnes deos. Quia in ma
nu eiꝰ ſūt omnes fines terre: ⁊ altitudines mon
tiū ipſius ſunt. Quoniā ipſius eſt mare ⁊ ipſe
fecit illud: ⁊ ſiccam manus eius formauerunt.
Venite adoremus ⁊ procidamus ⁊ ploremus
ante dominum qui fecit nos: quia ipſe eſt deus
noſter. Et nos populus paſcue eiꝰ: ⁊ oues ma
nus eiꝰ. Hodie ſi vocem eius audieritis: noli
te obdurare corda vr̄a. Sicut in irritatōe: ſm̄
diem temptationis in deſerto. Vbi temptaue
runt me patres veſtri: probauerunt ⁊ viderūt
opera mea. Quadraginta annis offenſus fui
generationi illi: ⁊ dixi ſemꝑ hi errant corde. Et
iſti nō cognouerūt vias meas: vt iuraui in ira
mea ſi introibūt in requiē meā.

¶ ps. LXXXXV

CAntate dño canticũ nouum: cantate domino oĩs terra. Cantate dño ⁊ benedicite nomini eius: annũciate de die i diem ſalutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius: in oĩbus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: terribilis ſuper omnes deos. Qm̃ omnes dii gentium demonia ſũt: dñs aũt celos fecit. Confeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius. Afferte dño patrie gentium: afferte domino gloriam ⁊ honorem: afferte domino gloriam nomini ei⁹. Tollite hoſtias ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius. Cõmoueaṫ a facie ei⁹ vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem terre qui non cõmouebiṫ: iudicabit populos in equitate. Letenṫ celi ⁊ exultet terra: cõmoueaṫ mare ⁊ plenitudo eius: gaudebunt campi ⁊ omnia que in eis ſunt. Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum a facie dñi quia venit: quoniã venit iudicare terrã. Iudicabit orbem terre in equitate: ⁊ populos in veritate ſua. ps. LXXXXVI

DOminus regnauit exultet terra: letenṫ inſule multe. Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſticia ⁊ iudicium correctio ſedis eius. Ignis ante ipſum p̃cedet: ⁊ inflãmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cõmota eſt terra. Mõtes ſicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra. Annunciauerunt celi iuſticiam eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriam ei⁹. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt ſyon. Et exultauerunt filie iude, propter iudicia tua domine. Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſup omnes deos. Qui diligitis dominum odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum: de manu peccatorum liberauit eos. Lux orta eſt iuſto ⁊ rectis corde leticia. Letamini iuſti in domino: ⁊ confitemini memorie ſanctificationis eius.

ps. LXXXXVII

CAntate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ brachium ſanctum eius. Notum fecit dñs ſalutare ſuũ: in cõſpectu gentiũ reuelauit iuſticiã ſuã. Recordatus eſt miſericordie ſue: ⁊ veritatis ſue domui iſrl'. Viderunt oẽs termini terre ſalutare dei noſtri: iubilate domino omnis terra: cantate ⁊ exultate ⁊ pſallite. Pſallite domino in cithara in cithara ⁊ voce pſalmi: in tubis ductilibus ⁊ voce tube cornee. Iubilate in conſpectu regis domini: moueatur mare ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum ⁊ qui habitant in eo. Flumina plaudent manu: ſimul montes exultabũt a cõſpectu domini: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbẽ terrarum in iuſticia. ⁊ populos in equitate.

¶ ps dd. LXXXXVIII

DOminus regnauit iraſcantur populi: qui ſedes ſuper cherubin moueaṫ terra. Dominus in ſyon magnus: ⁊ excelſus ſuper omnes populos. Confiteanṫ nomini tuo magno: quoniam terribile ⁊ ſanctum eſt: ⁊ honor regis iudicium diligit. Tu paraſti directiones: iudicium ⁊ iuſticiam in iacob tu feciſti. Exaltate dominum deum noſtrum: ⁊ adorate ſcabellũ pedũ ei⁹: quoniã ſanctũ eſt. Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibus eius: ⁊ ſamuel inter eos qui inuocant nomen ei⁹. Inuocabant dominũ ⁊ ipſe exaudiebat eos: in colũna nubis loquebaṫ ad eos. Cuſtodiebant teſtimonia eius ⁊ p̃ceptũ quod dedit illis. Dñe deus noſter tu exaudiebas eos: deus tu ꝓpitius fuiſti eis et vlciſcens ĩ omnes adinuentiones eoꝝ. Exaltate dñm deũ noſtrũ. ⁊ adorate in mõte ſancto ei⁹ qm̃ ſanctus dñs deus noſter.

¶ ps in confeſſione. LXXXXIX

IVbilate deo omnis terra, ſeruite dño in leticia. Introite in conſpectu eius. i exultatione. Scitote quoniã dominus ipſe eſt deus. ipſe fecit nos ⁊ non ipſi nos. Populus eius ⁊ oues paſcue eius introite portas eius in confeſſione. atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniã ſuauis eſt dominus. in eternũ miſericordia eius. ⁊ vſq; i generationẽ ⁊ generationẽ veritas ei⁹.

¶ pa ipſi dd. C

MIſericordiã ⁊ iudiciũ cantabo tibi dñe. pſallã ⁊ intelligã in via immaculata quãdo venies ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei. in medio domus mee. Non proponebam ante oculos meos rẽ iniuſtam. facientes preuaricationes odiui. Non adheſit mihi cor prauũ. declinantẽ a me malignũ non cognoſcebam. Detrahentẽ ſecreto ꝓximo ſuo. hũc perſequebar. Superbo oculo ⁊ inſaciabili corde. cũ hoc non edebã. Oculi mei ad fideles terre vt ſedeant mecũ. ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Nõ habitabit

in medio domus mee qui facit ſuperbiã. qui lo-
quit iniqua non direxit in conſpectu oculorum
meoꝝ. In matutino interficiebaȝ omnes pec-
catores terre. vt diſperderẽ de ciuitate domini
omnes operantes iniquitatem.

¶ Oratio pauperis cũ anxiaret. ⁊ coram dño
effundit precẽ ſuã. CI

Domine exaudi orationẽ meam. ⁊ cla-
mor me⁹ ad te veniat. Non auertas fa-
ciẽ tuã a me. in quacũq die tribulor in-
clina ad me aurẽ tuaȝ. In quacũq die inuoca-
uero te. velociter exaudi me. Quia defecerunt
ſicut fumus dies mei. ⁊ oſſa mea ſicut cremiuȝ
aruerunt. Percuſſus ſum vt fenuȝ ⁊ aruit cor
meũ. quia oblitus ſum comedere panem meũ.
A voce gemitus mei. adheſit os meum carni
mee. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis
factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigi-
laui ⁊ factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto
Tota die exprobrabant mihi inimici mei. ⁊ q
laudabant me aduerſũ me iurabãt. Quia cine-
rem tanq̃ panem manducabam: ⁊ poculũ me-
um cũ fletu miſcebam. A facie ire indignatio-
nis tue: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſi-
cut vmbra declinauerũt: ⁊ ego ſicut fenũ arui.
Tu autem domine in eternũ permanes: ⁊ me-
moriale tuũ in generationẽ ⁊ generationẽ. Tu
exurgens miſereberis ſyon: quia tempus miſe-
rendi eius quia venit tempus. Quoniã placu-
erũt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miſe-
rebunt. Et timebũt gentes nomen tuũ domi-
ne: ⁊ omnes reges terre gloriã tuã. Quia edi-
ficauit dominus ſyon: ⁊ videbit in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humiliũ: ⁊ non ſpreuit
preces eoꝝ. Scribant hec in generatione alte-
ra: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominũ.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus
de celo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus
compeditoꝝ: vt ſolueret filios interemptoꝝ
Vt annuncient in ſyon nomen domini: ⁊ lau-
dem eius in hieruſalem. In conueniendo po-
pulos in vnũ: ⁊ reges vt ſeruiant illi domino.
Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatẽ die-
rũ meoꝝ nuncia mihi. Ne reuoces me in dimi-
dio dierũ meoꝝ: in generationẽ ⁊ generationẽ
anni tui. Initio tu domine terrã fũdaſti. ⁊ ope-
ra manuũ tuarũ ſunt celi. Ipſi peribũt tu autẽ
permanes. ⁊ omnes ſicut veſtimẽtũ veteraſcẽt
Et ſicut opertorium mutabis eos ⁊ mutabunt
tu autem idem ipſe es. ⁊ anni tui non deficient.
Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt: ⁊ ſemen eorum
in ſeculũ dirigetur.

¶ ps ipſi dd. CII

Benedic aĩa mea dño: ⁊ omnia q̃ intra
me ſũt nõi ſancto eius. Benedic ani-
ma mea dño. ⁊ noli obliuiſci omnes re-
tributiões eius. Qui ꝓpitiatur omnibus iniq-
tatibus tuis: qui ſanat oẽs infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitã tuã: qui coronat te
in miſericordia ⁊ miſerationibus. Qui replet
in bonis deſideriũ tuũ: renouabit vt aquile iu-
uentus tua. Faciens miſericordias dñs: ⁊ iudi-
ciũ omnibus iniuriã patientibus. Notas fecit
vias ſuas moyſi: filijs iſrael voluntates ſuas.
Miſerator ⁊ miſericors domin⁹: longanimis
⁊ multũ miſericors. Non in perpetuũ iraſcet:
neq in eternũ comminabitur. Non ſm peccata
noſtra fecit nobis: neq ſm iniquitates noſtras
retribuit nobis. Quoniam ſm altitudinem ce-
li a terra: corroborauit miſericordiam ſuã ſuper
timentes ſe. Quantũ diſtat ortus ab occiden-
te: longe fecit a nobis iniqtates noſtras. Quo-
modo miſeret pater filioꝝ: miſertus eſt domi-
nus timentibus ſe: quoniã ipſe cognouit figmẽ-
tũ noſtrũ. Recordatus ẽ quoniã puluis ſum⁹
homo ſicut fenum: dies eius tanq̃ flos agri ſic
efflorebit. Quoniã ſpiritus pertranſibit in illo
⁊ non ſubſiſtet: ⁊ non cognoſcet amplius locũ
ſuũ. Miſericordia autem domini ab eterno vſ-
q in eternũ: ſuper timentes eũ. Et iuſticia illi-
us in filios filioꝝ: his qui ſeruant teſtamentuȝ
eius. Et memores ſunt mandatoꝝ ipſius: ad
faciendũ ea. Dominus in celo parauit ſedẽ ſu-
am: ⁊ regnũ ipſius omnibus dominabit. Be-
nedicite dño omnes angeli eius potentes vir-
tute. facientes verbũ illius ad audiendam vo-
cem ſermonũ ei⁹. Benedicite dño omnes vir-
tutes eius: miniſtri eius qui facitis voluntateȝ
eius. Benedicite dño oĩa opera eius: in omni
loco dñationes eius: benedic aĩa mea dño.

¶ ps ipſi dd. CIII

Benedic anima mea dño: dñe deus me-
us magnificatus es vehementer. Cõ-
feſſionem ⁊ decorem induiſti: amictus
lumine ſicut veſtimento. Extendens celum ſi-
cut pellẽ: qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui
ponis nubẽ aſcenſum tuũ: qui ambulas ſuper
pennas ventoꝝ. Qui facis angelos tuos ſpiri-
tus. ⁊ miniſtros tuos ignẽ vrentem. Qui fun-
daſti terrã ſuper ſtabilitatẽ ſuã: non inclinabit
in ſeculum ſeculi. Abyſſus ſicut veſtimentum
amictus eius: ſuper montes ſtabunt aque. Ab
increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui
formidabunt. Aſcendunt montes ⁊ deſcendũt

campi: in locum quē fundaſti eis. Terminum
poſuiſti quem non tranſgredient: neq; conuer
tent operire terram. Qui emittis fontes in con
uallibus: inter medium montium pertranſibūt
aque. Potabunt omnes beſtie agri expectabūt
onagri in ſiti ſua. Super ea volucres celi habi/
tabunt: de medio petrarum dabunt voces. Ri/
gans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu ope
rum tuorum ſatiabit terra. Producens fenū iu
mentis ⁊ herbam ſeruituti hominum. Ut edu/
cas panem de terra: ⁊ vinum letificet cor homi
nis: Ut exhilaret faciem in oleo. ⁊ panis cor ho
minis ↄfirmet. Saturabuntur ligna campi ⁊ ce
dri libani quas plantauit: illic paſſeres nidifica/
bunt. Herodij domus dux eſt eorum: montes
excelſi ceruis petra refugium herinacijs. Fecit
lunam in tempore: ſol cognouit occaſum ſuum.
Poſuiſti tenebras ⁊ facta eſt nox. in ipſa ꝑtran
ſibunt omnes beſtie ſilue. Catuli leonū rugiē
tes vt rapiant. ⁊ querant a deo eſcam ſibi. Or/
tus eſt ſol ⁊ congregati ſunt: ⁊ in cubilibus ſuis
collocabuntur. Exibit homo ⁊ ad opus ſuū. ⁊
ad operationem ſuam vſq; ad veſperū. Quam
magnificata ſunt opera tua domine: omnia ī ſa
pientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.
Hoc mare magnum ⁊ ſpacioſū manibus: illic
reptilia quorum nō eſt numerus. Animalia pu
ſilla cum magnis: illic naues ꝑtranſibunt. Dra
co iſte quem formaſti ad illudendum eiꝰ omnia
a te expectant vt des illis eſcam in tempore. Dā
te te illis colligent: aperiente te manum tuā om
nia implebunt bonitate. Auertente autem te fa
ciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum ⁊ de
ficient: ⁊ in puluerem ſuum reuertent. Emitte
ſpiritū tuum ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciē ter
re. Sit gloria domini in ſeculum: letabitur ⁊ do
minus in operibus ſuis. Qui reſpicit terram ⁊
facit eam tremere: qui tangit montes ⁊ fumigāt
Cantabo domino in vita mea: pſallā deo meo
quādiu ſum. Iocundum ſit ei eloquium meum
ego vero delectabor in domino. Deficiant pec/
catores a terra ⁊ iniqui ita vt nō ſint: benedic ani/
ma mea domino. ¶ Alleluia. C IIII.

COnfitemini domino ⁊ inuocate nomē
eius: annunciate inter gentes opera eiꝰ
Cātate ei ⁊ pſallite ei. narrate omnia mi
rabilia eius. laudamini in nomine ſancto eius:
letetur cor querentium dominum. Querite do/
minum ⁊ confirmamini: querite faciem eius ſp
Mementote mirabilium eius que fecit: prodi/
gia eius ⁊ iudicia oris eius. Semen abraham
ſerui eius: filij iacob electi eius. Ipſe dominus
deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eiꝰ. Me
mor fuit in ſeculū teſtamenti ſui: verbi qd' man
dauit in mille generationes. Qd' diſpoſuit ad
abrahā: ⁊ iuramenti ſui ad yſaac. Et ſtatuit il/
lud iacob in preceptū: ⁊ iſrael in teſtamētū eter
nū. Dicēs tibi dabo terrā chanaā: funiculū he
reditatis veſtre. Cū eſſent numero breui: pau
ciſſimi ⁊ incole eius. Et pertranſierūt de gente
in gentē: ⁊ de regno ad populū alteꝝ. Nō reli
quit hominē nocere eis: ⁊ corripuit ꝓ eis reges
Nolite tangere xp̄os meos: ⁊ in ꝓphetis me/
is nolite malignari. Et vocauit famē ſup terrā
⁊ oē firmamētū panis ↄtriuit. Miſit ante eos
viꝝ: in ſeruū venūdatꝰ ē ioſeph. Humiliauerūt
in cōpedibꝰ pedes eiꝰ: ferrū pertranſijt aīaʒ eiꝰ
donec veniret verbū eiꝰ. Eloquiū dn̄i inflāma
uit eū: miſit rex ⁊ ſoluit eū: princeps pploꝝ ⁊ di/
miſit eū. Conſtituit eū dn̄m domus ſue: ⁊ princi
pē oīs poſſeſſiōis ſue. Ut erudiret principes eiꝰ
ſicut ſemetipſm: ⁊ ſenes eius prudentiā doceret
Et intrauit iſrael in egyptū: ⁊ iacob accola fuit
in terra cham. Et auxit populū ſuū vehemēter
⁊ firmauit eū ſuper inimicos eius. Conuertit
cor eoꝝ vt odirent pplm eiꝰ: ⁊ dolū facerent in
ſeruos eiꝰ. Miſit moyſen ſeruū ſuū: aarō quē
elegit ipſm. Poſuit in eis verba ſignoꝝ ſuoꝝ
⁊ ꝓdigioꝝ: ī terra cham. Miſit tenebras ⁊ ob
ſcurauit. ⁊ nō exacerbauit ſmones ſuos. Con
uertit aquas eoꝝ in ſanguinē: ⁊ occidit piſces
eorum. Et dedit terra eorum ranas: in penetra
libus regum ipſorum. Dixit ⁊ venit cynomia
⁊ cynifes: in omnibus finibus eorum. Poſuit
pluuias eoꝝ grandinē: ignē cōburentē in terra
ipſoꝝ. Et percuſſit vineas eorum ⁊ ficulneas
eoꝝ. ⁊ contriuit lignū finiū eoꝝ. Dixit ⁊ venit
locuſta ⁊ bruchus: cuiꝰ nō erat numerus. Et co
medit omne fenū in terra eoꝝ: ⁊ comedit oēm
fructū terre eoꝝ. Et percuſſit omne primogeni
tū in terra eoꝝ: primitias oīs laboris eoꝝ. Et
eduxit eos cum argento ⁊ auro: ⁊ non erat in tri
bubus eorum infirmus. Letata eſt egyptus in
ꝓfectione eoꝝ: q2 incubuit timor eoꝝ ſuper eos.
Expandit nubē in ꝓtectionē eoꝝ: ⁊ ignē vt lu
ceret eis per noctē. Petierūt ⁊ venit coturnix
⁊ pane celi ſaturauit eos. Dirupit petrā ⁊ flu/
xerūt aque: abierūt in ſicco flumina. Quoniā
memor fuit verbi ſancti ſui: qd' habuit ad abra/
ham puerum ſuum. Et eduxit populum ſuum
in exultatione. ⁊ electos ſuos in leticia. Et de/
dit illis regiones gentiū: ⁊ labores pploꝝ poſ/
ſederūt. Ut cuſtodiant iuſtificationes eius: ⁊ le
gē eiꝰ requirāt. ¶ Alla al'a. C V.

C Onfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſe
culū mia eius. Quis loquet̄ potentias
dn̄i: auditas faciet omnes laudes eius
Beati q cuſtodiūt iudiciū. ⁊ faciūt iuſticiā in oi
tp̄e. Memento noſtri dn̄e in beneplacito popu
li tui: viſita nos in ſalutari tuo. Ad videndū in
bonitate electoꝝ tuoꝝ: ad letandū in leticia gen
tis tue. vt lauderis cū hereditate tua. Peccaui
mus cū patribus noſtris: iniuſte egimꝰ iniqta/
tē fecimus. Patres noſtri in egypto nō intelle
xerūt mirabilia tua: non fuerūt memores mul/
eius ſicut mouēt ligna ſiluaꝝ a facie venti. Et
dixit dn̄s ad iſaiā. Egredere i occurſū achaz tu
⁊ q dereliet⁹ ē iaſub fili⁹ tuus ad extremū aque
duct⁹ piſcine ſupioris ī via agri fullonis. ⁊ di/
ces ad eū. Vide vt ſileas. Noli timere: ⁊ cor
tuū ne formidet a duab⁹ caudis ticionū fumigā
tiū iſtoꝝ i ira furoris raſin regis ſyrie ⁊ filij ro
melie: eo q ꝯſiliū inierit ꝯ te ſyria in malū. et
effraim ⁊ fili⁹ romelie dicentes. Aſcēdam⁹ ad
iudā ⁊ ſuſcitemus eā. ⁊ auellam⁹ eā ad nos. et
ponam⁹ regē in medio ei⁹ filium tabeel. Hec
dicit dn̄s de⁹. Nō ſtabit ⁊ non erit iſtud: ſʒ ca/
put ſyrie damaſc⁹ ⁊ caput damaſci raſin. Et ad
huc ſexaginta ⁊ qnqȝ āni. ⁊ deſinet effraim eſſe
ppl's: ⁊ caput effraiʒ ſamaria: ⁊ caput ſamarie
filius romelie. Si nō credideritis: nō ꝑmane
bit'. Et adiecit dn̄s loqui ad achaz dicēs. Pe
te tibi ſignū a dn̄o deo tuo i ꝓfūdū inferni: ſiue
i excelſum ſupra. Et dixit achaz. Nō petā et nō
tēptabo dn̄m. Et dixit. Audite ḡ dom⁹ dauid.
Nūqd parū vobis ē moleſtos eē hoib⁹: quia
moleſti eſtis ⁊ deo meo. Propter h̄ dabit dn̄s
ipſe vobis ſignū. Ecce vgo concipiet ⁊ pariet
filiū. Et vocabitur nomē eius emanuel. Bu
tyrum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare ma/
lū et eligere bonū. Quia anq̄ʒ ſciat puer repro
bare malū et eligere bonū. derelinquet̄ tra quā
tu deteſtaris a facie duoꝝ regum ſuoꝝ. Addu
cet dn̄s ſup te ⁊ ſup ppl'm tuū ⁊ ſup domū pris
tui. dies q nō venerūt a dieb⁹ ſeꝑatiōis effraiʒ
a iuda cū rege aſſyrioꝝ. Et erit in die illa: ſibi/
labit dn̄s muſce q̄ eſt in extremo fluminū egy/
pti. ⁊ api q̄ ē i terra aſſur. et venient et reqeſcent
oēs in torrētib⁹ valliū et in cauernis petraꝝ et
i oibus frutetis et i vniuerſis foraminib⁹. In
die illa radet dn̄s in nouacula ꝯducta i his qui
trās flumē ſunt in rege aſſyrioꝝ caput. ⁊ pilos
pedū. ⁊ barbam vniuerſam. Et erit in die illa.
nutriet hō vaccam boum. ⁊ duas oues. et pre
vbertate lactis comedit butyꝝ. Butyꝝ eniʒ et
mel māducabit ois hō q relictus fuerit in me/
dio terre. Et erit in die illa. ois locus vbi fue/
rint mille vites: mille argēteis. et in ſpinas ⁊ i
vepres erūt. Cū ſagittis ⁊ arcu igredient̄ illuc
Vepres. n. ⁊ ſpine erūt in vniuerſa tra. et oēs
montes q in ſarculo ſarrient̄: non veniet illuc
terror ſpinaꝝ ⁊ vepriū. et erit i paſcuā bouis ⁊ i
conculcationē pecoris. VIII

ET dixit dn̄s ad me. Sume tibi librum
grādē. et ſcribe i eo ſtilo hoīs: velocit
ſpolia detrahe. cito predare. Et adhi/
bui mihi teſtes fideles: vriā ſacerdotē ⁊ zacha
riam filiū barachie. Et acceſſi ad ꝓphetiſſam.
et ꝯcepit et peperit filium. Et dixit dn̄s ad me.
Voca nomē eius: accelera. ſpolia. detrahe. fe
ſtina ꝑdari: qꝛ anq̄ʒ ſciat puer vocare prēʒ ſuū
⁊ matrē ſuā: auferet̄ fortitudo damaſci: et ſpo/
lia ſamarie corā rege aſſyrioꝝ. Et adiecit do
minus loq ad me ad h̄ dicēs. Pro eo q abie/
cit ppl's iſte aq̄s ſyloe q̄ vadūt cū ſilentio: et aſ/
ſūpſit magis raſin et filiū romelie: ꝓpter h̄ ec/
ce dn̄s adducet ſup eos aq̄s fluminis fortes et
multas: regē aſſyrioꝝ et oēm gloriaʒ eius. Et
aſcendet ſup oēs riuos ei⁹ et fluet ſup vniuer/
ſas ripas ei⁹. et ibit ꝑ iudā inundās: et trāſiēs
vſqȝ ad collum veniet. Et erit extēſio alarum
eius implēs latitudinem terre tue o emanuel.
Cōgregamini ppl'i et vincemini. et audite vni
uerſe ꝓcul tre. Confortamini et vincemini: ac
cingite vos et vincemini: inite ꝯſiliū et diſſipa
bit' loquimini vbū ⁊ nō fiet: qꝛ nobiſcū deus.
Hec. n. ait dn̄s ad me. Sicut i manu forti erud
diuit me: ne irem ī via ppl'i huius dicens. Nō
dicatis coniuratio. Oia. n. que loquit̄ ppl's iſte.
ꝯiuratio eſt. Et timorē eius ne timeatis: neqȝ
paueatis. Dn̄m exercituū ipſū ſcificate: ipſe pa
uor vr̄: et ipſe tror veſter. et erit vobis i ſancti
ficationē: in lapidē aūt offenſiōis ⁊ petrā ſcāda
li duabus domib⁹ iſrl': et in laqueū et in ruinā
habitātibus irl'm. Et offendēt ex eis plurimi:
et cadēt et ꝯterēt̄ et irretiēt̄ ⁊ capiēt̄. Liga teſti
moniū ſigna legē i diſcipulis meis: expectabo
dn̄m q abſcondit faciē ſuā a domo iacob. ⁊ pre
ſtolabor eum. Ecce ego et pueri mei q̄s dedit
mihi dn̄s in ſignū ⁊ in portentū iſrl': a dn̄o exer
cituū q habitat in mōtē ſyon. Et cū dixerint ad
vos. querite a phitonib⁹ ⁊ a diuinis q ſtridēt ī
incātationibus ſuis: nunqd nō ppl's a deo ſuo
requiret viſionē ꝓ viuis ac mortuis. Ad legē
magis et ad teſtimoniū. Q: ſi nō dixerint iuxta
verbum: h̄ non erit eis matutina lux. Et tran
ſibit ꝑ eam et corruet et eſuriet. et cum eſurierit
iraſcetur et maledicet regi ſuo et deo ſuo. Et ſu
ſpiciet ſurſum et ad terrā intuebitur: et ecce tri
bulatio et tenebre et diſſolutio et anguſtia et ca
ligo perſequens et nō poterit auolare de angu/
ſtia ſua. IX.

PRimo tēpore alleuiata eſt terra zabulō
et terra neptalim: et nouiſſimo aggra/
uata eſt via maris tranſiordanem gali
lee gentium. Populus qui ambulabat in tene
bris vidit lucem magnā: habitantibus in regi
one vmbre mortis: lux orta eſt eis. Multipli/
caſti gentē: nō magnificaſti leticiam. Letabun
tur corā te ſicut qui letantur in meſſe. ſicut exul
tant victores capta preda quādo diuidūt ſpolia
Iugum n. oneris eius. et virgam humeri eiꝰ
et ſceptrum exactoris eius ſupaſti: ſicut in die
madian. Quia ois violenta predatio cum tu/
multu. et veſtimentū mixtum ſanguine erit in
combuſtionē. et cibus ignis. Paruulus eniꝫ
natus eſt nobis. et filius datus eſt nobis. Et
factus eſt principatus ſuper humerū eius. et vo
cabitur nomen eius. admirabilis. conſiliarius
deus fortis. pater futuri ſeculi. princeps pacis
Multiplicabitur eius īperium et pacis nō erit
finis: ſuper ſoliū dauid et ſuper regnum eius.
vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iu
ſticia āmodo et vſqꝫ in ſempiternū. Zelus dñi
exercituū faciet hoc. Verbum miſit dñs in ia/
cob et cecidit in iſrael. Et ſciet ois populus ef/
fraim et habitantes ſamariam in ſuꝑbia et ma
gnitudine cordis dicentes. Lateres ceciderūt
ſed quadris lapidibus edificabimus: ſycomo
ros ſucciderunt: ſed cedros immutabimus. Et
eleuabit dñs hoſtes raſin ſuper eū. et inimicos
eius in tumultū vertet: ſyriā ab oriente. et phi/
liſtijm ab occidēte. et deuorabūt iſrael toto ore.
In oībus his nō eſt auerſus furor eius. ſꝫ ad
huc manus eius extenta. Et populus non eſt
reuerſus ad percutientem ſe. et dñm exercituū
nō inquiſierunt. Et diſperdet dñs ab iſrael ca
put et caudā incuruantē et deprauantē die vna
Longeuus et honorabilis ipſe eſt caput. et ꝓ/
pheta docens mendaciū ipſe eſt cauda. Et erūt
qui beatificant populū iſtum ſeducentes et qui
beatificantur precipitati. Propter hoc ſup ado/
leſcentulis eius nō letabitur dñs. et pupillorum
eius et viduaꝝ nō miſerebitur. qa ois hypocri
ta eſt et nequā. et vniuerſū os locutum eſt ſtul
ticiam. In oibus his nō eſt auerſus furor eiꝰ.
ſed adhuc manus eius extenta. Succenſa eſt
enim quaſi ignis impietas. veprē et ſpinam vo/
rabit. Et ſuccendetur in denſitate ſaltus: et cō/
uoluetur in ſuperbia fumi. In ira dñi exercitu
um conturbata eſt terra. et erit populus quaſi
eſca ignis. Vir fratri ſuo non parcet. et decli/
nabit ad dexteram et eſuriet et comedet ad ſini
ſtram et nō ſaturabitur. Vnuſquiſqꝫ carnem
brachij ſui vorabit: manaſſes effraim. et effraī
manaſſem. et ſimul ipſi contra iudam. In om
nibus his non eſt auerſus furor eius: ſed ad/
huc manus eius extenta. X
VE qui condunt leges iniquas. et ſcribē
tes iniuſticiā ſcripſerūt vt opprimerēt
in iudicio pauperes. et vim facerent cau
ſe humilium ppli mei vt eſſent vidue pda eoꝝ
et pupillos diriperēt. Quid facietis in die viſi
tationis et calamitatis de longe venientis. Ad
cuius ꝯfugietis auxilium. et vbi derelinquetis
gloriā veſtrā: ne incuruemini ſub vinculo. et cū
interfectis cadatis. Sup oibus his non ē auer
ſus furor eius: ſed adhuc manus eius extenta
Ve aſſur. Virga furoris mei et baculus ipſe ē
In manu eius indignatio mea. Ad gentē fal
lacem mittā eū: et ꝯ pplm furoris mei mandā/
bo illi: vt auferat ſpolia et diripiat pdam et po
nat illū in conculcationē quaſi lutum platearū.
Ipſe aūt non ſic arbitrabitur. et cor eius: non
ita extimabit: ſꝫ ad ꝯterendū erit cor eius et ad
internitionē gentiū non paucaꝝ. Dicet enim.
Nunqd non principes mei ſimul reges ſunt?
Nunqd non vt carchamis: ſic calanno. et vt
arphat. ſic emath. Nūquid nō vt damaſcus ſic
ſamaria. Quō inuenit manus mea regna ido
li: ſic et ſimulacra eoꝝ de irlm et de ſamaria.
Nunquid nō ſicut feci ſamarie et idolis eiꝰ ſic
faciā hieruſalē et ſimulacris eiꝰ. Et erit cū imple/
uerit dñs cūcta opa ſua in mōte ſyon et in hie/
ruſalem: viſitabo ſup fructum magnifici cor/
dis regis aſſur. et ſuper gloriā altitudinis ocu
lorum eius. Dixit enim. In fortitudine manus
mee feci. et in ſapia mea itellexi. Et abſtuli ter
minos populoꝝ. et pncipes eoꝝ depdatus ſū.
et detraxi qſi potens in ſublimi reſidentes. Et
inuenit qſi nidū manꝰ mea fortitudinē ppłoꝝ
et ſicut colliguntur oua q̄ derelicta ſūt. ſic vniuer
ſam terrā ego ꝯgregaui. et non fuit q moueret
pēnā et apiret os et ganniret. Nunquid gloria
bitur ſecuris ꝯ eum q ſecat i ea aut exaltabitur ſer/
ra ꝯ eum a q̄ trahitur. Quō ſi eleuetur vga ꝯ ele
uantem ſe: et exaltetur baculus q vtiqꝫ lignū eſt.
Propter hoc mittet dñator dñs exercituū i pi
guibus eius tenuitatē: et ſubtus gloriam eius
ſuccenſa ardebit qſi ꝯbuſtio ignis. et erit lumē
iſrłi in igne. et ſcūs eius in flāma. et ſuccēdetur
et deuorabitur ſpina eius et vepres in die vna. et
gloria ſaltus eiꝰ. et carmeli eius ab aīa vſqꝫ ad
carnē conſumetur. Et erit terrore ꝓfugus. et re
lique ligni ſaltus eius pre paucitate numerabūtur
et puer ſcribet eos. Et erit in die illa: nō adijci

et reſiduū iſrael. ⁊ hi q fugerint de domo iacob inniti ſup eo q pcuſſit eos: ſed innitet ſup dn̄m ſanctū iſrael. In veritate reliq̄ ꝯuertent: reliq̄ inquā iacob ad deū fortē. Si. n. fuerit pplʼs tuꝰ iſrl̄ q̄ſi harena maris: reliq̄ ꝯuertent ex eo. Cōſūmatio abbreuiata inundabit iuſticiā. Cōſūmatio enī. n. ⁊ abbreuiationem dn̄s deus exercituū faciet in medio oīs t̄re. Propter hoc hec dicit dn̄s deus exercituū. Noli timere pplʼs meꝰ habitator ſyon ab aſſur. In vga. n. percutiet te ⁊ baculum ſuum leuabit ſuper te in via egypti. Adhuc. n. paululuʒ modicūq;. ⁊ ꝯſūmabitur indignatio mea ⁊ furor meus ſup ſcelus eorū. ⁊ ſuſcitabit ſup eū dn̄s exercituū flagellū iuxta plagam madiā in petra oreb. ⁊ virgā ſuaʒ ſup mare. ⁊ leuabit eā in via egypti. Et erit i die illa auferet onus eiꝰ de humero tuo. ⁊ iugū eius de collo tuo. ⁊ ꝯputreſcet iugū a facie olei. Veniet in aioth. trāſibit i magron. apud magmas cōmendabit vaſa ſua. Tranſierunt curſim gabee ſedes noſtra. Obſtupuit rama. gabaa ſaulis fugit. Hinni voce tua filia gallim. attende laiſa paupercula anathot. Migrauit medemena habitatores gebin confortamini. Adhuc dies eſt: vt in nob ſtetur. Agitabit manum ſuam ſup montē filie ſyon. collem irl̄m. Ecce dn̄ator dn̄s exercituū ꝯfringet lagunculā in terrore: ⁊ excelſi ſtatura ſuccident. ⁊ ſublimes humiliabuntur. Et ſubuertentur cōdenſa ſaltus eius ferro ⁊ libanus cum excelſis cadet.

## XI

Et egredietur vga de radice ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcēdet. ⁊ requieſcet ſuper eū ſpūs dn̄i. ſpūs ſapie ⁊ intellectus ſpiritus ꝯſilij ⁊ fortitudinis. ſpūs ſcie ⁊ pietatis. ⁊ replebit eum ſpūs timoris dn̄i. Nō ſecundū viſionē oculoꝝ iudicabit: neq; ſecundū auditum auriū arguet. Sed iudicabit i iuſticia paupes. ⁊ arguet in eq̄tate ꝓ manſuetis terre. Et percutiet terrā vga oris ſui. ⁊ ſpū labioꝝ ſuoꝝ interficiet impiū. Et erit iuſticia cingulum lumboꝝ eiꝰ. ⁊ fides cinctoriū renū eius. Habitabit lupus cū agno. ⁊ pardus cū hedo accubabit. Vitulus ⁊ leo ⁊ ouis ſil̄ morabunt. ⁊ puer paruulus minabit eos. Vitulus ⁊ vrſus paſcent. ſil̄ requieſcent catuli eoꝝ ⁊ leo q̄ſi bos comedet paleas. Et delectabit infans ab vbere ſuper foramina aſpidis. ⁊ in cauerna reguli q ablactatus fuerit. manum ſuā mittet. Non nocebunt ⁊ nō occident in vniuerſo mōte ſcō meo: quia repleta eſt terra ſcia dn̄i: ſicut aque maris operientis. In die illa. radix ieſſe q ſtat in ſignū populoꝝ ipſum gentes depcabunt. ⁊ erit ſepulchrum eius glorioſum. Et erit in die illa. adijciet dominus ſcdo manū ſuā ad poſſidendū reſiduū ppli ſui qd̄ relinquet ab aſſyrijs ⁊ ab egypto ⁊ a phetros ⁊ ab ethiopia ⁊ ab elam ⁊ a ſennaar ⁊ ab emath ⁊ ab inſulis maris. Et leuabit dominus ſignū in natiōes ⁊ ꝯgregabit ꝓfugos iſrl̄. Et diſpſos iuda colliget a quattuor plagis terre ⁊ auferet zelus ephraim ⁊ hoſtes iuda peribunt Ephraim nō emulabit iudā ⁊ iudas nō pugnabit ꝯtra ephraim. Et volabūt in humeros philiſtijm per mare. ſil̄ pdabunt filios orientis. Idumea ⁊ moab p̄ceptum manus eoꝝ. ⁊ filij āmon obediētes erunt. Et deſolabit dominꝰ linguaʒ maris egypti. ⁊ leuabit manū ſuā ſup flumen i fortitudine ſpūs ſui. ⁊ pcutiet eū in ſepteʒ riuis ita vt trāſeāt p eum calciati. Et erit via reſiduo pplo meo q relinquet ab aſſyrijs: ſicut fuit iſraheli in die illa q̄ aſcēdit de t̄ra egypti.

## XII.

Et dices i die illa. Cōfitebor tibi domine qm̄ iratus es mihi: ꝯuerſus ē furor tuus. Et cōſolatus es me. Ecce deꝰ ſaluator meus fiducialit̄ agaʒ ⁊ nō timebo. Quia fortitudo mea ⁊ laus mea dominꝰ. ⁊ factus eſt mihi in ſalutē. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoris. ⁊ dicetis i illa die. cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē eiꝰ. Notas facite i pplis adinuentiōes eiꝰ. memētote qm̄ excelſū eſt nomen eiꝰ. Cātate dn̄o qm̄ magnifice fecit: annūciate hoc in vniuerſa t̄ra. Exulta ⁊ lauda habitatio ſyon: quia magnus in medio tui ſanctꝰ iſrael.

## XIII.

Onus babylonis: qd̄ vidit iſaias filius amos. Super montem caliginoſuʒ leuate ſignum. exaltate voceʒ. leuate manū: ⁊ ingrediant portas duces. Ego mādaui ſanctificatis meis. ⁊ vocaui fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibꝰ q̄ſi pploꝝ frequētium. vox ſonitus regū gentiū ꝯgregatarū. Dominꝰ exercituū p̄cepit militie belli: venientibꝰ de t̄ra ꝓcul a ſūmitate celi dn̄s ⁊ vaſa furoris eiꝰ vt diſpdat oēm t̄ram. Vlulate q̄ꝛ ppe eſt dies domini q̄a vaſtitas a dn̄o veniet. Propt̄ hoc oēs manus diſſoluent. ⁊ oē cor hoīs tabeſcet ⁊ ꝯteret. Torſiōes ⁊ dolores tenebūt q̄ſi pturiens dolebūt. Vnuſquiſq; ad ꝓximū ſuū ſtupebit: facies cōbuſte vultus eorū. Ecce dies dn̄i veniet crudelis ⁊ indignatiōis plenus. ⁊ ire furoriſq; ad ponendā t̄rā in ſolitudinē. ⁊ peccatores eiꝰ ꝯterendos de ea: qm̄ ſtelle celi ⁊ ſplendor eaꝝ non expandēt lumē ſuū. Obtenebratus ē ſol i ortu ſuo ⁊ luna nō ſplendebit i lumie ſuo. Et viſita

bo ſuꝑ orbis mala ⁊ ꝯtra impios iniqtatē eoꝝ
Et q̄eſcere faciā ſuꝑbiā infideliū. ⁊ arrogan/
tiā fortiū humiliabo. Preciosior erit vir auro.
⁊ hō mundo obrizo. Suꝑ hoc celū turbabo. ⁊
mouebit̄ terra de loco ſuo: ꝓpter indignationē
dñi exercituū. ⁊ ꝓpter diē ire furoris eius. Et
erit q̄ſi damula fugiens. ⁊ q̄ſi ouis. ⁊ nō erit q
ꝯgreget. Vnuſq̄ſq; ad pplm ſuū ꝯuertetur: ⁊
ſinguli ad terrā ſuā fugiēt. Ois q inuētus fue
rit occidet̄: ⁊ ois q ſuꝑuenerit cadet in gladio.
Infantes eoꝝ allident̄ in oculis eoꝝ: diripien
tur domus eoꝝ. ⁊ vxores eoꝝ violabunt̄. Ec/
ce ego ſuſcitabo ſuꝑ eos medos. q argētū non
querāt nec aurū velint: ſed ſagittis paruulos i
terficiēt ⁊ lactātib⁹ vteris nō miſerebunt̄ ⁊ ſuꝑ
filios nō parcat oculus eoꝝ. Et erit babylon il
la ciuitas glorioſa i regnis. inclyta i ſuꝑbia chal
deoꝝ: ſicut ſubuertit dñs ſodomā ⁊ gomorrā.
Nō habitabit̄ vſq; in finē. ⁊ nō fundabit̄ vſq;
ad generationē ⁊ generationē. Nec ponet ibi
tentoria arabs: nec paſtores req̄ſcēt ibi. ſed re
quieſcēt ibi beſtie. ⁊ replebunt̄ domus eoꝝ dra
conibus. Et habitabūt ibi ſtruthiōes. ⁊ piloſi ſal
tabūt ibi. ⁊ rn̄debunt ibi vlule in edibus eiuſ. ⁊
ſirene in delubris voluptatis.

## XIIII

PRope eſt vt veniat tp̄us ei⁹. ⁊ dies ei⁹
nō elōgabunt̄. Miſerebit̄ .n. dominꝰ
iacob ⁊ eliget adhuc de iſrl̄: ⁊ req̄eſcere
eos faciet ſuꝑ humū ſuā. Adiunget̄ aduena ad
eos: ⁊ adherebit domui iacob. Et tenebunt eoſ
ppl'i. ⁊ adducent eos in locū ſuū. Et poſſidebit
eos dom⁹ iſrael ſuꝑ terrā dñi in ſeruoſ ⁊ ācillas
⁊ erunt capientes eos q ſe ceperant. ⁊ ſubijciēt
exactores ſuos. Et erit in die illa cum requiem
dederit tibi deus a labore tuo. ⁊ a ꝯcuſſione tua
⁊ a ſeruitute dura qua ante ſeruiſti: ſumes para
bolam iſtā ꝯtra regē babylonis ⁊ dices. Quō
ceſſauit exactor. quieuit tributū. Cōtriuit domi
nus baculū impioꝝ. virgā dominantiū cedentē
pplos in īdignatiōe plaga inſanabili: ſubijciē
tem in furore gentes: ꝑſequentē crudeliť. Con
quieuit ⁊ ſiluit oīs terra: gauiſa eſt ⁊ exultauit:
abietes quoq; letate ſunt ſuꝑ te: ⁊ cedri libani.
Ex quo dormiſti nō aſcēdit q ſuccidat nos. In
fernus ſubter te ꝯturbatus eſt i occurſū aduen
tus tui. ſuſcitauit tibi gigantes. Oēs ꝑncipes
terre ſurrexerūt de ſolijs ſuis. oēs ꝑncipes na
tionū. Vniuerſi rn̄debūt ⁊ dicēt tibi. Et tu vul
neratus es ſicut ⁊ nos: nr̄i ſimilis effectus es.
Detracta eſt ad inferos ſuꝑbia tua: cōcidit ca/
dauer tuū. Subter te ſternet̄ tinea. ⁊ opeimē
tum tuū erūt vermes. Quō cecidiſti de celo lu
cifer q mane oriebaris. Corruiſti i terram qui
vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo:
In celū cōſcendā. ſuper aſtra dei exaltabo ſoliū
meū: ſedebo in mōte teſtamēti. in lateribꝰ aqui
lonis. aſcendā ſuꝑ altitudinem nubium. ſimiliſ
ero altiſſimo. Verūtñ ad infernū detraheris in
ꝓfundū laci. Qui te viderint. ad te inclinabun
tur. teq; ꝑſpiciēt. Nūqd iſte eſt vir qui ꝯturba
uit terrā. q ꝯcuſſit regna. qui poſuit orbem de/
ſertū. ⁊ vrbes eius deſtruxit: vinctis eius non
aperuit carcerē. Oēs reges gentium vniuerſi
dormierūt in gloria vir in domo ſua: tu autem
ꝓiectus es de ſepulchro tuo q̄ſi ſtirps inutilis
pollutus ⁊ obuolut⁹. cū his q īterfecti ſunt gla/
dio ⁊ deſcenderūt ad fundamēta laci. Quaſi ca
dauer putridū nō habebis cōſortium: neq; cum
eis in ſepultura. Tu .n. terrā tuā diſꝑdidiſti tu
populum tuū occidiſti. Nō vocabitur in eternū
ſemē peſſimoꝝ. Preparate filios eius occiſio
ni in iniqtate patrū eorum. Non ꝯſurgent: nec
hereditabūt terrā: neq; iplebūt faciē orbis ciui
tatū. Et ꝯſurgā ſuper eos dicit dñs exercituū
⁊ ꝑdam babylonis nomē. ⁊ reliquias ⁊ germē
⁊ ꝓgeniē dicit dñs. Et ponam eā in poſſeſſio/
nē ericij. ⁊ in paludes aquaꝝ. ⁊ ſcopabo eā in
ſcopa terēs dicit dñs exercituū. Iurauit dñs ex
ercituū dicens. Si non vt putaui ita erit ⁊ quō
mēte tractaui ſic eueniet: vt ꝯteram aſſyriū in
terra mea: ⁊ in mōtibus meis ꝯculcem eum. ⁊
auferet̄ ab eis iugū ei⁹. ⁊ onus illius ab hume
ro eoꝝ tollet̄. Hoc ꝯſiliū qd̄ cogitaui ſuꝑ oēm
terrā. ⁊ h̄ eſt man⁹ extēta ſuꝑ vniuerſas gētes
Dñs exercituū decreuit. ⁊ qs poterit infirma/
re. Et manus ei⁹ extēta: ⁊ qs auertet eam. In
anno quo mortuus eſt rex achaz. factū eſt onus
iſtud. Ne leteris philiſtea ois tu. qm̄ cōminu/
ta eſt virga ꝑcuſſoris tui. De radice .n. colubri
egrediet̄ regulus: ⁊ ſemē ei⁹ abſorbens volu/
crē. Et paſcent̄ ꝑmogeniti pauperū. ⁊ paupes
fiducialiť req̄eſcent. ⁊ interire faciā in fame ra/
dicē tuā. ⁊ reliquias tuas interficiā. Vlula por
ta clama ciuitas. proſtrata eſt philiſtea omnis.
Ab aquilone .n. fumus veniet. ⁊ nō eſt q effu/
giat agmen ei⁹. Et qd rn̄debit̄ nuncijs gentis.
Quia dominus fundauit ſyon. ⁊ in ipſo ſpera
bunt pauperes populi eius.

## XV.

ONus moab. Quia nocte vaſtata eſt ar
moab cōticuit. Aſcendit domus ⁊ dy/
bon. ad excelſa in planctū: ſuper nabo
⁊ ſuper medaba. moab vlulabit. In cunctis ca
pitibus ei⁹ caluitiū. ⁊ ois barba radet̄. In tri/

uijs eiꝰ accincti ſūt ſacco: ſup tecta eiꝰ ⁊ i plateis
eius oīs vlulatus deſcendet in fletū. Clamauit
eſebon: ⁊ eleale: vſqꝫ iaſa audita ē vox eorum.
Sup h̄ expediti moab vlulabūt: aīa eius vlu/
labit ſibi. Cor meū ad moab clamabit: vectes
eius vſqꝫ ad ſegor: vitulā cōternātē: p aſcēſum
eni luith flens aſcēdet: ⁊ i via oronaim clamo/
rem ꝯtritiōis leuabūt. Aque. n. nemrim deſer
te erūt: q2 aruit herba: defecit germē. viror oīs
interijt. Scḋm magnitudinē opis ⁊ viſitatio
eoꝝ. Ad torrentē ſalicū ducēt eos qm̄ circuībit
clamor terminum moab. Vſqꝫ ad gallim vlu
latus eiꝰ. ⁊ vſqꝫ ad puteū helim clamor eiꝰ: q2
aque dybon replete ſūt ſanguine. Ponā enim
ſup dybon additamēta his qui fugerint de mo
ab leonē. ⁊ reliquijs terre. XVI

EMitte agnū dn̄e: dn̄atorē terre: de pe
tra deſerti ad montē filie ſyon. Et erit
ſicut auis fugiens. ⁊ pulli de nido auo
lantes: ſic erūt filij moab i trāſcēſu arnon. Ini
ꝯſiliū. coge ꝯſiliū: pone q̄ſi noctē vmbram tuā
in meridie. Abſcōde fugiētes: ⁊ vagos ne ꝓ/
das. Habitabūt apḋ te ꝓfugi mei. Moab eſto
latibulum eoꝝ a facie vaſtatoris. Finitꝰ ē enī
puluis: ꝯſūmatus ē miſer: defecit q̄ ꝯculcabat
terrā. Et ꝓparabit̄ in miſericordia ſoliū: ⁊ ſede
bit ſup eū i v̄itate in tabernaculo dauid: iudi/
cās ⁊ q̄rēs iudiciū. ⁊ velocit̄ reddēs qḋ iuſtū
eſt. Audiuimus ſupbiā moab: ſupbꝰ ē valde.
Supbia eiꝰ ⁊ arrogātia eius ⁊ indignatio eiuſ
pluſq̄ꝫ fortitudo eiꝰ. Idcirco vlulabit moab:
ad moab vniuerſus vlulabit. His q̄ letant̄ ſup
muros cocti lateris loquimini plagas ſuas: qm̄
ſuburbana eſebon deſerta ſūt. Et vineā ſaba/
ma: dn̄i gentium exciderunt. Flagella eiꝰ vſqꝫ
ad iaçer ꝑuenerūt: errauerūt in deſerto: ꝓpa/
gines eiꝰ relicte ſunt: trāſierūt mare. Sup hoc
plorabo in fletu iaçer ⁊ vineā ſabama. Inebri
abo te lachrymis mea eſebon ⁊ eleale: quoniam
ſuper vindemiā tuā. ⁊ ſup meſſē tuam vox cal
cātiū irruit. Et auferet̄ leticia ⁊ exultatio de car
melo: ⁊ in vineis nō exultabit neqꝫ iubilabit.
Vinū in torculari nō calcabit q̄ calcare ꝯſuene
rat vocē calcantiū abſtuli. Sup h̄ venter meꝰ ad
moab q̄ſi cithara ſonabit: ⁊ viſcera mea ad mu
rum cocti lateris. Et erit cū apparuerit qḋ labo
rauit moab ſuper excelſis ſuis. Ingrediet̄ ad
ſancta ſua vt obſecret: ⁊ non valebit. Hoc ver
bum qḋ locutꝰ ē dn̄s ad moab ex tūc: ⁊ nunc lo
cutus ē dicēs. In tribus annis q̄ſi anni mer/
cenarij auferet̄ gloria moab ſuper omni po/
pulo multo: ⁊ relinquet̄ in eo ſicut racemus ꝑ/
uus ⁊ modicus: nequaq̄ꝫ multus. XVII

ONus damaſci. Ecce damaſcus deſinet
eē ciuitas: ⁊ erit ſicut aceruus lapidū i
ruina. Derelicte ciuitates aroer: gregi
bus erūt. ⁊ requieſcēt ibi: ⁊ nō erit qui exterreat.
Et ceſſabit adiutoriū ab ephraim: ⁊ regnū a da
maſco. ⁊ reliq̄ ſyrie ſicut gloria filioꝝ iſrl̄ erūt
dicit dn̄s exercituū. Et erit in die illa attenuabi
tur glīa iacob. ⁊ pinguedo carnis eiꝰ emarce/
ſcet: ⁊ erit ſicut ꝯgregās i meſſe q̄ reſtiterit: et
brachiū eius ſpicas leget. Et erit ſicut querens
ſpicas in valle raphaim ⁊ relinquet̄ in eo ſicut
racemus ⁊ ſicut excuſſio olee. duaꝝ vel triū oli
uaꝝ i ſūmitate rami ſiue q̄ttuor aut q̄nqꝫ. In
cacuminibus eius fructus eiꝰ dicit dn̄s deꝰ iſrl̄
In die illa iclinabit̄ hō ad factorē ſuū. ⁊ oculi
eius ad ſcm̄ iſrael reſpiciēt: ⁊ non inclinabitur
ad altaria que fecerunt manus eius: ⁊ q̄ opati
ſunt digiti eius: nō reſpiciet lucos ⁊ delubra.
In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius de
relicte ſicut aratra ⁊ ſegetes q̄ derelicte ſunt a fa
cie filioꝝ iſrael. Et eris deſerta: q2 oblita es dei
ſaluatoris tui: ⁊ fortis adiutoris tui non es re/
cordata. Propterea plantabis plantationē fi
delem ⁊ germē alienū ſeminabis. In die plā
tationis tue labruſca: ⁊ mane ſemen tuum flo/
rebit. Ablata eſt meſſis in die hereditatis ⁊ do
lebit grauiter. Ve multitudini pplo͛ꝝ multoꝝ
vt multitudo maris ſonantis. ⁊ tumultus tur/
baꝝ ſicut ſonitus aquaꝝ multaꝝ. Sonabunt
ppl'i ſicut ſonitus aquaꝝ inundantiū: ⁊ incre/
pabit eū. ⁊ fugiet ꝓcul. Et rapiet̄ ſicut puluis
montiū a facie venti: ⁊ ſicut turbo corā tēpeſta
te. In tpe veſpe: ⁊ ecce turbatio in matutino.
⁊ nō ſubſiſtet. Hec ē pars eoꝝ q̄ vaſtauerunt
nos: ⁊ ſors diripiētiū nos. XVIII

VE terre cymbalo alaꝝ q̄ ē tranſflumen
ethiopie: qui mittit in mare legatos. ⁊
in vaſis papyri ſup aquas. Ite angeli
veloces ad gentem cōuulſam ⁊ dilaceratā: ad
ppl'm terribilē poſt quem non eſt alius: ad gē
tem expectantē ⁊ ꝯculcatam cuius diripuerunt
flumina terrā eius. Ad montem nōis dn̄i exer
cituū montē ſyon. Oēs habitatores orbis qui
moramini in terra: cum eleuatum fuerit ſignum
in montibus videbitis: ⁊ clangorem tube au/
dietis: quia hec dicit dominus ad me. Ego quie
ſcam ⁊ conſiderabo in loco meo: ſicut meri/
diana lux clara eſt: ⁊ ſicut nubes roris in die
meſſis. Ante meſſem enim totus efflorvit. et
immatura perfectio germinauit: ⁊ preciden/
tur ramuſculi eius falcibus: et que derelicta

fuerint abſcindentᷣ. Excutientᷣ: et relinquētur
ſimul auibus mōtiū et beſtijs tre. et eſtate ꝑpe
tua erūt ſup eū volucres. et oēs beſtie terre ſu
per illū hyemabunt. Jn tpe illo deferetᷣ munꝰ
dño exercituū a pplo diuulſo et dilacerato: a po
pulo terribili pꝰ quē nō fuit aliꝰ: a gēte expectāte
et ꝯculcata: cuiꝰ diripuerūt flumina trā eiꝰ: ad
locū nois dñi exercituum montē ſyon. XIX
Onus egypti. Ecce dñs aſcēdet ſup nu
bē leuē: et ingredietᷣ egyptū et moue-
buntᷣ ſimulacra egypti a facie eiꝰ et cor
egypti tabeſcet i medio eiꝰ. Et ꝯcurrere faciā
egyptios aduerſus egyptios: et pugnabit vir
ꝯ fratrē ſuū. et vir ꝯ amicū ſuū ciuitas aduer-
ſus ciuitatē: regnū aduerſus regnū. et dirūpetᷣ
ſpūs egypti i viſceribꝰ eiꝰ: et ꝯſiliū eiꝰ ꝑcipita
bo: et interrogabunt ſimulacra ſua. et diuinos
ſuos: et phitones et ariolos: et tradā egyptum
in manu dñoꝝ crudeliū: et rex fortis dñabitur
eoꝝ: ait dñs exercituū. Et areſcet aq̄ de mari ⁊
fluuius deſolabitᷣ atqꝫ ſiccabitᷣ. ⁊ deficiēt flumi
na. Attenuabuntᷣ ⁊ ſiccabuntᷣ riui aggeꝝ. Ca
lamus et iuncus marceſcet: nudabitᷣ alueꝰ riui
a fonte ſuo. Et ois ſementis irrigua ſiccabitᷣ are
ſcet et non erit. Et merebunt piſcatores: et lu-
gebūt oēs mittentes ī flumē hamū. et expandē
tes rethe ſup faciē aquaꝝ emarceſcēt. Confun
dentᷣ q̄ opabantᷣ linū: pectentes et texētes ſub
tilia. Et erunt irrigua eiꝰ flaccētia: oēs q̄ facie
bant lacunas ad capiendos piſces. Stulti ꝑn-
cipes thaneos: ſapiētes ꝯſiliarij pharaonis de
derūt ꝯſiliū inſipiēs. Quō dicetis pharaoni:
filius ſapiētiū ego: filius regū āntiq̄ꝝ. Vbi nūc
ſūt ſapiētes tui. Annūcient tibi et indicēt quid
cogitauerit dñs exercituū ſup egyptū. Stulti
facti ſunt ꝑncipes thaneos: emarcuerūt ꝑnci-
pes mēpheos: deceperūt egyptū: angulū pplo
rū eius. Dñs miſcuit in medio eius ſpm̄ verti-
ginis: et errare fecerūt egyptū i oi ope ſuo: ſicut
errat ebrius et vomēs. Et nō erit egypto opꝰ
quod faciat: caput et caudam incuruātē et refre
nātē. Jn die illa erit egyptus quaſi mulieres.
et ſtupebūt et timebūt a facie ꝯmotiōis manus
dñi exercituū: quā ipſe mouebit ſup eā. et erit
terra iuda egypto i pauorē. Ois q̄ illius fuerit
recordatus: pauebit a facie ꝯſilij dñi exercituū
qđ ipſe cogitauit ſup eā. Jn die illa erūt quinqꝫ
ciuitates in trā egypti loquētes lingua chanaā
et iurātes ꝑ dñm exercituū. Ciuitas ſolis voca
bitur vna. Jn die illa erit altare dñi in medio
terre egypti. et titulus dñi iuxta terminū eius:
et erit in ſignū et in teſtimonium domino exer
cituū in terra egypti. Clamabūt. n. ad dominū
a facie tribulantis. et mittet eis ſaluatorē. et ꝓ-
pugnatorē q̄ liberet eos. Et cognoſcetᷣ domi-
nus ab egypto: et cognoſcent egyptij dominū
in die illa: et colēt eū i hoſtijs et in muneribus
et vota vouebūt domino et ſoluent. Et ꝑcutiet
dominꝰ egyptū plaga et ſanabit eā: et reuertētᷣ
egyptij ad dominū. et placabitᷣ eis. et ſanabit
eos. Jn die illa erit via de egypto in aſſyrios:
et intrabit aſſyriꝰ egyptū: et egyptius in aſſyri
rios. et ſeruiēt egyptij aſſur. Jn die illa erit iſ-
rael tertius egyptio et aſſyrio: benedictio i me
dio terre: cui benedixit dominus exercituū di-
cens. Benedictꝰ populus meꝰ egypti: et opꝰ
manuum mearum aſſyrius: hereditas autem
mea iſrael. XX
In anno quo igreſſus ē thartan i azo-
tū: cū miſiſſet eū ſargon rex aſſyriorū
et pugnaſſet ꝯ azotū et cepiſſet eā: i tpe
illo locutꝰ ē dominꝰ i manu iſaie filij amos: di-
cens. Vade et ſolue ſaccum de lumbis tuis: et
calciamēta tua tolle de pedibꝰ tuis. Et fecit ſic:
vadēs nudus et diſcalciatꝰ. Et dixit dominus
Sicut ambulauit ſuus meꝰ iſaias nudꝰ et diſcal
ciatꝰ: triū ānoꝝ ſignū et portētum erit ſup egy
ptum et ſup ethiopiā: ſic minabit rex aſſyrioꝝ
captiuitatē egypti: et trāſmigrationē ethiopie
iuuenē et ſenē: nudā et diſcalciatā diſcoopertis
natibꝰ ad ignominiā egypti. Et timebūt et cō
fundētur ab ethiopia ſpe ſua: et ab egypto glo
ria ſua. Et dicet hītator iſule hꝰ i die illa. Hec
eine erat ſpes nrā: ad quos ꝯfugimꝰ i auxiliū
vt liberarēt nos a facie regis aſſyrioꝝ. Et quō
effugere poterimus nos. XXI
Onus deſerti maris. Sicut turbines ab
africo veniūt: de deſerto venit. de tra
horribili. Viſio dura nūciata ē mihi.
Qui incredulꝰ ē: infideliter agit: et q̄ depopula
tor ē: vaſtat. Aſcēde elam: obſide mede: omnē
gemitū eius ceſſare feci. Propterea repleti ſūt
lūbi mei dolore: et anguſtia poſſedit me: ſicut
anguſtia parturiētis. Corrui cū audirem: con
turbatus ſum cum viderē. Emarcuit cor meū
tenebre ſtupefecerūt me. Babylō dilecta mea
poſita ē mihi i miraculū. Pone menſam: ꝯtē-
plare i ſpecula. Comedētes ⁊ bibentes: ſurgi
te ꝑncipes: arripite clypeū. Hec. n. dixit mihi
dominus. Vade ⁊ pone ſpeculatorem: ⁊ qdcū
qꝫ viderit annūciet. Et vidit currū duoꝝ eqtū
aſcēſorem aſini ⁊ aſcēſorē cameli: et ꝯtēplatus
eſt diligēter multo intuitu. Et clamauit vt leo. Su
per ſpeculā dñi ego ſū ſtās iugit ꝑ diē: ⁊ ſuper

cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus
Ecce iſte venit aſcenſor vir bige equituꝫ. Et re
ſpōdit ⁊ dixit. Cecidit cecidit babylō. ⁊ oia ſcul
ptilia deoꝝ eius ꝯtrita ſūt i terrā. Tritura mea
⁊ filia aree mee. q̄ audiui a dño exercituum deo
iſrael annunciaui vobis. Onus duma. Ad me
clamat ex ſeir. Cuſtos quid de nocte: cuſtos qd
de nocte. Dixit cuſtos. Venit mane ⁊ nox. Si
q̄ritis querite. ꝯuertimini ⁊ venite. Onus i ara
bia. In ſaltu ad veſperā dormietis: in ſemitis
dodanim. Occurentes ſitienti ferte aquaꝫ. qui
habitatis terrā auſtri. cuꝫ panibus occurrite fu
gienti. A facie .n. gladiorū fugerūt a facie gla
dij imminentis: a facie arcus extenti. a facie gra/
uis plij: qm̄ hec dicit dominus ad me. Adhuc
in vno anno quaſi i anno mercenarij ⁊ auferer/
tur oīs gloria cedar. ⁊ reliquie numeri ſagitta/
riorū fortium de filijs cedar imminuenť. Domi
nus enim deus iſrael locutus eſt. XXII

O Nus vallis viſionis. Quid nam tibi
quoqꝫ eſt qa aſcēdiſti ⁊ tu ois itecta cla
moris plena: vrbs frequēs. ciuitas ex
ultans. Interfecti tui nō interfecti gladio: nec
mortui mortui in bello. Cuncti pncipes tui
fugerūt ſimul: dureqꝫ ligati ſunt. Oēs q iuen
ti ſūt vincti ſūt pariter: pcul fugerūt. Propte/
rea dixi recedite a me: amare flebo. Nolite icū
bere vt cōſolamini me ſup vaſtitate filie populi
mei: Dies .n. interfectiōis ⁊ ꝯculcationis ⁊ fle
tuū dño deo exercituū in valle viſiōis. Scrutāſ
murum. ⁊ magnificus ſup montē. Et elā ſum
pſit pharetrā: ⁊ currū hois equitis: ⁊ parietem
nudauit clypeus. Et erūt electe valles tue ple/
ne quadrigarū: ⁊ eqtes ponēt ſedes ſuas i por
ta. ⁊ reuelabiť opimentū iude. Et videbitis in
die illa armamētarū domus ſaltꝰ: ⁊ ſciſſuras ci
uitatis dauid videbitis. quia multiplicate ſunt
Et congregaſtis aquas piſcine inferioris. ⁊ do
mus irlm̄ numeraſtiſ ⁊ deſtruxiſtis domos ad
muniendum murum. Et lacuꝫ feciſtis inter du
os muros. ⁊ aquam piſcine veteris ⁊ nō ſuſpe
xiſtis ad eum q fecerat eam. ⁊ operatorem eius
de longe nō vidiſtis. Et vocabit dominus deꝰ
exercituū in die illa ad fletū: ⁊ ad planctum. ad
caluitiū. ⁊ ad cingulum ſacci. ⁊ ecce gaudium ⁊
leticia occidere vitulos. ⁊ iugulare arietes. co/
medere carnes. ⁊ bibere vinuꝫ. Comedamus
⁊ bibamus: cras .n. moriemur. Et reuelata eſt
in auribus meis vox domini exercituū. Si di/
mitteť iniquitas hec vobis. donec moriamini:
dicit dñs deꝰ exercituū. Hec dicit dñs deus ex
ercituuꝫ. Vade ingredere ad eum q habitat in
tabernaculo. ad ſobnam pponitum templi: ⁊ di
ces ad eum. Quid tu h̄ aut q̄ſi qs h̄. Quia ex/
cidiſti tibi hic ſepulchruꝫ: excidiſti in excelſo me
moriale. diligenter in petra tabernaculuꝫ tibi.
Ecce dñs aſportari te faciet: ſicut aſportať gal/
lus gallinatius: ⁊ q̄ſi amictuꝫ ſic ſubleuabit te.
Coronans coronabit te tribulatione quaſi pilā
mittet te in terram latam ⁊ ſpatioſam. Ibi mo/
rieris. ⁊ ibi erit currus glorie tue ⁊ ignominia
domꝰ domini tui. Et expellā te de ſtatione tua:
⁊ de miniſterio tuo depenam te. Et erit in die
illa vocabo ſeruū meum eliachim filiuꝫ helchie
⁊ induā illū tunica tua. ⁊ cingulo tuo conforta/
bo eū. ⁊ poteſtatem tuam dabo in manu eiuſ. ⁊
erit q̄ſi pater habitātibꝰ irlm̄ ⁊ domui iuda. Et
dabo clauem domus dauid ſuper humeruꝫ eiꝰ
⁊ aperiet: ⁊ non erit q claudat: ⁊ claudet. ⁊ non
erit qui aperiat. Et figam illū paxillum in loco
fideli. ⁊ erit in ſolium glorie domui patris ſui
⁊ ſuſpendā ſup eū oēm gloriā domꝰ patris eiꝰ
Vaſoꝝ diuerſa genera: oē vas puulū. a vaſis
crateraꝝ. vſqꝫ ad oē vas muſicoꝝ. In die illa
dicit dñs exercituū. auferet paxillꝰ q fixꝰ fuerat
in loco fideli ⁊ frāgeť ⁊ cadet: ⁊ pibit qd pepen
derat in eo. qa dñs locutus eſt. XXIII

O Nus tyri. Vlulate naues maris. quia
vaſtata eſt domus vn̄ venire ꝯſueue/
rat. de tra cethim reuelatū eſt eis. Tace
te q habitatis i iſula: negociatio ſidonis. Trāſ
fretātes mare repleuerūt te i aqs multiſ. ſemen
nili meſſis fluminis fruges eiꝰ. ⁊ facta eſt nego/
ciatio gentiū. Erubeſce ſidon ait mare: fortitu/
do mariſ dicēs. Nō parturiui ⁊ nō peperi. ⁊ nō
enutriui iuuenes. nec ad incrementum pduxi
ꝟgines. Cum auditū fuerit i egypto: dolebūt
cū audierint de tyro. Tranſite maria: vlulate q
habitabitis in iſula. Nūqd nō h̄ via eſt: q̄ glo
riabať a diebus p̄ſtinis in antiqtate ſua. Ducēt
eā pedes ſui lōge ad pegrinādū. Quis cogita/
uit h̄ ſup tyrū. quōdā coronatā Cuiꝰ negotiato
res pncipes: inſtitores eiꝰ inclyti ire. Dominꝰ
exercituū cogitauit h̄: vt detraheret ſupbiā ois
glorie. ⁊ ad ignominiā deduceret vniuerſos in
clytos ire. Trāſi terrā tuā q̄ſi flumē filia mariſ
nō eſt cingulū vltra tibi. Manū ſuā extēdit ſup
mare: ꝯturbauit regna. Dñs mādauit aduer/
ſus chanaan: vt ꝯtereret fortes eius. Et dixit.
Non adijcies vltra vt glorieriſ: calūniam ſuſti
nens virgo filia ſidonis. In cethim ꝯſurgēs
tranſfreta: ibi quoqꝫ non erit requies tibi. Ecce
terra caldeoꝝ talis pplus non fuit: aſſur funda
uit eam. In captiuitatē traduxerunt robuſtos

eius. ſuffoderunt domus eius: poſuerunt eã in
ruinã. Vlulate naues maris. qa deuaſtata eſt
fortitudo vr̃a. Et erit i die illa i obliuiõe eris o
tyre ſeptuagita ãnis: ſic̃ dies regis vni⁹. Poſt
ſeptuaginta ãnos erit tyro q̃ſi cãticũ meretricis
Sume tibi citharã. circue ciuitatẽ meretrix obli
uiõi tradita. Bñ cane. frequẽta cãticũ: vt me⸗
moria tui ſit. Et erit poſt ſeptuagita ãnos viſi⸗
tabit dñs tyrũ. ⁊ reducet eã ad merces ſuas: ⁊
rurſũ fornicabit̃ cũ vniuerſis regnis t̃re ſup fa
ciẽ t̃re. ⁊ erũt negociatiões ei⁹. ⁊ merces ei⁹ ſc̃ti
ficate dño. Nõ ꝯdent̃ neq; reponẽt̃. q; his qui
habitauerit corã dño erit negociatio ei⁹. vt mã
ducẽt i ſaturitatẽ: ⁊ veſtiant̃ vſq; ad vetuſtatẽ.

Ecce dñs diſſipauit terrã. XXIIII.
⁊ nudabit eã. ⁊ affliget faciẽ eius ⁊ di
ſpget habitatores eius. Et erit ſicut po
pulus ſic ſacerdos. ⁊ ſic̃ ſuus ſic dñs eius. ⁊ ſi
cut ãcilla ſic dña eius. Sic̃ emẽs ſic ille q vẽdit
ſic̃ fenerator ſic is q mutuũ accipit. ſicut qui re⸗
petit. ſic q debet. Diſſipatione diſſipabit̃ terra
⁊ direptiõe pdabit̃. Dñs. n. locutus eſt v̾bũ
hoc. Luxit ⁊ defluxit ira ⁊ ifirmata ẽ: defluxit
orbis ⁊ ifirmata ẽ altitudo ppli t̃re. ⁊ terra ifi⸗
fecta eſt ab hitatoribus ſuis: q; trãſgreſſi ſunt le
ges mutauerũt ius: diſſipauerũt fedus ſempit⸗
nũ. Propter h̃ maledictio vorabit terrã. ⁊ pec
cabunt hitatores eius. ióq; inſanient cultores ei⁹
⁊ relinquent̃ hoies pauci. Luxit vindemia. in
firmata eſt vitis: ingemuerũt oẽs qui letabant̃
corde. Ceſſauit gaudium tympanoꝝ quieuit ſo
nitus letantium: conticuit dulcedo cythare. Cũ
cantico non bibent vinum: amara erit potio bi
bẽtibus illã. Attrita eſt ciuitas vanitatis clau
ſa eſt oĩs domus nullo introeũte. Clamor erit
ſup vino i plateis: deſerta eſt oĩs leticia: trãſla⸗
tũ eſt gaudiũ t̃re. Relicta eſt in vrbe ſolitudo. ⁊
calamitas opprimeret portas. Quia h̃ erũt i me
dio t̃re i medio pploꝝ. Quõ ſi pauce oliue que
remãſerũt excutiãt̃ ex olea. ⁊ racemi cũ fuerit fi
nita vindemia. Hi leuabũt vocem ſuã atq; lau
dabũt: cũ glorificatus fuerit dñs hinnient de ma
ri. Propter hoc i doctrinis glorificate dñm. in
iſulis maris nomẽ domini dei iſrl̃. A finibus
t̃re laudes: audiuim⁹ gl̃iam iuſti. Et dixi. Se⸗
cretũ meũ mihi: ſecretũ meum mihi. Ve mihi.
Preuaricãtes p̃uaricati ſunt. ⁊ p̃uaricatõe trãſ
greſſoꝝ p̃uaricati ſunt. Fortitudo ⁊ ſouea ⁊ la
queus ſup te: q hitatores terre. Et erit qui fu⸗
gerit a facie formidinis cadet in foueã. ⁊ qui ſe
explicauerit de fouea. tenebit̃ laqueo. q;. catara
cte de excelſis aperte ſunt: ⁊ cõcutientur funda
menta terre. Confractione confringetur terra
ꝯtritione conteret̃ terra. Commotione cõmo⸗
uebit̃ terra. agitatione agitabitur terra ſic̃ ebri
us. ⁊ auferetur quaſi tabernaculum vnius no
ctis. Et grauabit eam iniquitas ſua. ⁊ corruet.
⁊ non adijciet vt reſurgat. Et erit in die illa. vi
ſitabit dominus ſuper militiam celi in excelſo.
⁊ ſuper reges terre qui ſunt ſuper terram. Et
congregabuntur in congregatione vnius fa⸗
ſcis in lacum ⁊ claudentur ibi in carcere. ⁊ poſt
multos dies viſitabuntur. Et erubeſcet luna. ⁊
confundetur ſol. cum regnauerit domin⁹ exer
cituũ in mõte ſyon ⁊ i hieruſalẽ. ⁊ in conſpectu
ſenum ſuorum fuerit glorificatus. XXV.

Domine deus meus es tu. ⁊ exaltabo te
⁊ ꝯfitebor noi tuo: qm̃ feciſti mirabilia
cogitatiões antiquas fideles. amẽ. Qr
poſuiſti ciuitatẽ i tumultũ: vrbẽ fortẽ in ruinã
domũ alienoꝝ: vt nõ ſit ciuitas. ⁊ i ſempiternũ
edificet̃. Sup hoc laudabit te populus fortis. ciui
tas gẽtiũ robuſtarũ timebit te. Quia factus es
fortitudo pauperi: fortitudo egeno i tribulatiõe
ſua: ſpes a turbine. vmbraculũ ab eſtu. Spiri⸗
tus. n. robuſtoꝝ. q̃ſi turbo ipellẽs parietẽ. Si
cut eſtus i ſiti. tumultũ alienoꝝ humiliabis. ⁊
q̃ſi calore ſub nube torrẽte, ppaginẽ fortiũ mar
ceſcere facies. Et faciet dñs exercituũ oibus po
pulis i mõte h̃ ꝯuiuiũ pinguiũ. ꝯuiuiũ vinde
mie: pinguiũ medullatoꝝ: vindemie defecate.
Et p̃cipitabit i mõte iſto faciẽ vinculi colliga⸗
ti ſup oẽs pplos. ⁊ telã quã orditus eſt ſup oẽs
natiões. Precipitabit mortẽ i ſempiternũ. Et
auferet dñs deus lachrymã ab oi facie. ⁊ oppro
brium populi ſui auferet de vniuerſa terra: qa
dñs locutus eſt. Et dicẽt in die illa. Ecce deus
noſter iſte: expectabim⁹ eũ ⁊ ſaluabit nos. Iſte
dñs ſuſtinuim⁹ eũ. ⁊ exultabim⁹ ⁊ letabimur i
ſalutari ei⁹. q; requieſcet manus dñi i mõte iſto.
Et triturabit̃ moab ſub eo: ſicuti terunt̃ palee i
plauſtro. Et extendet manus ſuas ſub eo: ſicut
extendit natans ad natandũ. ⁊ humiliabit glo⸗
riã eius cũ alliſione manuũ eius. Et munimẽ⸗
ta ſublimiũ muroꝝ tuoꝝ ꝯcident. ⁊ humiliabũ
tur ⁊ detrahentur in terram vſq; ad puluerẽ.

In die illa cantabit̃ can⸗ XXVI.
ticũ iſtud in terra iuda. Vrbs fortitu⸗
dinis noſtre: ſaluator ponet̃ in ea mu⸗
rus ⁊ antemurale. Aperite portas ⁊ ingrediet̃
gens iuſta. cuſtodiens veritatẽ. Vetus error
abijt: ſeruabis pacem: pacem quia in te ſperaui
mus. Sperastis in domino in ſeculis eternis in
domino deo forti i ppetuum. Quia incuruabit

habitātes i excelſo ciuitatē ſublimē humiliabit
humiliabit eā vſqȝ ad terrā: detrahet eam vſqȝ
ad puluerē. Cōculcabit eaȝ pes: pes pauperis
greſſus egenoꝝ. Semita iuſti recta eſt: rectus
callis iuſti ad ambulandū. Et in ſemita iudicio
rū tuoꝝ domine ſuſtinuimus te: nomē tuū ⁊ me
moꝛiale tuū in deſiderio aīe. Aīa mea deſidera
uit te in nocte: ſed ⁊ ſpū meo in pcoꝛdijs meis:
de mane vigilabo ad te. Cū feceris iudicia tua
in terra: iuſticiā diſcēt habitatoꝛes oꝛbis. Mi/
ſereamur ipio. ⁊ nō diſcet iuſticiā. In terrā ſā
ctoꝝ iniq̄ geſſit. ⁊ nō videb ı gloriā dn̄i. Domi
ne exaltet᷑ manus tua vt nō videant: videāt ⁊
cōfundant᷑ zelantes ppl'i: ⁊ ignis hoſtes tuos
deuoꝛet. Dn̄e dabis pacē nobis: oīa.n. opera
noſtra operatus es nobis. Domine de⁹ noſter
poſſederūt nos dn̄i abſqȝ te: tm̄ i te recoꝛdemur
nois tui. Moꝛiētes nō viuāt: gigātes nō reſur
gant. Propterea viſitaſti ⁊ ꝯtriuiſti eos: ⁊ p/
didiſti oēm memo.iā eoꝝ. Indulſiſti gēti dn̄e
īdulſiſti gēti. Nūqd gloꝛificatus es? elongaſti
oēs terminos terre. Dn̄e in āguſtia reqſierūt
te: in tribulatōe murmuris doctria tua eis. Si
cut q̄ ꝯcipit cū appropinq̄uerit ad partū: dolēs
clamat in doloꝛibus ſuis: ſic facti ſumus. A fa/
cie tua dn̄e ꝯcepimus: ⁊ q̄ſi parturiuim⁹ ⁊ pe/
perimus ſpm̄. Salutes non fecimus in tra: iō
nō ceciderūt habitatoꝛes terre. Viuēt moꝛtui
tui: iterfecti mei reſurgent. Expgiſcimi ⁊ lau/
date q̄ hitatis in puluere: qꝛ ros lucis ros tuus
⁊ terrā gigantū detrahes in ruinā. Vade po/
pulus me⁹: itra i cubicula tua. claude oſtia tua
ſup te. Abſcōdere modicū ad momētū: donec
ptranſeat indignatio mea. Ecce.n. dn̄s egre/
diet᷑ de loco ſuo: vt viſitet iniqtatē hitatoris ter
re ꝯ eū: ⁊ reuelabit tra ſanguinē ſuū: ⁊ nō ope
riet vltra iterfectos ſuos. XXVII

In die illa viſitabit dn̄s in gladio ſuo
duro ⁊ grādi ⁊ forti: ſup leuiathan ſer/
pentē vectē: ⁊ ſup leuiathan ſerpentē
toꝛtuoſū: ⁊ occidet cetū q̄ in mari ē. In die illa
vinea meri cātabit ei. Ego dominus q̄ ſuo eam
repente ꝓpinabo ei: ne foꝛte viſitet᷑ ꝯ eā. No/
cte ⁊ die ſeruo eā: idignatio non ē mihi. Quis
dabit me ſpinā ⁊ veprē? In p̄lio gradiar ſup
eam: ſuccendā eā pariter. An potꝰ tenebo foꝛ/
titudinē meā? Faciet pacē mihi: pacē faciet mi/
hi. Qui egredient᷑ ipetu a iacob: floꝛebit ⁊ ger
minabit iſrael: ⁊ iplebunt faciem oꝛbis ſemine.
Nunqd iuxta p'agā pcutientis ſe pcuſſit eum?
Aut ſicut occidit interfectos eius ſic occiſus ē.
In menſura ꝯ menſurā cū abiecta fuerit iudica
bit eam: meditatus eſt in ſpū ſuo duro p diem
eſtus. Idcirco ſup h̄ dimittet᷑ iniquitas domui
iacob: ⁊ iſte oīs fructus: vt auferat᷑ pctm̄ eius.
Cū poſuerit oēs lapides altaris: ſicut lapides
cineris alliſos: nō ſtabūt luci ⁊ delubra. Ciui/
tas.n. munita deſolata erit: ſpacioſa relinquet᷑
⁊ dimittet᷑ quaſi deſertū. Ibi paſcet᷑ vitulus: ⁊
ibi accubabit: ⁊ cōſumet ſūmitates eius. In ſic
citate meſſis illius cōterent᷑ mulieres venietes
⁊ docentes eā. Nō eſt eni populus ſapiēs: ꝓ/
pterea nō miſerebit᷑ eius q̄ fecit eū: ⁊ q̄ foꝛma/
uit eū: nō parcet ei. Et erit in die illa pcutiet do
minus ab alueo fluminis vſqȝ ad toꝛrētē egypti
⁊ vos ꝯgregabimini vn⁹ ⁊ vn⁹ filij iſrael. Et
erit in die illa clanget᷑ in tuba magna. ⁊ venient
qui pditi fuerant de terra aſſirioꝝ: ⁊ qui eiecti
erant de terra egypti: ⁊ adoꝛabunt dominū in
monte ſancto in hieruſalem. XXVIII

Ve coronе ſupbie ebrijs ephraim: ⁊ flo/
ri decidenti: gloꝛie exultationis eius: q̄
erāt in vertice vallis pinguiſſime erran
tes a vino. Ecce validus ⁊ foꝛtis dn̄s. ſicut i/
petus grādinis turbo ꝯfringens: ſicut impet⁹
aquaꝝ multaꝝ inundantiū: ⁊ emiſſaꝝ ſup terrā
ſpacioſā. Pedibus conculcabit᷑ coꝛona ſupbie
ebrioꝝ ephraim. Et erit flos decidēs gloꝛie ex
ultatiōis eius: q̄ eſt ſup verticē vallis pinguiū:
q̄ſi tēperaneū ante maturitatē autūni. Qd cū
aſpexerit vidēs: ſtatī vt manu tenuerit: deuo/
rabit illud. In die illa erit dominus exercituum
coꝛona gloꝛie. ⁊ ſertū exultatiōis reſiduo popl'i
ſui: ⁊ ſpūs iudicij ſedēti ſup iudiciū: ⁊ foꝛtitu/
do reuertētibus de bello ad poꝛtā. Verum hi
quoqȝ p̄ vino neſcierūt: ⁊ p̄ꝛe ebrietate errauc/
runt. Sacerdos ⁊ ꝓpheta neſcierūt p̄ꝛe ebrieta
te: abſoꝛti ſunt a vino: errauerunt in ebꝛietate.
neſcierūt videntē: ignoꝛauerūt iudiciū. Oēs
enim menſe replete ſūt vomitu ſoꝛdiūqȝ: ita vt
non eſſet locus vltra. Quem docebit ſcientiā
⁊ quē intelligere faciet auditū? Ablactatos a la
cte: auulſos ab vberib⁹: qꝛ manda remanda.
manda remanda. expecta reexpecta. expecta re
expecta. modicū ibi. modicū ibi. In loquela.n.
labij ⁊ lingua altera loquet᷑ ad populū iſtū. cui
dixit. Hec eſt reqes mea reficite laſſum. ⁊ hoc
eſt refrigeriū meū. ⁊ noluerunt audire. Et erit
eis verbū domini. manda remanda. māda re
manda. expecta reexpecta. expecta reexpecta.
modicum ibi. modicū ibi. vt vadant ⁊ cadant
retroꝛſū. ⁊ conterant᷑ ⁊ illaqueant᷑ ⁊ capiantur.
Propter hoc audite verbū dn̄i viri illuſoꝛes:
qui dn̄amini ſup populū meum qui eſt in irl'm.

Dixiſtis eni. Percuſſimus fedus cū morte: ⁊
cū inferno fecim⁹ pactū. Flagellū inundās cū
tranſierit: nō veniet ſup nos: q͛ poſuimus mē
daciū ſpem nr̄am: ⁊ mendacio ꝓtecti ſum⁹. Jde
circo hec dicit dominus deus. Ecce ego mittam
in fundamētis ſyon lapidē: lapidē ꝓbatū. an/
gularē: p̄cioſum: in fundamento fundatum.
Qui crediderit: nō feſtinet. Et ponā in ponde
re iudiciū. ⁊ iuſtitiā in menſura. Et ſubuertet
grando ſpē mēdacij: ⁊ protectionē. Aque in/
undabūt: ⁊ delebit̄ fedus vr̄m cū morte: ⁊ pa/
ctum veſtrū cū inferno non ſtabit. Flagellū in
undans cū tranſierit: eritis ei in conculcationē
Quādocūq₃ ptrāſierit: tollet vos: qm̄ mane dilu/
culo ptranſibit in die ⁊ in nocte: ⁊ tm̄modo ſo/
la vexatio intellectū dabit auditui. Coāguſta/
tum eſt eni ſtratū: ita vt alter decidat: ⁊ palliū
breue: vtrūq₃ opire nō pōt. Sicut eni in mōte
diuiſionū ſtabit dn̄s: ſic in valle q̄ ē in gabaon
iraſcetur: vt faciat opus ſuum. alienum opus
eius: vt operetur opus ſuū. Peregrinum eſt
opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere: ne
forte ꝯſtringant̄ vincula vr̄a. Conſūmationē
enim ⁊ abbreuiationē audiui a dn̄o deo exerci
tuū ſup vniuerſā terrā. Auribus ꝑcipite ⁊ au/
dite vocē meā. attendite ⁊ audite eloquiū meū.
Nunquid tota die arabit arās vt ſerat: ꝓſcin
det. ⁊ ſarriet humū ſuā. Nōne cū adequerit fa
ciem eius: ſeret gith. ⁊ cyminū ſpget. ⁊ ponet
triticū ꝑ ordinē ⁊ hordeū ⁊ milium ⁊ viciā in fi
nibus ſuis? Et erudiet illū in iudicio: de⁹ ſuus
docebit illum. Nō. n. in ſerris triturabit̄ gith:
nec rota plauſtri ſup cyminū circuibit: ſ₃ in vir
ga excutiet̄ gith: ⁊ cyminū in baculo. panis aūt
cōminuet̄. Verū non in perpetuum triturans
triturabit illū: neq₃ vexabit eum rota plauſtri:
nec vngulis ſuis cōminuet eū. Et h̄ a dn̄o deo
exercituū exiuit vt mirabile faceret ꝯſilium: et
magnificaret iuſtitiam.

XXIX

Ve ariel. Ariel ciuitas quā expugnauit
dauid. Additus ē annus ad annū ſo/
lēnitates euolute ſunt. Et circūuallabo
ariel. ⁊ erit triſtis ⁊ merens: ⁊ erit mihi quaſi
ariel. Et circūdabo quaſi ſperā in circuitu tuo
⁊ iaciā ꝯ͛ te aggerē. ⁊ munimēta ponā in obſi/
dionē tuā. Humiliaberis: de terra loq̄ris: et
de humo audiet̄ eloquiū tuū. Et erit q̄ſi phito/
nis de t͛ra vox tua. ⁊ de humo eloquiū tuū mu
ſſitabit. Et erit ſicut puluis tenuis: multitudo
ventilantiū te: ⁊ ſicut fauilla ptrāſiens multitu
do eoꝝ qui ꝯ͛ te p̄ualuerunt. Eritq₃ repēte con
feſtim a dn̄o exercituū: viſitabit̄ in tonitruo et
cōmotiōe terre: ⁊ voce magna turbinis. ⁊ tem
peſtatis. ⁊ flāma ignis deuorantis. Et erunt ſi
cut ſomnium viſionis nocturne multitudo oī/
um gētiū q̄ dimicauerūt ꝯ͛ ariel ⁊ oēs qui mili
tauerunt ⁊ obſederunt ⁊ p̄ualuerunt aduerſus
eā. Et ſicut ſomniat eſuriēs ⁊ comedit: cū autē
fuerit exꝑgefactus vacua eſt aīa eius. Et ſicut
ſomniat ſitiēs ⁊ bibit: ⁊ poſtq̄₃ fuerit exꝑgefa/
ctus: laſſus adhuc ſitit: ⁊ aīa eius vacua eſt: ſic
erit multitudo oīum gētiū q̄ dimicauerūt ꝯ͛ mō
tem ſyon. Obſtupeſcite ⁊ ammiramini: fluctua/
te ⁊ vacillate: inebriamini ⁊ non a vino: moue
mini ⁊ nō in ebrietate: qm̄ miſcuit vobis dn̄s
ſpm̄ ſoporis. Claudet oculos vr̄os: ꝓphas et
p̄ncipes vr̄os q vident viſiones operiet. Et erit
vobis viſio oīum ſicut v͛ba libri ſignati: que₃
cū dederint ſciēti lr̄as: dicent lege iſtū: ⁊ rn̄de/
bit: non poſſū: ſignatus eſt eni. Et dabit̄ liber
neſcienti lr̄as. diceť q₃ ei: lege. ⁊ reſpōdebit: ne
ſcio lr̄as. Et dixit dn̄s. Eo q͛ appropiquat po
pulus iſte ore ſuo: ⁊ labijs ſuis glorificat me:
cor aūt eius lōge eſt a me: ⁊ timuerunt me mā/
dato hoīum ⁊ doctrinis: ideo ecce ego addam
vt ām̄irationē faciā pplō huic miraculo grādi
⁊ ſtupēdo. Peribit. n. ſapia a ſapiētibus eius
⁊ itellect⁹ prudentiū ei⁹ abſcōdet̄. Ve q ꝓfūdi
eſtis corde: vt a dn̄o abſcōdatis ꝯſilium: quorū
ſūt i tenebris opa. ⁊ dicūt. Quis videt nos: ⁊
qs nouit nos? Peruerſa ē hec vr̄a cogitatio: q̄
ſi ſi lutū ꝯ͛ figulū cogitet: et dicat opus factori
ſuo: nō feciſti me ⁊ figmentū dicat fictori ſuo: n̄
intelligis: Nōne adhuc i modico ⁊ in breui cō/
uertet̄ liban⁹ i chermel. ⁊ chermel i ſaltū repu
tabit̄. Et audiēt i die illa ſurdi v͛ba libri: ⁊ de
tenebris ⁊ de caligine oculi cecoꝝ ⁊ videbunt.
Et addēt mites i dn̄o leticiam ⁊ pauperes ho/
mines in ſcō iſrl̄ exultabūt: qm̄ defecit q p̄uale
bat: ꝯſummatus ē illuſor ⁊ ſucciſi ſūt oēs q vigi
labant ſup iniq̄tatē: q peccare faciebāt hoīes
in v͛bo: ⁊ arguētē in porta ſupplātabant: ⁊ de
clinauerunt fruſtra a iuſto. Propter h̄ hec di/
cit dn̄s ad domū iacob: q redemit abrahā. Nō
modo ꝯfundet̄ iacob: nec modo vultus eius erube
ſcet: ſed cū viderit filios ſuos opa manuū mea
rum: in medio ſui ſcificantes nomē meū: ⁊ ſci
ficabunt ſcm̄ iacob. ⁊ deum iſrael p̄dicabunt. ⁊
ſcient errantes ſpiritu intellectū: ⁊ muſſitatores
diſcent legem.

XXX

Ve filij deſertores dicit dn̄s vt faceretis
ꝯſilium: et non ex me: ⁊ ordiremini telā
⁊ nō ꝑ ſpm̄ meū: vt adderetis peccm̄ ſu
per peccm̄: q ābulatis vt deſcēdatis in egyptū: et

os meū non interrogaſtis: ſperātes auxiliū in
fortitudine pharaōis: ⁊ hūtes fiduciā i vmbra
egypti: et erit vobis fortitudo pharaonis i ꝯfu
ſionē. ⁊ fiducia vmbre egypti i ignominiam.
Erāt. n. i taphnis principes tui. et nuncij tui
vſqꝫ ad anes puenerūt. Oēs ꝯfuſi ſunt ſuper
pplo q eis ꝓdeſſe nō potuit. Nō fuerūt in au/
xiliū. et in aliquā vtilitatē: ſed in ꝯfuſionē et i
opprobriū. Onus iumētoꝝ auſtri. In terra
tribulatiōis et anguſtie: leena et leo. ex eis vi/
pera et regul⁹ volās: portantes ſup humeros
iumentoꝝ diuitias ſuas: et ſup gibbū cameloꝝ
theſauros ſuos: ad ppl'm q eis ꝓdeſſe non po
terit. Egyptus. n. fruſtra et vane auxiliabitur.
Ideo clamaui ſup h: ſupbia tm̄ ē: qeſce. Nūc
ḡ igreſſus ſcribe ei ſup buxū: et in libro diligē
ter exara illō: et erit in die nouiſſimo i teſtimo
nium vſqꝫ in eternū. Populus eni ad iracun
diā ꝓuocās ē: et filij mēdaces: filij nolētes au
dire legem dei. Qui dicūt vidētibus nolite vi
dere: et aſpiciētibus nolite aſpicere nobis ea q
recta ſunt. Loquimini nobis placētia videte no
bis errores: auferte a me viā: declinate a me ſe
mitam: ceſſet a facie nr̄a ſcūs iſrl'. Propterea
hec dicit ſcūs iſrl'. Pro eo q repbaſtis ꝟbū
h. et ſperaſtis i calumnia et in tumultu. et innixi
eſtis ſup eo: ꝓpterea erit vobis iniqtas hec: ſi
cut interruptio cadēs et reqſita i muro excelſo.
Qm̄ ſubito dum nō ſperat venient ꝯtritio eius
⁊ comminuet ſicut ꝯterit lagena figuli ꝯtritione
ꝑualida: et nō inueniet de fragmētis ei⁹ teſta i
q portet igniculus de incēdio: aut hauriat pa/
rum aque de fouea: q2 hec dicit dn̄s de⁹ iſrael.
Si reuertamini et qeſcatis: ſalui eritis. In ſilē
tio et in ſpe erit fortitudo vr̄a. Et noluiſtis. et
dixiſtis. Neqꝫ ſed ad equos fugiem⁹. Ideo
fugietis. Et ſuper veloces aſcēdem⁹. Ideo ve
lociores erūt q perſequent vos. Mille hoies
a facie terroris vnius. ⁊ a facie terroris qnqꝫ
fugietis: donec relinquamini quaſi malus na/
Quis eſt qui ɔdēnet me. Ecce oēs quaſi veſti
mentū conterent: tinea comedet eos. Quis ex
vobis timens dominū audiens vocē ſerui ſui.
Quis ambulauit in tenebris et nō eſt lumē ei.
Speret in noīe domini: et innitat ſup deū ſuū
Ecce vos oēs accendentes ignē: accincti flāmis
Ambulate in lumine ignis veſtri: ⁊ in flāmis
quas ſuccendiſtis. De manu mea factū eſt hoc
vobis. In doloribus dormietis. LI

Audite me qui ſequimini qd iuſtū eſt et
q̄ritis dominū. Attēdite ad petrā vnđ
exciſi eſtis: et ad cauernā laci de qua p̄/
ciſi eſtis. Attendite ad abrahā patrē veſtrum:
et ad ſarā que peperit vos. Quia vnuꝫ vocaui
eū: et benedixi ei: et multiplicaui eū. Cōſolabit
ḡ dominus ſyon: et ɔſolabit oēs ruinas eius.
Et ponet deſertū eius quaſi delitias: et ſolitudi
nem eius q̄ſi hortū domini. Gaudiū et leticia
inuenietur in ea. gratiaꝝ actio et vox laudis. At
tendite ad me popule meꝰ: et tribꝰ mea me au/
dite. Quia lex a me exiet: et iudiciū meū i lucē
populoꝝ requieſcet. Prope ē iuſtus meꝰ: egreſ
ſus ē ſaluator meꝰ: et brachia mea populos iu
dicabunt. Me īſule expectabunt: et brachium
meū ſuſtinebunt. Leuate in celū oculos vroſ:

⁊ videte ſub terra deorſum: q2 celi ſicut fumus
liqueſcēt: et terra ſicut veſtimentum atteret: et
habitatores ei⁹ ſicut hec interibunt. Salus aūt
mea in ſempiternū erit: ⁊ iuſtitia mea nō defici
et. Audite me q ſcitis iuſtū: ppl's meus lex mea
in corde eoꝝ. Nolite timere opprobriū hoīum
⁊ blaſphemias eoꝝ ne metuatis. Sicut eni ve
ſtimētum ſic comedet eos vermis: ⁊ ſicut lanā
ſic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea i ſempi
ternum erit. ⁊ iuſtitia mea in generationes ge
nerationū. Cōſurge ꝯſurge: induere fortitu/
dinem brachiū dn̄i. Cōſurge ſicut in dieb⁹ an/
tiqs: in gnātionibus ſeculoꝝ. Nūquid nō tu ꝑ
cuſſiſti ſupbū: vulneraſti draconē? Nūqd non
tu ſiccaſti mare: aquā abyſſi vehemētis? Qui
poſuiſti ꝓfundū maris viā: vt tranſirent libe/
rati. Et nūc qui redēpti ſūt a dn̄o: reuertentur
⁊ venient in ſyon laudātes: ⁊ leticia ſempiterna
ſup capita eoꝝ. Gaudiū ⁊ leticiā tenebunt: fu
giet dolor ⁊ gemitus. Ego ego ipſe conſolabor
vos. Quis tu vt timeas ab homine mortali et
a filio hoīs: q quaſi fenū ita areſcet: ⁊ oblit⁹ es
dn̄i factoris tui qui tetendit celos ⁊ fūdauit ter
ram: ⁊ formidaſti iugit tota die a facie furoris
eius q te tribulabat. ⁊ parauerat ad ꝑdēdum?
Ubi nūc eſt furor tribulantis? Cito veniet gra
diēs ad aperiendū: ⁊ non interficiet vſqꝫ ad in
ternitionē: nec deficiet panis ei⁹. Ego aūt ſum
dn̄s deus tuus qui conturbo mare ⁊ intume/
ſcunt fluctus eius: dn̄s exercituū nomen meū.
Poſui verba mea in ore tuo: ⁊ in vmbra ma/
nus mee ꝓtexi te: vt plantes celos ⁊ fūdes ter
ram: ⁊ dicas ad ſyon: ppl's meus es tu. Eleua
re eleuare: cōſurge irl'm: q bibiſti de manu dn̄i
calicem ire eius. Uſqꝫ ad fundum calicis ſopo
ris bibiſti: ⁊ potaſti vſqꝫ ad feces. Non eſt qui
ſuſtentet eā ex oībus filijs quos genuit: ⁊ non
eſt qui apprehendat manū eius ex oībus filijs
quos enutriuit. Duo ſunt que occurrerūt tibi.
Quis contriſtabit ſup te? Vaſtitas ⁊ ꝯtritio ⁊
fames ⁊ gladius. Quis ꝯſolabit te? Filij tui ꝓ
iecti ſūt: dormierunt in capite oīum viaꝝ ſicut
orix illaqueatus: pleni indignatione dn̄i: incre
patione dei tui. Idcirco audi hec paupercula:
⁊ ebria non a vino. Hec dicit dn̄ator tuus dn̄s
⁊ deus tuus qui pugnauit pro populo ſuo. Ec
ce tuli de manu tua calicē ſoporis: fūdum cali/
cis indignationis mee. Nō adijcies vt bibas
illum vltra. Et ponā illū in manu eoꝝ qui te hu
miliauerunt ⁊ dixerunt aīe tue incuruare vt trā
ſeamus: ⁊ poſuiſti vt terrā corpus tuū; ⁊ quaſi
viam tranſeuntibus. LII

Conſurge ꝯſurge: induere fortitudine
tua ſyon. Induere veſtimentis glorie
tue hieruſalē ciuitas ſancti: q2 nō adij/
ciet vltra vt ptrāſeat ꝑ te i circūciſus ⁊ imūdus
Excutere de puluere: cōſurge: ſede irl'm. Sol/
ue vincula colli tui captiua filia ſyon: q2 hec di/
cit dn̄s. Gratis venūdati eſtis. ⁊ ſine argento
redimemini. Quia hec dicit dn̄s deus. In egy/
ptum deſcendit ppl's meus in ꝑncipio: vt colo
nus eſſet tibi. ⁊ aſſur abſqꝫ vlla cā calūniat⁹
eſt eū. Et nūc qd mihi eſt hic dicit dn̄s. Qm̄ ab/
latus ē ppl's meus gratis. Dn̄atores eius ini/
que agūt dicit dn̄s: ⁊ iugiter tota die nomē me
ū blaſfematur. Propter hoc ſciet ppl's me⁹ nomē me
um i die illa: quia ego ipſe qui loquebar ecce ad
ſum. Q̄ pulchri ſuper montes pedes ānunciā
tis ⁊ ꝑdicantis pacē: annūciantis bonū: ꝑdicā
tis ſalutē: dicētis. Syon regnabit deus tuus.
Uox ſpeculatoꝝ tuoꝝ. Leuauerunt vocem: ſi
mul laudabunt: q2 oculo ad oculū videbūt: cū
ꝯuerterit dn̄s ſyon. Gaudete ⁊ laudate ſimul
deſerta irl'm: q2 ꝯſolat⁹ ē dn̄s ppl'm ſuū: rede/
mit irl'm. Parauit dn̄s brachium ſcm̄ ſuum in
oculis oīum gentiū: ⁊ videbunt oēs fines ter/
re ſalutare dei nr̄i. Recedite recedite: exite inde
pollutum nolite tangere. Exite de medio eius
mūdamini q fertis vaſa dn̄i. Qm̄ non i tumul
tu exibitis: nec in fuga ꝓperabitis. Precedet
enim vos dominus: ⁊ ꝯgregabit vos de⁹ iſrl'.
Ecce intelliget ſeru⁹ meus: exaltabit ⁊ eleuabit
⁊ ſublimis erit valde. Sicut obſtupuerunt ſup
te multi: ſic inglori⁹ erit inter viros aſpect⁹ ei⁹.
⁊ forma eius inter filios hoīum. Iſte aſperget
gētes multas: ſup ipſū ꝯtinebunt reges os ſuū.
Quia quibus nō eſt narratū de eo viderunt. ⁊
qui nō audierūt ꝯtemplati ſunt. LIII

Quis credidit auditui nr̄o ⁊ brachium
domini cui reuelatū eſt. Et aſcendet ſi
cut virgultū corā eo: ⁊ ſicut radix de ter
ra ſitienti. Non ē ſpēs ei neqꝫ decor. Et vidi/
mus eū et nō erat aſpect⁹: ⁊ deſiderauimus eū
deſpectū ⁊ nouiſſimū viroꝝ: virū doloꝝ ⁊ ſciē
tem infirmitatē. Et quaſi abſcōditus vult⁹ ei⁹
⁊ deſpectus: vnde nec reputauimus eū. Uere
languores nr̄os ipſe tulit. ⁊ dolores nr̄os ipſe
portauit. Et nos reputauimus eū quaſi lepro/
ſum. ⁊ pcuſſū a deo ⁊ humiliatum. Ipſe autē
vulneratus ē ꝓpter iniquitates nr̄as attritus
ē ꝓpter ſcelera nr̄a. Diſciplina pacis nr̄e ſup
eū. ⁊ liuore eius ſanati ſumus. Oēs nos quaſi
oues errauim⁹: vnuſqſqꝫ i viā ſuā declinauit:
⁊ poſuit dn̄s in eo iniquitatem oīum noſtrum.

Oblatus eſt: q2 ipſe voluit: ⁊ nõ apruit os ſuũ. Sicut ovis ad occiſionẽ ducet: ⁊ quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcet: ⁊ nõ aperiet os ſuum. De anguſtia ⁊ de iudicio ſublatus ẽ. Generationẽ eius qs enarrabit? Quia abſciſus ẽ de terra viventiũ. Propter ſcelus populi mei percuſſi eũ. Et dabit impios ꝓ ſepultura. ⁊ divites pro morte ſua: eo ꝙ iniquitatem nõ fecerit: neqꝫ dolus fuerit in ore eius: ⁊ dominꝰ voluit cõterere eũ in infirmitate. Si poſuerit ꝓ pctõ animã ſuã videbit ſemen longevum: ⁊ volũtas domini in manu eius dirigetur. Pro eo ꝙ laboravit aĩa eius. videbit ⁊ ſaturabitur. In ſcia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſervos meos multos ⁊ iniq̃tates eoꝝ ipſe portabit. Ideo diſpartiã ei plurimos ⁊ fortiũ dividet ſpolia: pro eo ꝙ tradidit in mortem animam ſuam: ⁊ cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multoꝝ tulit: ⁊ pro tranſgreſſoribus rogavit. LIIII

Lauda ſterilis que nõ paris: decãta laudem ⁊ hinni que nõ pariebas: q̃m multi filij deſerte magis q̃ eius que hẽbat virũ dicit dominus. Dilata locũ tẽtorij tui. ⁊ pelles tabernaculoꝝ tuorũ extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos: ⁊ clavos tuos cõſolida. Ad dexterã enim ⁊ levã penetrabis: ⁊ ſemẽ tuũ gentes hereditabit: ⁊ civitates deſertas inhabitabit. Noli timere q2 nõ cõfũderis neqꝫ erubeſces. Nõ enim te pudebit: q2 confuſionis adoleſcẽtie tue obliviſceris: ⁊ opprobrij viduitatis tue non recordaberis ãplius. Quia dominabitur tui q fecit te: dñs exercituũ nomen eius: ⁊ redemptor tuꝰ ſanctꝰ iſrael: deꝰ omnis terre vocabitur. Quia vt mulierem derelictã ⁊ merentem ſpũ vocavit te dominus: ⁊ vxorẽ ab adoleſcentia abiectã. Dixit deus tuus. Ad punctũ in modico dereliqui te: ⁊ in miſerationibus magis ꝯgregabo te. In momẽto idignationis abſcõdi faciẽ meã parũper a te: ⁊ in miſericordia ſẽpiterna miſertus ſũ tui: dixit redẽptor tuus dominꝰ. Sicut in diebꝰ noe iſtud mihi ẽ. cui iuravi ne iducerẽ aq̃s diluvij vltra ſup terã: ſic iuravi vt nõ iraſcar tibi ⁊ non increpem te. Mõtes eni cõmovebũtur ⁊ colles ꝯtremiſcẽt: miſericordia aũt mea non recedet a te: ⁊ fedus pacis mee nõ movebitur: dixit miſerator tuus dominꝰ. Paupercula tẽpeſtate cõvulſa abſqꝫ vlla ꝯſolatiõe: ecce ego ſternã per ordinẽ lapides tuos ⁊ fundabo te in ſapphyris. ⁊ ponã iaſpidem ꝓpugnacula tua: ⁊ portas tuas in lapides ſculptos. ⁊ oẽs terminos tuos in lapides deſiderabiles: vniverſos filios tuos doctos a domino: ⁊ multitudinẽ pacis filijs tuis: ⁊ in iuſtitia fundaberis. Recede ꝓcul a calũnia: q2 non timebis: ⁊ a pavore: q2 nõ appropinquabit tibi. Ecce accola veniet: q non erat tecum advena quondã tuꝰ adiungetur tibi. Ecce ego creavi fabrũ ſufflantẽ in igne prunas: ⁊ ꝓferentẽ vas in opus ſuũ: ⁊ ego creavi interfectorem ad diſperdendũ. Omne vas qꝺ fictũ eſt ꝯtra te nõ dirigetur: ⁊ oẽm linguã reſiſtentem tibi in iudicio iudicabitis. Hec eſt hereditas ſervoꝝ domini: ⁊ iuſticia eoꝝ apud me. dicit dñs. LV

O Mnes ſitientes venite ad aquas: ⁊ qui nõ habetis argẽtũ, ꝓperate. emite ⁊ comedite. Venite emite abſqꝫ argento ⁊ abſqꝫ vlla commutatione: vinũ ⁊ lac. Quare appenditis argentũ nõ in panibꝰ: ⁊ laborẽ veſtrũ nõ in ſaturitate? Audite audiẽtes me ⁊ comedite bonũ: ⁊ delectabitur in craſſitudine aĩa veſtra. Inclinate aurẽ veſtrã ⁊ venite ad me: audite ⁊ vivet aĩa veſtra: ⁊ feriã vobiſcũ pactũ ſempiternũ: miſericordias david fideles. Ecce teſtẽ populis dedi eũ. ducem ac ꝑceptorẽ gentibus. Ecce gentẽ quã neſciebas vocabis: ⁊ gentes q̃ nõ cognoverũt te: ad te current ꝓpter dominũ deũ tuũ ⁊ ſcm̃ iſrl': q2 glorificavit te. Querite dominũ dũ iuveniri põt: invocate eũ dũ ꝓpe ẽ. Derelinquat impius viã ſuã: et vir iniquus cogitatões ſuas: et revertatur ad dñm ⁊ miſerebitur eiꝰ. et ad deũ noſtrũ: q̃m multus eſt ad ignoſcendũ. Nõ. n. cogitationes mee cogitatões vr̃e: neqꝫ vie vr̃e vie mee: dicit dñs. Quia ſicut exaltantur celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee a vijs vr̃is et cogitatiões mee a cogitatiõibus veſtris. Et quõ deſcendit imber et nix de celo et illuc vltra nõ revertitur. ſed inebriat terrã et infundit eã et germinet eã facit: et dat ſemẽ ſerenti: et panem comedenti: ſic erit verbũ meũ qꝺ egredietur de ore meo. Nõ revertetur ad me vacuũ: ſꝫ faciet q̃cũqꝫ volui: et ꝓſperabitur i his ad que miſi illud. Quia in leticia egrediemini. et in pace deducemini. Mõtes et colles cantabant corã vobis laudem: et oĩa ligna regionis plaudent manu. Pro ſaliuncula aſcendet abies: et ꝓ vrtica creſcet myrtus. Et erit dñs nominatus in ſignum eternum: quod nõ auferetur. LVI

h Ec dicit dominꝰ. Cuſtodite iudiciũ et facite iuſticiã: q2 iuxta eſt ſalus mea: vt veniat: et iuſticia mea vt reveletur. Beatus vir qui facit hoc: et filius hominis qui apprehendet iſtud. Cuſtodiens ſabbatũ ne polluat illud: cuſtodiens manꝰ ſuas: ne faciat omne malũ. Et nõ dicat filius advene q adheret dño

dicēs. Sepatione diuidet me dñs a pplo ſuo.
Et nō dicat eunuchus. ecce ego lignum aridū.
Quia hec dicit dominus eunuchis. Qui cuſto
dierint ſabbata mea: ⁊ elegerint q̄ ego volui ⁊
tenuerint fedus meum: dabo eis in domo mea
⁊ in muris meis locum: ⁊ nomē melius a filijs
⁊ filiabus. Nomen ſempiternū dabo eis quod
nō peribit. Et filios aduene q adherēt domino
vt colāt eū: ⁊ diligant nomē eius vt ſint ei i ſer
uos: oēm cuſtodientē ſabbatū ne polluat illud
⁊ tenentem fedus meū: adducā eos in montez
ſanctū meū: ⁊ letificabo eos in domo orationis
mee. Holocauſta eoꝝ ⁊ victime eoꝝ placebūt
mihi ſuper altari meo: q: domus mea domus
orōnis vocabiť cunctis populis: ait dominus
deus q ꝯgregat diſꝑſos iſrael. Adhuc ꝯgrega
bo ad eū ꝯgregatos eius. Oēs beſtie agri ve/
nite ad deuorandū: vniuerſe beſtie ſalt⁹. Spe/
culatores eius ceci oēs: neſcierunt vniuerſi: ca
nes muti nō valētes latrare: vidētes vana: dor
mientes ⁊ amantes ſomnia: ⁊ canes ipudentiſ
ſimi neſcierunt ſaturitatē. Ipſi paſtores igno/
rauerunt intelligentiā. Oēs in viā ſuam decli
nauerūt: vnuſqſq3 ad auaritiā ſuā a ſūmo vſq3
ad nouiſſimū. Venite: ſumamus vinū. ⁊ im/
pleamur ebrietate: ⁊ erit ſicut hodie: ſic ⁊ cras:
⁊ multo amplius. LVII

Iuſtus perit ⁊ nō eſt qui recogitet i cor
de ſuo: ⁊ viri miſericordie colliguntur
q: non eſt qui intelligat. A facie enim
malitie collectus eſt iuſtus. Veniat pax: rege/
ſcet in cubili ſuo: qui ambulauit in directōe ſua
Vos autem accedite huc filij auguratricis. ſe/
men adulteri ⁊ fornicarie. Super quē luſiſtis.
Super quem dilataſtis os: ⁊ eieciſtis linguam
Nunqd non vos filij ſceleſti: ſemen mendax.
Qui conſolamini in dijs ſubter omne lignum
frondoſū: imolantes paruulos i torrentib⁹ ſub
ter eminētes petras. In partibus torrētis ps
tua: hec eſt ſors tua. Et ipſis effudiſti libamen
obtuliſti ſacrificiū. Nunqd ſup his nō idigna/
bor: Super montē excelſū ⁊ ſublimez poſuiſti
cubile tuū: ⁊ illuc aſcendiſti vt imolares hoſtias
Et poſt oſtium ⁊ retro poſtem poſuiſti memo
riale tuū: q: iuxta me diſcooperuiſti ⁊ ſuſcepiſti
adulterum. Dilataſti cubile tuum: ⁊ pepegiſti
cum eis fedus. Dilexiſti ſtratū eorū manu ap/
ta: ⁊ ornaſti te regio vnguento: ⁊ multiplicaſti
pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos ꝓcul: ⁊ hu
miliata es vſq3 ad inferos. In multitudie vie
tue laboraſti. nec dixiſti. quieſcam. Vitam ma
nus tue inueniſti: ꝓpterea non rogaſti. Pro
quo ſollicita timuiſti: q: mentita es ⁊ mei nō es
recordata: neq3 cogitaſti in corde tuo: q: ego ta
cens ⁊ quaſi nō videns: ⁊ mei oblita es. Ego
annunciabo iuſticiā tuam: ⁊ opera tua non ꝓ/
derunt tibi. Cū clamaueris liberent te ꝯgrega
ti tui. Et oēs eos auferet ventus: tollet aura.
Qui aūt fiduciā habet mei: hereditabit terraz ⁊
poſſidebit montē ſcīn meū. ⁊ dicaz. Viā facite
prebete iter: declinate de ſemita: auferte offendi
cula de via populi mei. Quia hec dicit domin⁹
excelſus ⁊ ſublimis habitans eternitatez ⁊ ſcīn
nomē eius in excelſo ⁊ in ſācto habitans: et cuz
ꝯtrito et humili ſpū: vt viuificet ſpm̄ humiliuz
et viuificet cor ꝯtritoꝝ. Nō enī in ſempiternū
litigabo neq3 vſq3 ad finem iraſcar: q: ſpiritus
a facie mea egredieť: et flatus ego faciā. Pro/
pter iniquitatem auaritie eius iratus ſū. et pcuſſi
eū. Abſcondi a te faciē meā: et indignatus ſuz
Et abijt vagus in via cordis ſui. Vias ei⁹ vi/
di et ſanaui eū: et reduxi eū et reddidi ꝯſolatio/
nes ipſi et lugentibus eius. Creaui fructuz la/
bioꝝ pacē: pacē ei qui longe eſt et q prope dixit
dñs: et ſanaui eū. Impij aūt q̄ſi mare feruēs qd
qeſcere nō pōt: et redūdāt fluctus ei⁹ in ꝯculca
tionē et lutū. Nō ē pax ipijs dicit dominus de⁹.

Clama: ne ceſſes: q̄ſi tuba LVIII
exalta vocē tuā: et annuncia pplo meo
ſcelera eoꝝ: et domui iacob pctā eorū.
Me etenim de die in diem querūt: et ſcire vias
meas volunt: q̄ſi gens q̄ iuſticiā fecerit. et que
iudicium dei ſui nō dereliq̄rit. Rogant me iudi/
cia iuſticie: et appropinquare deo volūt. Qua
re ieiunauimus et nō aſpexiſti: humiliauimus
aīas noſtras et neſciſti: Ecce i die ieiunij veſtri
inueniť volūtas veſtra: et oēs debitores vros re
petitis. Ecce ad lites et ꝯtētiones ieiunatis: et ꝑ
cutitis pugno ipie. Nolite ieiunare ſicut vſq3
ad hāc diē: vt audiať in excelſo clamor veſter.
Nunqd tale eſt ieiuniū qd elegi: ꝑ diē affligere
hoiem aiam ſuam: Nunqd cōtorquere q̄ſi cir
culum caput ſuū. et ſaccum et cinerez ſternere:
Nunqd iſtud vocabis ieiuniū: et diē accepta/
bilē dño: Nōne hoc ē magis ieiuniū quod ele
gi: Diſſolue cogitationes ipietatis: ſolue faſci/
culos deprimentes. Dimitte eos qui confracti
ſunt liberos et oē onus dirūpe. Frange eſuriē
ti panē tuū. et egenos vagoſq3 induc in domuz
tuam. Cū videris nudū operi eum: et carnem
tuam ne deſpexeris. Tūc erūpet quaſi mane lu
men tuū: ⁊ ſanitas tua citius orieť. Et anteibit
faciē tuam iuſticia tua: et gloria dñi colliget te.
Tūc inuocabis et dñs exaudiet: clamabis: et di

ect ecce adſū: q꞉ miſericors ſū dominus de⁹ tu⁹.
Si abſtuleris de medio tui cathenā: ⁊ deſieris
extēdere digitū: ⁊ loq̄ qd nō ꝓdeſt. Cū effude
ris eſurienti aīam tuā: ⁊ aīam afflictā repleueriſ
orief in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erūt ſicͤ
meridies. Et requiē tibi dabit dominus deus
tu⁹ ſemp: ⁊ iplebit ſplēdoribus aīaȝ tuā: ⁊ oſſa
tua liberabit. Et erit q̄ſi hortus irrigu⁹: ⁊ ſicut
fons aquaꝝ cuius nō deficiēt aq̄. Et edificabū
tur ī te deſerta ſeculoꝝ: fūdamēta gnātionis ⁊
gnātionis ſuſcitabis. Et vocaberis edificator
ſepiū: auertēs ſemitas i q̄etē. Si auertis a ſab
bato pedē tuū: facere volūtatē tuā i die ſcō meo
⁊ vocaueris ſabbatū delicatū ⁊ ſcm̄ dn̄i glorio/
ſū: ⁊ glorificaueris eū dū nō facis vias tuas ⁊
nō inueniē volūtas tua vt loq̄ris ſermonē: tunc
delectaberis ſup dn̄o: ⁊ ſuſtollā te ſup altitudi
nes terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui
Os eni domini locutū eſt. LIX

Ecce nō ē abbreuiata manus dn̄i vt ſal
uare neq̄at: neq̄ȝ aggrauata ē auris ei⁹
vt nō exaudiat: ſed iniq̄tates vr̄e diuiſe
runt iter vos ⁊ deū veſtrū: ⁊ pctā veſtra abſcō
derūt faciē eius a vobis ne exaudiret. Man⁹
eni veſtre pollute ſūt ſanguie ⁊ digiti veſtri ini
q̄tate. Labia veſtra locuta ſūt mēdaciū. ⁊ ligua
veſtra iniq̄tatē fatē. Nō ē q̄ inuocet iuſticiā: neq̄ȝ
ē q̄ iudicet vere. ſȝ ꝯfidunt in nihili. ⁊ loquū
tur vanitates. Cōceperunt laborē. ⁊ pepererunt
iniq̄tatē. Oua aſpidū ruperunt ⁊ telas aranee
texuerunt. Qui comederit de ouis eoꝝ morief
⁊ qd ꝯfotū eſt erūpet in regulū. Tele eoꝝ non
erūt i veſtimentū: neq̄ȝ operienf opibus ſuis.
Opa eoꝝ opa inutilia. ⁊ opus iniq̄tatis i mani/
bus eoꝝ. Pedes eoꝝ ad malū currunt. ⁊ feſti
nāt vt effundāt ſanguinē inocentē. Cogitatio
nes eoꝝ cogitatiōes inutiles. Vaſtitas ⁊ ꝯtritio
in vijs eoꝝ. Viā pacis neſcierūt ⁊ nō eſt iudi/
ciū in greſſibus eoꝝ. Semite eoꝝ icuruate ſūt
eis. oīs q̄ calcat i eis ignorat pacē. Propter h
elongatū ē iudiciū a nobis. ⁊ nō app̄hēdet nos
iuſticia. Expectauimus lucem ⁊ ecce tenebre.
ſplendorē. ⁊ in tenebris ābulauimus. Palpa
uimus ſicut ceci parietē. ⁊ q̄ſi abſq̄ȝ oculis at/
trectauimus. Impegimus meridie q̄ſi i tene/
bris in caligoſis quaſi mortui. Rugiemus q̄ſi
vrſi oēs. ⁊ q̄ſi colūbe meditātes gemem⁹. Ex
pectauim⁹ iudiciū ⁊ nō ē. ſalutē ⁊ elōgata eſt a
nobiſ. Multiplicate ſunt. n. iniquitates noſtre
corā te. ⁊ pctā noſtra reſpōderūt nobis. Quia
ſcelera noſtra nobiſcū. ⁊ iniq̄tates noſtras co
gnouimus peccare ⁊ mētiri ꝯ dn̄m. ⁊ auerſi ſu
mus ne iremus poſt tergū dei noſtri. vt loque
remur calūniā ⁊ trāſgreſſionē. Cōcepimus ⁊
locuti ſumus de corde verba mēdacij. ⁊ ꝯuerſū
ē retrorſū iudiciū. ⁊ iuſticia longe ſtetit. Quia
corruit i platea veritas: ⁊ eq̄tas nō potuit igredi
Et fcā ē veritas i obliuiōe. ⁊ q̄ receſſit a malo. p
de patuit. Et vidit dn̄s. ⁊ malū appruit in oculiſ
eius: q꞉ nō eſt iudiciū. Et vidit deus q꞉ nō eſt
vir. ⁊ aporiatus ē. q꞉ nō eſt q̄ occurrat. Et ſal/
uauit ſibi brachiū ſuū. ⁊ iuſticia eius ipſa ꝯfir/
mauit eū. Indutus ē iuſticia vt lorica. ⁊ galea
ſalutis ī capite eius. Indutus ē veſtimētis vl/
tiōis. ⁊ optus ē q̄ſi pallio zeli ſicut ad vindictā
q̄ſi ad retributionē idignatiōis hoſtibus ſuis.
⁊ viciſſitudinē inimicis ſuis. Inſulis vicē red
det. Et timebūt q̄ ab occidēte. nomē dn̄i. ⁊ qui
ab ortu ſolis gloriā eius. Cū venerit q̄ſi fluui⁹
violētus quē ſpūs dn̄i cogit. ⁊ venerit ſyon re
dēptor. ⁊ eis q̄ redeūt ab iniq̄tate i iacob dicͭ do
minus. Hoc fedus meū cū eis dicͭ dn̄s. Spūs
meus q̄ ē in te. ⁊ vba mea q̄ poſui i ore tuo nō
recedent de ore tuo. ⁊ de ore ſeminis tui dicͭ do
minus. āmodo ⁊ vſq̄ȝ in ſempiternū. LX

Surge illuminare irl'm. q꞉ venit lumen
tuū. ⁊ gloria dn̄i ſup te orta eſt. Quia
ecce tenebre opient terrā. ⁊ caligo po/
pulos. ſup te aūt orief dn̄s. ⁊ gloria eius in te
videbif. Et ābulabūt gētes i lumine tuo. ⁊ re/
ges i ſplēdore ortus tui. Leua in circuitu ocu/
los tuos ⁊ vide. oēs iſti ꝯgregati ſūt. venerūt
tibi. Filij tui de longe venient. ⁊ filie tue de la/
tere ſurgent. Tunc videbis ⁊ afflues. ⁊ mira/
bif et dilatabif cor tuū. quādo ꝯuerſa fuerit ad
te multitudo maris. fortitudo gentiū venerit ti
bi. Inūdatio cameloꝝ operiet te. dromedarij
madian et effa. Oēs de ſaba venient aurū et
thus deferentes. et laudē dn̄o annunciantes.
Oē pecus cedar ꝯgregabif tibi. arietes nabaioth miniſtrabunt tibi. Offerenf ſuper placa/
bili altari meo. et domū maieſtatis mee glorifi
cabo. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant et q̄ſi
columbe ad feneſtras ſuas? Me eniȝ inſule ex
pectant et naues maris in principio. vt addu/
cam filios tuos de longe. Argentū eoꝝ et aurū
cū eis. nōi dn̄i dei tui et ſcō iſrael. q꞉ glorificauit
te. Et edificabunt filij peregrinoꝝ muros tu/
os. et reges eoꝝ miniſtrabunt tibi. In īdigna
tione. n. mea pcuſſi te. et in recōciliatione mea
miſertus ſū tui. Et apienf porte tue iugiter die
ac nocte nō claudenf. vt afferaf ad te fortitudo
gentiū. et reges eaꝝ adducanf. Gens enim ⁊
regnum quod non ſeruierit tibi. peribit. et gē/

tes ſolitudine vaſtabūt. Glīa libani ad te veni
et: abies ⁊ buxꝰ ⁊ pinus ſimul ad ornandū locū
ſcificationis mee: ⁊ locū pedū meoꝝ glorifica-
bo. Et veniēt ad te curui filij coꝝ q hūiliauerūt
te: ⁊ adorabūt veſtigia pedū tuoꝝ oēs q detra-
hebāt tibi: ⁊ vocabūt te ciuitatē dñi ſyon ſcī iſrl'.
Pro eo ꝙ fuiſti derelicta ⁊ odio habita. ⁊ non
erat q ꝑ te trāſiret: ponā te i ſuperbiā ſeculoꝝ:
gaudiū i gnātionē ⁊ generationē. Et ſugges
lac gentiū ⁊ mamilla regū lactaberis. Et ſcies
qr ego dñs ſaluās te: ⁊ redēptor tuꝰ fortis iacob
Pro ere afferā aurū. ⁊ ꝓ ferro afferā argētū.
⁊ ꝓ lignis es: ⁊ ꝓ lapidibus ferrū. Et ponā vi
ſitatōē tuā pacē. ⁊ ꝑpoſitos tuos iuſticiā. Nō
audiet vltra iniqtas i terra tua: vaſtitas. ⁊ ꝯtri
tio i terminis tuis: ⁊ occupabit ſalꝰ muros tuos
⁊ portas tuas laudatio. Nō erit tibi āplīꝰ ſol ad
lucendū ꝑ diē: nec ſplēdor lune illuminabit te: ſ;
erit tibi dñs i lucē ſempitnā. ⁊ deꝰ tuꝰ i gloriā
tuā. Nō occidet vltra ſol tuꝰ: ⁊ luna tua nō mi
nuetur: qr dñs erit tibi i lucē ſempitnā: ⁊ ꝯple
buntur dies luctus tui. Populꝰ autē tuus oēs iu
ſti i ꝑpetuū hereditabūt trā: germē plātationis
mee: opꝰ manꝰ mee ad glorificandū. Minimꝰ
erit i mille. ⁊ paruulꝰ i gentē fortiſſimā. Ego
dominꝰ: in tpe eiꝰ ſubito faciā iſtud.

LXI

Spiritꝰ domini ſuꝑ me: eo ꝙ vnxerit
me. Ad annunciandū māſuetis miſit
me: vt mederer ꝯtritis corde: ⁊ ꝑdica-
rē captiuis indulgentiā ⁊ clauſis apitionē vt ꝑ
dicarē ānū placabilē domino ⁊ diē vltionis deo
nr̄o: vt ꝯſolarer oēs lugētes: vt ponerē ꝯſola
tionē lugētibus ſyon: ⁊ darē eis coronā ꝓ cine
re: oleū gaudij ꝓ luctu: palliū laudis ꝓ ſpiritu
meroris. Et vocabūtur i ea fortes iuſtitie: plan
tatio domini ad glorificādū. Et edificabunt de
ſerta a ſeculo. ⁊ ruinas antiq̄s erigēt: ⁊ iſtaura
bunt ciuitates deſertas ⁊ diſſipatas i gnātionē
⁊ generationē. Et ſtabūt alieni ⁊ paſcēt pecora
vr̄a: ⁊ filij ꝑegrinoꝝ agricole ⁊ vinitores vr̄i
erunt. Vos autē ſacerdotes domini vocabimi:
miniſtri dei nr̄i dicetur vobis. Fortitudinē gētiū
comedetis. ⁊ i gloria coꝝ ſuꝑbietis. Pro ꝯfu
ſiōe vr̄a duplici ⁊ rubore: laudabūt ptem coꝝ.
Propter h̄ in tra ſua duplicia poſſidebunt: le
ticia ſempitna erit eis. Quia ego dñs diligens
iudiciū: ⁊ odio hn̄s rapinā i holocauſtū. Et da
bo opꝰ coꝝ i vitate. ⁊ fedus ꝑpetuū feriā eis.
Et ſcietur in gētibus ſemē coꝝ: ⁊ germē coꝝ in
medio pploꝝ. Oēs q viderint eos cognoſcēt
illos: qr iſti ſūt ſemē cui bn̄dixit dominꝰ. Gau
dens gaudebo i domino ⁊ exultabit aīa mea in
deo meo. Quia iduit me veſtimētis ſalutis: et
indumēto iuſtitie circundedit me: q̄ſi ſponſum
decoratum corona. ⁊ q̄ſi ſpōſam ornatā monili
bus ſuis. Sicut. n. tra ꝓfert germē ſuū. ⁊ ſicut
hortus ſemē ſuū germiat: ſic dñs deus germina
bit iuſtitiā ⁊ laudē coram vniuerſis gētibus.

LXII

Propī ſyō nō tacebo. ⁊ ꝓpter hrīm nō
q̄eſcā. donec egrediatur vt ſplēdor iuſtꝰ
eius: et ſaluator eiꝰ vt lāpas accēdatur.
Et videbūt gētes iuſtū tuum: ⁊ cuncti reges i
clytum tuum. Et vocabitur tibi nomē nouū: qd
os domini noiauit. Et eris corona glīe i manu
domini: et diadema regni i manu dei tui. Nō
vocaberis vltra derelicta: et tra tua nō vocabitur
āplīꝰ deſolata. Sed vocaberis volūtas mea i ea
et tra tua inhitata. Quia cōplacuit dnō i te:
et tra tua ihabitabitur. Habitabit. n. iuuenis cū
virgie. et habitabunt in te filij tui. Et gaudebit
ſponſus ſuꝑ ſponſam et gaudebit ſuꝑ te deꝰ tu
us. Suꝑ muros tuos hieruſalē cōſtitui cuſto-
des: tota die et tota nocte in ꝑpetuū nō tacebūt.
Qui reminiſcimi domini: ne taceatis. et ne detis
ſilētium ei: donec ſtabiliat et donec ponat hrīm
laudē i tra. Iurauit dominꝰ i dextra ſua. ⁊ i bra
chio fortitudinis ſue. Si dedero triticum tuū
vltra cibum inimicis tuis. et ſi biberint filij alieni
vinum tuū i q̄ laboraſti. Quia q ꝯgregabūt il-
lud comedēt et laudabūt dominū: et q ꝯportāt
illud bibēt i atrijs ſanctis meis. Trāſite: trāſi-
te ꝑ portas: ꝑpate viā pplo. Planū facite iter
et eligite lapides: et eleuate ſignū ad populos.
Ecce dominꝰ auditū fecit i extremis tre. Dici
te filie ſyon. Ecce ſaluator tuꝰ venit: ecce merces
eius cū eo. et opus eiꝰ corā illo. Et vocabūt eos
populus ſcūs: redēpti a domino. Tu autē voca
beris q̄ſita ciuitas. et nō derelicta.

LXIII

Quis eſt iſte q venit de edom tinctis ve
ſtibus de boſra. Iſte formoſus in ſto-
la ſua: gradiēs in multitudine fortitu-
dinis ſue. Ego qui loquor iuſtitiā. et ꝓpugna-
tor ſum ad ſaluandū. Quare ḡ rubrū eſt indu-
mentū tuū. et veſtimēta tua ſicut calcantiū i tor
culari. Torcular calcaui ſolꝰ: et de gētibus nō
eſt vir mecū. Calcaui eos i furore meo: et con
culcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſāguis
coꝝ ſuꝑ veſtimēta mea: et oīa indumenta mea
inquinaui. Dies. n. vltionis in corde meo: annꝰ
retributiōis mee venit. Circūſpexi et non erat
auxiliator: queſiui. et non fuit q adiuuaret. Et
ſaluauit mihi brachiū meū: et indignatio mea
ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui populos

in furore meo: et iebriaui eos indignatōe mea:
et detraxi ī irā ꝟtutē eoꝝ. Miſerationū domi
ni recordabor: laudē domini ſup oībꝰ q̄ reddi/
dit nobis dominus: et ſup multitudinē bonoꝝ
domui iſrael q̄ largitꝰ ē eis ſm indulgentiam
ſuā et ſm multitudinē miſericordiaꝝ ſuaꝝ. Et
dixit. Veꝝtamē populus meꝰ ē: filij nō negā/
tes. Et factꝰ ē eis ſaluator in oī tribulatōe eoꝝ
Nō ē tribulatꝰ: et angelꝰ faciei eiꝰ ſaluauit eos
In dilectione ſua et indulgentia ſua ipſe rede/
mit eos: et portauit eos et eleuauit eos cunctis
diebꝰ ſeculi. Ipſi autē ad iracundiā ꝓuocaue/
runt: et affixerunt ſpm̄ ſci eiꝰ. Et ꝯuerſus eſt
eis i inimicū: et ipſe debellauit eos. Et recor/
datus ē dieꝝ ſeculi: moyſi et populi ſui. Vbi ē
q̄ eduxit eos de mari cū paſtoribꝰ gregis ſui?
Vbi ē q̄ poſuit in medio eius ſpm̄ ſci ſui. Qui
eduxit ad dexterā moyſen brachio maieſtatꝭ ſue
q̄ ſcidit aq̄s ante eos vt facerent ſibi nomē ſem
piternū. Qui eduxit eos ꝑ abyſſos q̄ſi equū in
deſerto nō impingentē: q̄ſi aial ī campo deſcen/
dens. Spūs dn̄i ductor eiꝰ fuit. Sic adduxiſti
ppl'm tuū: vt faceres tibi nomen glorie. Atten
de de celo: ⁊ vide d' habitaculo ſcō tuo. ⁊ glorie
tue. Vbi ē zelus tuus: ⁊ fortitudo tua: multitu
do viſcerū tuoꝝ ⁊ miſerationū tuaꝝ. Sup me
ꝯtinuerunt ſe. Tu eni pr̄ nr̄: ⁊ abrahā neſciuit
nos. ⁊ iſrael ignorauit nos. Tu dn̄e pr̄ nr̄: redē
ptor nr̄: a ſeculo nomē tuū. Quare errare nos
feciſti dn̄e de vijs tuis: indurasti cor nr̄m ne time
remus te. Conuertere ꝓpter ſeruos tuos: tribꝰ
hereditatis tue. Quaſi nihilū poſſederunt ppl'z
ſanctum tuū hoſtes nr̄i: ꝯculcauerūt ſctificatōez
tuā. Facti ſumꝰ q̄ſi i ꝑncipio cū nō dn̄areris nr̄i
neq̄ inuocaretꝛ nomē tuū ſup nos. LXIIII

Vtinā dirūpes celos ⁊ deſcēderes. A
facie tua mōtes defluerēt: ſicut exuſtio
igni tabeſcerent: aque arderēt igni: vt
notū fieret nomen tuū inimicis tuis: a facie tua
gētes turbarentꝛ. Cū feceris mirabilia: nō ſuſti
nebimꝰ. Deſcendiſti: ⁊ a facie tua mōtes deflu
xerūt. A ſeculo nō audierūt neq̄ auribꝰ ꝑcepe
rūt. Oculus non vidit deꝰ abſq̄ te: q̄ ꝑparaſti
expectantibus te. Occurriſti letan̄ ⁊ facienti iu/
ſtitiā: in vijs tuis recordabuntꝛ tui. Ecce tu ira
tus es ⁊ peccauimꝰ in ipſis fuimus ſemꝑ: ⁊ ſal
uabimur. Et facti ſumꝰ vt immundi oēs nos. et
quaſi pannꝰ menſtruate vniuerſe iuſtitie nr̄e.
Et cecidimus quaſi foliū vniuerſi: ⁊ iniqtates
nr̄e q̄ſi vētus abſtulerūt nos. Nō eſt q̄ inuocet
nomē tuū: q̄ ꝯſurgat ⁊ teneat te. Abſcōdiſti fa/
ciē tuam a nobis: ⁊ alliſiſti nos in manu iniquī
tatis nr̄e. Et nunc domine pr̄ nr̄ es tu: nos ve
ro lutū: ⁊ fictor nr̄ tu: ⁊ opa manuū tuaꝝ omēs
nos. Ne iraſcaris dn̄e ſatis: ⁊ ne vltra memine
ris iniqtatis nr̄e. Ecce reſpice: populus tuꝰ om
nes nos. Ciuitas ſci tui facta eſt deſerta: ſyon
deſerta facta eſt: ir'l'm deſolata: domꝰ ſctificatio/
nis nr̄e ⁊ glorie nr̄e: vbi laudauerunt te patres
nr̄i: facta ē in exuſtionē ignis: ⁊ oia deſiderabi
lia nr̄a verſa ſunt in ruinas. Nunquid ſup his
continebis te domine: tacebis et affliges nos
vehementer. LXV.

Quęſierunt me q̄ ante nō iterrogabant
inuenerūt q̄ nō q̄ſierūt me. Dixi. Ecce
ego: ecce ego ad gētē q̄ neſciebat me q̄
nō inuocabat nomē meū. Expādi manus meas
tota die ad ppl'm incredulū q̄ graditꝛ in via nō
bona pꝰ cogitationes ſuas. Populus q̄ ad ira
cūdiam ꝓuocat me ante faciē meā ſemꝑ: q̄ immo
lant in hortis ⁊ ſacrificāt ſup lateres: q̄ habitāt
in ſepulchris: ⁊ in delubris idoloꝝ dormiūt: q̄
comedūt carnē ſuillā: ⁊ ius ꝓphanū ī vaſis eo
rū q̄ dicūt: recede a me nō appropinques mihi:
q2 immundus es. Iſti fumꝰ erūt in furore meo:
ignis ardens tota die. Ecce ſcriptū ē corā me.
Nō tacebo. ſꝫ reddā ⁊ retribuā in ſinu eoꝝ ini
qtates vr̄as: ⁊ iniqtates patrū vr̄oꝝ ſil' dicit do
minus q̄ ſacrificauerūt ſup montes. ⁊ ſup col/
les exꝓbrauerunt mihi: ⁊ remetiar opus eorū
ꝑmū in ſinu eoꝝ. Hec dicit dn̄s. Quō ſi inue
niatur granū in botro ⁊ dicatꝛ ne diſſipes illud
q2 bn̄dictio eſt: ſic faciam ꝓpter ſeruos meos
vt nō diſꝑdam totū. Et educā de iacob ſemen:
⁊ de iuda poſſidentē mōtes meos. Et heredi/
tabunt eā electi mei: ⁊ ſerui mei habitabunt ibi
Et erunt campeſtria in caulas gregū: ⁊ vallis
achor in cubile armentorum populo meo: qui
requiſierunt me. Et vos qui dereliquiſtis do/
minum qui obliti eſtis montē ſcm̄ meū: qui po
nitis fortune menſā. ⁊ libatis ſup eā: numera
bo vos in gladio: ⁊ oēs ī cede corruetis: ꝓ eo
q2 vocaui ⁊ nō rn̄diſtis: locutus ſū ⁊ non audi
ſtis: ⁊ faciebatis malum in oculis meis: ⁊ q̄ no
lui elegiſtis. Propter h̄ hec dicit dn̄s deꝰ. Ec
ce ſerui mei comedēt: ⁊ vos eſurietis. Ecce ſerui
mei bibent. ⁊ vos ſitietis. Ecce ſerui mei le/
tabuntꝛ: ⁊ vos confundemini. Ecce ſerui mei
laudabunt ꝑ exultatōe cordis. ⁊ vos clamabitꝭ
ꝓ dolore cordis ⁊ ꝑ ꝯtritiōe ſpūs vlulabitis: et
dimittetis nomē vr̄m i iuramētū electis meis.
Et interficiet te dominus deus: ⁊ ſeruos ſuos
vocabit noīe alio. In quo qui benedictus ē ſu
per terram: benedicetur in deo. amen. Et qui

iurat in terra: iurabit in deo. amen. Quia obli-
uioni tradite ſunt anguſtie priores. ⁊ quia abſcō-
dite ſunt ab oculis noſtris. Ecce. n. ego creo ce-
los nouos ⁊ terram nouam: ⁊ non erunt in me
moria priora. ⁊ non aſcendent ſuper cor. ſȝ gau
debitis ⁊ exultabitis vſqȝ in ſempiternum i his
q̄ ego creo. Quia ecce ego creo irl'm exultatio/
nem ⁊ populū eiꝰ gaudiū. ⁊ exultabo in irl'm ⁊
gaudebo in pplo meo. ⁊ non audiet̃ in ea vltra
vox fletus ⁊ vox clamoris. Non erit ibi ampli
us infans dierum. ⁊ ſenex q nō impleat dies ſu
os: quoniam puer centū annoꝝ morietur: ⁊ pec/
cator centū annorū maledictus erit. Et edifica/
bunt domos ⁊ habitabunt ⁊ plantabūt vineas
⁊ comedent fructus earū. Non edificabunt. ⁊
alius habitabit: ⁊ non plantabunt. ⁊ aliꝰ come
det. Scd'm. n. dies ligni erunt dies ppli mei. ⁊
opera manuū coꝝ inueterabunt electi mei. Nō
laborabunt fruſtra: neqȝ generabūt in contur/
batione. q: ſemen benedictoꝝ domini eſt. ⁊ ne/
potes coꝝ cū eis. Eritqȝ anteq̄ clament ego ex
audiam. ad hec illis loquentibus ego audiam.
Lupus ⁊ agnus paſcent̃ ſimul. ⁊ leo ⁊ bos co/
medent paleas. ⁊ ſerpēti puluis panis eiꝰ. Nō
nocebunt: neqȝ occident in omni monte ſancto
meo. dicit dominus. LXVI

HEc dicit dn̄s. Celū ſedes mea terra au
tem ſcabellū pedū meoꝝ. Que eſt iſta
domus quam edificabitis mihi. ⁊ quis
iſte locus qetis mee. Omia hec manꝰ mea fecit ⁊
facta ſūt vniuerſa iſta. dicit dn̄s. Ad quem autē
reſpiciam: niſi ad pauperculū ⁊ ꝯtritū ſpiritu.
⁊ trementē ſermones meos. Qui immolat bouē
q̄ſi q interficiat vir. Qui mactat pecus: quaſi q
excerebret canē. Qui offert oblationē: quaſi q
ſanguinem ſuillū offerat. Qui recordat̃ thuris
q̄ſi q benedicat idolo. Hec omnia elegerunt in
vijs ſuis. ⁊ in abhominatiōibus ſuis aīa eoꝝ
delectata eſt. Unde ⁊ ego eligā illuſiones eoꝝ
⁊ q timebāt adducā eis: q: vocaui ⁊ non erat q
rn̄deret: locutus ſū ⁊ non audierunt. Fecerunt
q̄ malū in oculis meis. ⁊ q̄ nolui elegerūt. Au
dite verbū dn̄i. q tremitis ad verbū eiꝰ. Dixe/
rūt fr̄es vr̄i odiētes vos. ⁊ abijciētes ꝓpter no
men meū. Glorificet̃ dn̄s. ⁊ videbimus i leti/
cia vr̄a: ipſi aūt ꝯfundent̃. Vox ppli de ciuita/
te: vox de tēplo. vox dn̄i reddentis retributio/
nem inimicis ſuis. Anteq̄ parturiret peperit. anteq̄
veniret partꝰ eiꝰ peperit maſculū. Quis audi/
uit vnq̄ tale. ⁊ qs vidit huic ſile. Nūqd partu/
riet terra in die vna: aut pariet̃ gens ſimul. q:
parturiuit ⁊ peperit ſyon filios ſuos. Nūquid

ego qui alios parere facio: ipſe nō pariā. dicit
dn̄s. Si ego q generationē ceteris tribuo. ſteri
lis ero: ait dn̄s deꝰ tuus. Letamini cū irl'm. ⁊ ex/
ultate i ea oēs q diligitis eā. Gaudete cū ea gau
dio vniuerſi q lugetis ſup eā: vt ſuggatis ⁊ re/
pleamini ab vberibꝰ ꝯſolatiōis eiꝰ: vt mulgea
tis ⁊ delicijs affluatis ab omnimoda glr̄ia eiꝰ. Quia
hec dicit dn̄s. Ecce ego declinabo ſup eā quaſi
fluuiū pacis. ⁊ q̄ſi torrentē inundantem gloriam
gētiū quā ſuggetis. Ad vbera portabimini. ⁊ ſu
per genua blandient̃ vobis. Quō ſi cui mater
blandiat̃. ita ego ꝯſolabor vos. ⁊ in irl'm ꝯſola
bimini. Videbitis. ⁊ gaudebit cor vr̄m. ⁊ oſſa vr̄a
q̄ſi herba germinabūt. Et cognoſcet̃ manꝰ dn̄i
ſeruis eiꝰ. ⁊ indignabit̃ inimicis ſuis. Quia ec
ce dn̄s in igne veniet. ⁊ q̄ſi turbo quadriga eiꝰ
reddere i indignatiōe furorē ſuū. ⁊ increpatio/
nē ſuā i flāma ignis. Q: in igne dn̄s diiudica/
bit. ⁊ in gladio ſuo ad oēm carnē. ⁊ multiplica
bunt̃ interfecti a dn̄o. Qui ſanctificabant̃ ⁊ mū
dos ſe putabāt i hortis poſt ianuā intrinſecꝰ: q
comedebāt carnē ſuillā. ⁊ abhominationem ⁊
murē: ſimul ꝯſumment̃. dicit dn̄s. Ego autē ope
ra eoꝝ ⁊ cogitatiōes eoꝝ venio vt congregem
cū oībꝰ gentibus ⁊ linguis. ⁊ venient ⁊ videbūt
gloriā meā. Et ponā in eis ſignum. ⁊ mittam ex
eis q ſaluati fuerint ad gentes i mare: i africā.
in lydiā: tenentes ſagittā i italiā. ⁊ greciam. ad
inſulas longe: ad eos q nō audierunt de me. ⁊
nō viderūt gloriam meam. Et annūciabūt glo
riam meā gentibꝰ. ⁊ adducēt oēs fr̄es vr̄os de
cūctis gētibus donū dn̄o i eqs ⁊ in q̄drigis ⁊ in
lecticis ⁊ in mulis ⁊ i carrucis. ad montem ſcm̄
meū irl'm. dicit dn̄s. quō ſi inferant filij iſrael
munus in vaſe mūdo in domū dn̄i. Et aſſumā
ex eis in ſacerdotes ⁊ leuitas dicit dn̄s: q: ſicut
celi noui ⁊ terra noua q̄ ego facio ſtare corā me
dicit dn̄s deus: ſic ſtabit ſemen vr̄m ⁊ nomē ve
ſtrum. Et erit menſis ex menſe. ⁊ ſabbatum ex
ſabbato. Veniet omnis caro: vt adoret coram
facie mea dicit dn̄s. Et egredient̃. ⁊ videbunt ca
dauera viroꝝ q preuaricati ſūt in me. Vermis
eoꝝ non morietur. ⁊ ignis eoꝝ non extinguetur
⁊ erunt vſqȝ ad ſacietatē viſionis omni carni.

Explicit Iſaias. Incipit prefatio in
Hieremiam prophetam.

HEc interpretatio Hieronymi eſt.
Si qd in ea nonerit. ſm hebreos co
dices exploret̃. Alia eſt ſeptuaginta
interpretum eccleſijs vſitata. Que
quamuis nonnulla aliter habeat quā
in hebreis codicibus inuenitur. Tū

vtraq; ideſt ſm ſeptuaginta. ⁊ ſm hebreā: apo
ſtolica auctoritate ſit nata ē: nō errore neq; re/
prehenſione ſupiori: ſ; certo ꝯſilio ſeptuaginta
nōnulli aliter dixiſſe vel ꝯtexuiſſe intelligunt.
Nos ideo ꝑmonemus ne quiſq; alterā ex altera
velit emendare. Quia ſingulorum in ſuo genere ve
ritas obſeruanda eſt.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias ꝓpheta cui hic ꝓlogus
ſcribit: ſermone quidē apud hebre
os iſaie ⁊ oſee ⁊ quibuſdā alijs ꝓphe
tis videt eē ruſticior: ſ; ſenſib⁹ par
eſt: quippe q eodē ſpiritu ꝓphetauerit. Porro
ſimplicitas eloquij de loco ei ṽ q̄ natus ē acci/
dit. Fuit. n. anathotites q ē vſq; hodie viculus
tribus ab hieroſolymis diſtans milib⁹: ſacer/
dos ex ſacerdotibus: ⁊ in matris vtero ſcificat⁹:
virginitate ſua euāgelicū virū chriſti eccleſie de
dicās. Hic vaticinari exorſus ē puer: ⁊ capti/
uitatē vrbis atq; iudee nō ſolū ſpū: ſed ⁊ oculis
carnis intuitus eſt. Iā decē tribus iſrael aſſy/
rij in medos tranſtulerāt: iā terras eorum coloni
gentium poſſidebant. Vn̄ in iuda tm̄ ⁊ in beni
amin ꝓphetauit: ⁊ ciuitatis ſue ruinas quadru
plici planxit alphabeto: qd nos menſure metri
verſibuſq; reddidimus. Preterea ordinē vi/
ſionū qui apud grecos ⁊ latinos oio confuſus
eſt: ad priſtinam fidem correximus. Librū aūt
baruch notarij eius: qui apud hebreos nec legi
tur nec habetur ꝑtermiſimus: pro his omnib⁹
maledicta ab emulis ꝑſtolantes: quibus me ne
ceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et
hoc patior: q; vos cogitis. Ceterum ad cōpendiū
mali rectius fuerat modum furori eorum ſilentio
meo ponere: q; quotidie noui aliqd ſcriptitan/
tem inuidorum inſaniā ꝓuocare.

¶ Item alius prologus in eundem.

Ioachim filius ioſie: cuius tertio/
decimo āno ꝓphetare orſus eſt hie
remias: ſub quo ⁊ Olda mulier ꝓ
phetauit: ipſe eſt qui alio nomine ap
pellatur eliachim: ⁊ regnauit ſup tribum iuda ⁊
ihrlm ānis vndecim. Cui ſucceſſit i regnū fili⁹
ioachim cognomēto iechonias: qui tertio menſe
regni eius die decima captus a ducibus nabu/
chodonoſor duct⁹ eſt in babylonē: ⁊ in loco ei⁹
conſtitutus eſt ſedechias filius ioſie patru⁹ ei⁹:
cuius anno vndecimo hieruſalē capta atq; ſub
uerſa eſt. Nemo igitur putet eundē in danielis
principio ioachim: qui in ezechielis exordio ioa
chin ſcribitur. Iſte extremam ſyllabam chim
habet: ille chin. ⁊ ob hanc cauſam in euāgelio
ſm mattheū vna videtur deeſſe generatio: q;
ſecunda teſſerēdecas in ioachim deſinit filium
Ioſie. ⁊ tertia incipit a ioachin filio ioachim.
Quod ignorans porphirius calumniā iſtruit
eccleſie: ſuam oſtendens imperitiam: dū euan
geliſtam mattheum arguere nititur falſitatis.
Quodq; traditum ſcribitur. ioachim mōſtrat
non aduerſariorum fortitudinis fuiſſe victoriam
ſed domini voluntatis.

Incipit argumentū in eundem.

Hieremias anathotites: q ē viculus tri
bus a hieroſolymis diſtās milib⁹ apō
taphnas in egypto a pplo lapidib⁹ ob
rutus occubuit. Iacet vero in eo loco ſepultus
q̊ dudū pharao rex habitauerat. Et qm̄ poſtu/
latione ſua defugatis ab eodē loco ſerpentibus
egyptios a tactu aſpidū facit eē ſecuros magna
eum ibi religione egyptij venerantur.

Explicit argumentum. Incipit
¶ Hieremias ꝓpheta. Caplm I

VErba hieremie
ꝓphete filij helchie de ſacer/
dotibus q fuerūt i anathot in
terra beniamin. Quod factū
ē vbū dn̄i ad eū in diebus io
ſie filij amō regis iuda in ter
tiodecimo āno regni eius. ⁊ ſcm ē i dieb⁹ ioa/
chim filij ioſie regis iuda: vſq; ad ꝯſūmationē
vndecimi anni ſedechie filij Ioſie regis iuda
vſq; ad trāſmigrationē ihrlm in menſe quinto.
Et factū eſt verbū dn̄i ad me dicens. Priuſq;
te formarē in vtero: noui te ⁊ anteq; exires de
vulua ſanctificaui te: ⁊ ꝓphetā in gentib⁹ dedi
te. Et dixi. A. a. a. dn̄e deus. Ecce neſcio loq:
q; puer ego ſū. Et dixit dn̄s ad me. Noli dice/
re: quia puer ſum: qm̄ ad omnia que mittā te:
ibis: ⁊ vniuerſa quecūq; mandauero tibi: lo/
queris. Ne timeas a facie eorum: quia tecū ego
ſum vt eruā te: dicit dominus. Et miſit dn̄s ma
num ſuā: ⁊ tetigit os meū. ⁊ dixit ad me. Ecce
dedi vba mea in ore tuo: ⁊ ecce conſtitui te ho
die ſup gentes ⁊ ſup regna vt euellas ⁊ deſtru
as ⁊ diſperdas ⁊ diſſipes ⁊ edifices ⁊ plantes.
Et factū eſt vbū dn̄i ad me dicēs. Quid tu vi
des hieremia? Et dixi. Virgam vigilantē ego
video. Et dixit dn̄s ad me. Bene vidiſti: quia
vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciam illud
Et factū eſt verbū domini ſecundo ad me dicēs
Quid tu vides? Et dixi. Ollam ſuccenſam
ego video. ⁊ faciem eius a facie aquilonis. Et
dixit dn̄s ad me. Ab aquilone pandetur ma/
lum: ſup oēs habitatores terre. Quia ecce ego
cōuocabo omnes cognationes regnorum aqui/

lonis ait dominꝰ. ⁊ veniēt ⁊ ponēt vnuſqſqꝫ ſo
liū ſuū in introitu portarū hieruſalem. ⁊ ſup
oēs muros eius in circuitu. ⁊ ſuper vniuerſas
vrbes iuda. Et loquar iudicia mea cū eis ſuper
omnē maliciā eoꝝ qui dereliquerūt me. ⁊ liba-
uerūt dijs alienis. ⁊ adorauerunt opus manuū
ſuarum. Tu ergo accinge lumbos tuos ⁊ ſur-
ge ⁊ loquere ad eos omnia q̄ ego precipio tibi.
Ne formides a facie eoꝝ: nec enim timere te fa
ciam vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in
ciuitatē munitam. ⁊ in colūnam ferreā. ⁊ in mu
rum ereum ſuper oēm terram. regibꝰ iuda. prin
cipibꝰ eius ⁊ ſacerdotibus ⁊ pplo terre. ⁊ bella
būt aduerſum te ⁊ nō preualebunt. qꝛ ego tecum
ſum ait dominꝰ vt liberem te: II
ET factū eſt verbū domini ad me dicēs
Vade ⁊ clama in auribus hieruſalem
dicens. Hec dicit dominꝰ. Recorda-
tus ſū tui miſerās adoleſcentiam tuā ⁊ caritatē
deſponſatiōis tue q̄ſdo ſecuta es me in deſerto
in terra q̄ nō ſeminat. Scūs iſrl' dn̄o: primitie
frugū eius. Omnes q̄ deuorant eū: delinquūt.
mala veniēt ſup eos dicit dn̄s. Audite verbū
dn̄i domꝰ iacob. ⁊ oēs cognationes domꝰ iſrl'.
Hec dicit dn̄s. Quid inuenerūt p̄res vr̄i in me
iniqtatis: qꝛ elongauerūt a me ⁊ ābulauerūt pꝰ
vanitatem. ⁊ vani facti ſunt. Et non dixerunt.
vbi eſt dn̄s q aſcēdere nos fecit de terra egypti
q traduxit nos per deſertū. per terrā inhabita-
bilē ⁊ inuiā. per terrā ſitis. ⁊ imaginē mortis.
p terrā i q̄ nō ambulauit vir neqꝫ habitauit hō. Et
induxi vos i terrā carmeli. vt comederetis fructū
eiꝰ ⁊ bona illiꝰ. Et igreſſi ꝯtaminaſtis terrā meā
⁊ hereditatē meā poſuiſtis i abhominatōe. Sa
cerdotes nō dixerūt: vbi eſt dn̄s. ⁊ tenētes legē
neſcierūt me. ⁊ paſtores preuaricati ſunt in me
Et pphe prophetauerūt in baal. ⁊ idola ſecuti
ſunt. Propterea adhuc iudicio ꝯtendā vobiſ-
cum. ait dn̄s. ⁊ cū filijs vr̄is diſceptabo. Tran
ſite ad inſulas cethim ⁊ videte. ⁊ in cedar mitti
te ⁊ conſiderate vehementer. ⁊ videte ſi factum
eſt huiuſcemodi. ſi mutauit gēs deos ſuos. Et
certe ipſi non ſūt dij. Populus vero meus mu-
tauit gloriam ſuā in idolū. Obſtupeſcite celi ſu-
per hoc. ⁊ porte eiꝰ deſolami vehemēter dicit dn̄s
Duo enim mala fecit pplꝰs meꝰ. Me dereliqꝛūt
fontē aque viue. ⁊ foderūt ſibi ciſternas. ciſter-
nas diſſipatas q̄ ꝯtinere nō valent aquas. Nū
qd ſeruꝰ eſt iſrael aut vernaculus. Quare ḡ factꝰ
eſt in predam. Sup eū rugierūt leones ⁊ dede-
rūt vocē ſuā. poſuerūt terrā eiꝰ i ſolitudinē. Ci
uitates eius exuſte ſūt. ⁊ nō ē q habitet i eis. Fi
lij quoqꝫ mempheos ⁊ taphnes ꝯſtuprauerūt te
vſqꝫ ad verticē. Nūqd nō iſtud factū eſt tibi.
qa dereliqſti dn̄m deū tuū eo tp̄e quo ducebat te
p viā. Et nūc qd tibi vis i via egypti: vt bibas
aquam turbidam. Et qd tibi cū via aſſyriorum
vt bibas aquā fluminis. Arguet te malicia tua
⁊ auerſio tua increpabit te. Scito ⁊ vide. quia
malum ⁊ amarum eſt reliquiſſe te dominum
deum tuum. ⁊ non eſſe timorē eius apud te di
cit dn̄s deus exercituum. A ſeculo ꝯfregiſti iu
gum meū: rupiſti vincula mea ⁊ dixiſti. Non
ſeruiam. In omni. n. colle ſublimi ⁊ ſub omni
ligno frōdoſo tu proſternabaris meretrix. Ego
aūt plantaui te vineam electā. oē ſemen verū.
Quō ergo ꝯuerſa es mihi in prauū vinea alie-
na. Si laueris te nitro. ⁊ multiplicaueris tibi her
bam borit. maculata es i iniqtate tua corā me di
cit dn̄s deus. Quō dicis non ſum polluta. poſt
baalim nō ambulaui. Vide vias tuas i ꝯualle
ſcito qd feceris. Curſor leuis explicans vias ſu
as: onager aſſuetus in ſolitudine: in deſiderio
anime ſue attraxit ventum amoris ſui. Nullus
auertet eā. Oēs qui querūt eā nō deficient: in
menſtruis eius inuenient eā. Prohibe pedē tu
um a nuditate: ⁊ guttur tuum a ſiti. Et dixiſti.
Deſperaui neq̄ꝫ faciā. Adamaui quippe alie
nos. ⁊ poſt eos ambulabo. Quō ꝯfunditur fur
qñ deprehendit. ſic ꝯfuſi ſunt domus iſrl'. ipſi
⁊ reges eoꝝ. principes ⁊ ſacerdotes ⁊ pphete
eoꝝ dicētes ligno. pater meꝰ es tu. ⁊ lapidi. tu
me genuiſti. Verterūt ad me tergū ⁊ non faciē
⁊ in tp̄e afflictionis ſue dicēt. ſurge ⁊ libera nos
Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi. Surgant ⁊ li
berēt te: in tp̄e afflictiōis tue. Scdm numerū
qppe ciuitatū tuarum erant dij tui iuda. Quid
vultis mecū iudicio ꝯtendere. Oēs dereliqui-
ſtis me dicit dn̄s. Fruſtra pcuſſi filios vr̄os: di
ſciplinā nō receperūt. Deuorauit gladiꝰ veſter
pphetas vr̄os: quaſi leo vaſtator generatio ve
ſtra. Videte vbū dn̄i. Nūqd ſolitudo factꝰ ſū
iſraheli: aut terra ſerotina. Quare ergo dixit po-
pulus meꝰ. receſſimus. nō veniemꝰ vltra ad te
Nūqd obliuiſcet virgo ornamēti ſui: aut ſpon-
ſa faſcie pectoralis ſue. Pplꝰs vero meꝰ oblitus
eſt mei diebus innumeris. Quid niteris bonam
oſtēdere viā tuā. ad q̄rendā dilectionē: q̄ inſup
⁊ malitias tuas docuiſti vias tuas. ⁊ in alis tuis
inuentus eſt ſanguis aiaꝝ pauperū ⁊ innocentū.
Nō in foſſis inueni eos. ſed in oibus q̄ ſupra me
moraui. Et dixiſti. Abſqꝫ pctō ⁊ innocēs ego
ſū. ⁊ ppterea auertatur furor tuꝰ a me. Ecce ego
iudicio ꝯtendā tecū: eo qꝛ dixeris. nō peccaui.

Quã vſ₉ facta es nimis: iterans vias tuas.
Et ab egypto ꝯfunderis: ſicut ꝯfuſa ē ab aſſur
Nã ⁊ ab illa egredieris. ⁊ manus tue erũt ſup
caput tuũ: qꝛ obtriuit dñs ꝯfidentiaʒ tuam ⁊
nihil habebis pꝛoſperum. III.

V
Ulgo dicit. Si dimiſerit vir vxoꝛem
ſuam: ⁊ recedēs ab eo duxerit virũ al-
terũ: nũqd reuertet ad eã vltra. Nun-
qd nõ polluta erit ⁊ ꝯtaminata mulier illa. Tu
autē fornicata es cuʒ amatoꝛibus multis: tamē
reuertere ad me dicit domin₉. ⁊ ego ſuſcipiã te
Leua oculos tuos i directũ. ⁊ vide vbi nunc ꝓ
ſtrata ſis. In vijs ſedebas expectans eos quaſi
latro inſidians i ſolitudine: ⁊ polluiſti terraʒ in
foꝛnicationibus tuis ⁊ in malitijs tuis. Quã-
obrē ꝓhibite ſunt ſtille pluuiarũ. ⁊ ſerotin₉ im
ber nõ fuit. Frons mulieris meretricis facta ē
tibi noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltē amodo vo
ca me pater me₉. dux ꝟginitatis mee tu es. Nũ
qd iraſceris in ꝑpetuũ: aut ꝑſeuerabis in fineʒ.
Ecce locuta es ⁊ feciſti mala: ⁊ potuiſti. Et di-
xit domin₉ ad me in diebus ioſie regis. Nũqd
vidiſti q̃ fecerit auerſatrix iſrael. Abijt ſibimet
ſup oēm montē excelſũ. ⁊ ſub omni ligno fron
doſo. ⁊ foꝛnicata eſt ibi. Et dixi. cũ feciſſet h oia
ad me reuertere. ⁊ nõ eſt reuerſa. Et vidit p̄ua
ricatrix ſoꝛoꝛ eius iuda. quia ꝓ eo q̄ mechata
eſſet auerſatrix iſrl'. dimiſiſſem eã ⁊ dediſſem ei
libellũ repudij. ⁊ non timuit ꝑuaricatrix iuda
ſoꝛoꝛ eius: ſed abijt ⁊ foꝛnicata eſt etiam ipſa. ⁊
facilitate foꝛnicationis ſue ꝯtaminauit terraʒ ⁊
mechata eſt cuʒ lapide ⁊ ligno. Et in oibus his
non eſt reuerſa ad me p̄uaricatrix ſoꝛoꝛ ei₉ iu
da in toto coꝛde ſuo. ſed in mendacio ait domi
nus. Et dixit dñs ad me. Juſtificauit aiaʒ ſuã
auerſatrix iſrael ꝯparatione ꝑuaricatricis iu-
da. Uade ⁊ clama ſermones iſtos ꝯtra aqlonē
⁊ dices. Reuertere auerſatrix iſrl' ait domin₉.
⁊ non auertã faciē meã a vobis. qꝛ ſcũs ego ſuʒ
dicit dñs. ⁊ non iraſcar i ꝑpetuũ. Uerũtamen
ſcito iniqtatē tuã: qꝛ in dñm deũ tuum p̄uari-
cata es. Et diſꝑſiſti vias tuas alienis ſub omni
ligno frondoſo. ⁊ vocē meã non audiſti ait dñs
Conuertimini filij reuertentes dicit dñs: quia
ego vir veſter. Et aſſumã vos. vnũ de ciuitate
⁊ duos de cognatiōe. ⁊ introducã vos in ſyon
Et dabo vobis paſtoꝛes iuxta coꝛ meum. ⁊ pa-
ſcent vos ſcia ⁊ doctria. Cũq; multiplicati fue-
ritis ⁊ creueritis in ira in diebus illis ait domi
nus nõ dicēt vltra: archa teſti dñi: neq; aſcen-
det ſup coꝛ. neq; recoꝛdabunt illius. nec viſita
bit. nec fiet vltra. In tp̄e illo vocabunt irl'm ſo
liũ dñi: ⁊ ꝯgregrabunt ad eã oēs gentes i noīe
dñi in irl'm. ⁊ nõ ambulabũt poſt prauitatē coꝛ
dis ſui peſſimi. In diebus illis ibit dom₉ iuda
ad domũ iſrl'. ⁊ venient ſimul de terra aqlonis
ad terrã quã dedi patribus vr̃is. Ego aũt dixi.
Quõ ponã te in filios. ⁊ tribuã tibi trã deſide-
rabilē hereditatem p̄clarã exercituũ gentium.
Et dixi. Patrē vocabis me. ⁊ poſt me ingre-
di nõ ceſſabis. Sed quõ ſi ꝯtēnat mulier ama-
toꝛē ſuũ: ſic ꝯtēpſit me domus iſrl'. dicit domi-
n₉. Uox in vijs audita eſt. ploꝛatus ⁊ vlulatus
filioꝝ iſrl': qm̃ iniquã fecerũt viã ſuã: obliti ſunt
domini dei ſui. Conuertimini filij reuertētes. ⁊ ſa
nabo auerſiones vr̃as. Ecce nos venimus ad
te. Tu. n. es domin₉ deus nr̃. Uere mēdaces
erant colles ⁊ multitudo montiũ. Uere in do-
mino deo nr̃o ſalus iſrl'. Cōfuſio comedit laboꝛē
patrũ nr̃oꝝ ab adoleſcētia noſtra: greges eoꝝ
⁊ armenta eoꝛũ: filios eoꝛuʒ ⁊ filias eoꝛũ. Doꝛ
miemus in ꝯfuſione nr̃a ⁊ operiet nos ignomi-
nia nr̃a: qm̃ domino deo nr̃o peccauimus nos ⁊
patres noſtri ab adoleſcentia nr̃a vſq; ad diem
hãc. ⁊ nõ audiuim₉ vocē dñi dei nr̃i. IIII.

S
I reuerteris iſrl' ait dñs: ad me conuer-
tere. Si abſtuleris offendicula tua a fa
cie mea non cōmoueberis. Et iurabis
viuit dominus in veritate ⁊ i iudicio ⁊ i iuſticia
⁊ benedicēt eũ gentes ipſumq; laudabunt. Hec
eni dicit dñs viro iuda ⁊ habitatoꝛi irl'm. No-
uate vobis nouale. ⁊ nolite ſerere ſuper ſpinas
Circũcidimini domino. ⁊ auferte p̄putia coꝛdiũ
veſtroꝝ viri iuda. ⁊ habitatoꝛes irl'm: ne foꝛte
egrediatur vt ignis indignatio mea ⁊ ſuccēda-
tur. ⁊ non ſit qui extinguat ꝓpter malitiã cogi-
tationũ vr̃aꝝ: Annũciate in iuda: ⁊ in irl'm: au
ditũ facite. loquimini. ⁊ canite tuba in terra cla
mate foꝛtiter ⁊ dicite. Congregamini ⁊ ingre-
diamur ciuitates munitas. leuate ſignum in ſy
on. Confoꝛtamini nolite ſtare. quia maluʒ ego
adduco ab aquilone ⁊ ꝯtritionē magnã. Aſcē
dit leo de cubili ſuo. ⁊ p̄do gentiuʒ ſe leuauit.
Egreſſus eſt de loco ſuo: vt ponat terrã tuaʒ in
ſolitudineʒ. Ciuitates tue vaſtabuntur: rema-
nētes abſq; habitatoꝛe. Sup hoc accingite vos
cilicijs: plangite ⁊ vlulate: qꝛ non eſt auerſa ira
furoꝛis dñi a vobis. Et erit in die illa dic dñs
ꝑibit coꝛ regis ⁊ coꝛ p̄ncipum. ⁊ obſtupeſcent
ſacerdotes ⁊ ꝓph̄e ꝯſternabunt. Et dixi. heu.
heu. heu. dñe de₉. Ergo ne decepiſti pplm iſtũ
⁊ irl'm dicens: pax erit vobis. Et ecce peruenit
gladius vſq; ad animam. In tempoꝛe illo di-
cetur populo huic ⁊ irl'm ventus vrens in vijs

q̃ ſũt i deſerto: vie filie popu'i mei non ad ven
tilandũ ⁊ ad purgandũ. Spũs plen⁹ ex his ve
niet mihi. Et nũc ego: ſʒ loqr iudicia mea cum
eis. Ecce quaſi nubes aſcẽdet. ⁊ quaſi tẽpeſtas
currus eius. Velociores aquilis equi illius.
Ve nobis: qm̃ vaſtati ſumus. Laua a malitia
cor tuũ irl'm: vt ſalua fias. Vſqʒquo morabũt
in te cogitatiões noxie? Vox. n. annũciantis a
dan. ⁊ notũ facientis idolũ de monte ephraim.
Dicite gentibus. Ecce auditũ ẽ in irl'm: cuſto
des venire de tra longinqua ⁊ dat e ſup ciuita
tes iuda vocẽ ſuã. Quaſi cuſtodes agroꝝ facti
ſunt ſup eã in gyro: q꞉ me ad iracundiã ꝓuoca
uit dicit dñs. Vie tue ⁊ cogitationes tue fece/
runt hec tibi. Iſta malitia tua: q꞉ amara. quia
tetigit cor tuũ. Vẽtrem meũ: ventrẽ meum do
la que ego cogito facere eis: reuertat̄ vnuſquiſ
q₃ a via ſua peſſima et ꝓpiti⁹ ero iniq̄tati et pec
cato eoꝝ. Vocauit ḡ hieremias baruch filium
nerie. ⁊ ſcripſit baruch ex ore hieremie oēs ſer
mones dñi quos locut⁹ ē ad eū in volumine li/
bri. Et ꝑcepit hieremias baruch dicens. Ego
clauſus ſum: nec valeo ingredi domū domini.
Ingredere ḡ tu et lege de volumine in q̄ ſcripſi
ſti ex ore meo v̄ba dñi audiente populo in do/
mo dñi in die ieiunij: inſuꝑ ⁊ audiente vniuer
ſo iuda qui veniunt de ciuitatibus ſuis. Leges
eis: ſi forte cadat orō eoꝝ in conſpectu domini
et reuertat̄ vnuſq̄ſq₃ a via ſua peſſima: q̄m ma
gnus furor et indignatio eſt quā locutus ē do/
minus aduerſus ꝓplm̄ hūc. Et fecit baruch fili
us nerie iuxta oia q̄ ꝑceperat ei hieremias pro
pheta: legens ex volumine ſermones domini

in domo dñi. Factū eſt aūt in anno quinto ioa
chim filij ioſie regis iuda: in menſe nono: p̄di
cauerūt ieiuniū in ɔſpectu domini oi populo in
iĺm et vniuerſe multitudini q̄ cōfluxerat de ci
uitatibus iuda in hierl'm. Legitqꝫ baruch ex
volumine ſermones hieremie in domo dñi in
gaçophylatio gamarie filij ſaphan ſcribe in ve
ſtibulo ſuperiori in introitu porte noue domus
domini: audiente oi populo. Cūqꝫ audiſſet mi
cheas filius gamarie filij ſaphan oēs ſermões
dñi ex libro: deſcendit in domū regis ad gaço/
phylatiū ſcribe. Et ecce ibi omnēs p̄ncipes ſede
bant: eliſama ſcriba et dalaias filiꝰ ſemeie ꝛ bel
nathan filius achobor et gamarias filiꝰ ſaphā
et ſedechias filius ānanie. et vniuerſi p̄ncipes.
Et nūciauit eis micheas oīa v̄ba que audiuit
legentē baruch ex volumine: in auribus pplī.
Miſerūt itaqꝫ oēs p̄ncipes ad baruch iudi fili
um nathanie filij ſelemie filij chuſi dicentes.
Volumē ex quo legiſti audiente pplo ſume in
manu tua. et veni. Tulit ḡ baruch filius nerie
volumen in manu ſua: et venit ad eos. Et di/
xerūt ad eum. Sede: et lege hec in auribus no
ſtris. Et legit baruch in auribꝰ eoꝝ. Igit̄ cuꝫ
audiſſent oīa v̄ba: obſtupuerūt vnuſquiſqꝫ ad
ꝓximū ſuū. et dixerūt ad baruch. Nunciare de
bemus regi oēs ſermones iſtos. Et interroga
uerūt eū dicentes. Iudica nobis quō ſcripſiſti
oēs ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autē eis
baruch. Ex ore ſuo loquebat̄ q̄ſi legens ad me
oēs ſermones iſtos: et ego ſcribebā in volumi
ne attramēto. Et dixerunt p̄ncipes ad baruch
Vade et abſcondere tu et hieremias. et nemo
ſciat vbi ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regē i atriū.
Porro volumē cōmendauerunt in gaçophy
latio eliſame ſcribe et nūciauerunt audiēte rege
oēs ſermōes. Miſitqꝫ rex iudi vt ſumeret vo
lumē: qui tollēs illud de gaçophylatio eliſame
ſcribe legit audiente rege et vniuerſis principi
bus qui ſtabant circa regem. Rex autē ſedebat
in domo hyemali in mēſe nono. et poſita erat
arula corā eo plena prunis. Cūqꝫ legiſſet iudi
tres pagellas vel quattuor: ſcidit illud ſcalpelo
ſcribe et ꝓiecit in ignem qui erat ſuper arulam
donec conſumeret̄ omne volumen igni q erat
in arula. Et non timuerūt neqꝫ ſciderūt veſti/
menta ſua rex et omnes ſerui eius: qui audie/
runt vniuerſos ſermones iſtos. Verūtñ bel/
nathā et dalaias et gamarias ɔ̄dixerūt regi ne
combureret librum. et non audiuit eos. Et p̄/
cepit rex Hieremiel filio Amalech. ꝛ ſaraie fi
lio Ezriel. et Selemie filio Abdehel: vt com/
p̄hēderēt baruch ſcribam ꝛ hieremiam pro
phetam. Abſcondit aūt eos dñs. Et factū ē ver
bum dñi ad hieremiam ꝓphetam: poſtq̄ꝫ com
buſſerat rex volumen ꝛ ſermones quos ſcripſe
rat baruch ex ore hieremie dicens. Ruꝛſuꝫ tol
le volumen aliud. ꝛ ſcribe in eo oēs ſermones
priores qui erant in primo volumine quod cō/
buſſit ioachim rex iuda. Et ad ioachim regē iu
da dices. Hec dicit dñs. Tu combuſſiſti volu/
men iſtud dicens. Quare ſcripſiſti in eo annū
cians. feſtinus veniet rex babylōis. ꝛ vaſtabit
terrā hanc. ꝛ ceſſare faciet ex illa hominem ꝛ iu
mentum. Propterea hec dicit dñs deus cōtra
ioachim regem iuda. Non erit ex eo qui ſedeat
ſuper ſolium dauid. ꝛ cadauer eius proijcietur
ad eſtum per diem ꝛ ad gelu per noctem. Et vi
ſitabo cōtra eū ꝛ contra ſemen eius ꝛ ɔtra ſer/
uos eiꝰ iniq̄tates ſuas. ꝛ adducam ſuper eos ꝛ
ſuper habitatores iĺm ꝛ ſup̄ viros iuda oē ma
lum qd̄ locutus ſum ad eos. ꝛ non audierunt.
Hieremias aūt tulit volumen aliud. ꝛ dedit il
lud baruch filio nerie ſcribe: qui ſcripſit in eo ex
ore hieremie oēs ſermones libri quē combuſſe
rat ioachim rex iuda igni. ꝛ in ſup̄ additi ſūt ſer
mones mĺto plures q̄ꝫ āte a fuerāt. XXXVII

Et regnauit rex ſedechias filius ioſie ꝓ
iechonia filio ioachim quem conſtituit
regē nabuchodonoſor rex babylōis in
terra iuda. ꝛ non obediuit ipſe ꝛ ſerui eius ꝛ po
pulus terre verbis domini que locutus eſt i ma
nu hieremie ꝓphete. Et miſit rex ſedechias iu
chal filiū ſelemie: ꝛ ſophoniam filiū maaſie ſa
cerdotem ad hieremiam prophetā dicēs. Ora
pro nobis dominum deum noſtrum. Hiere/
mias autem libere ambulabat in medio populi
Nō enim miſerāt eū in cuſtodiā carceris. Igit̄
exercitus pharaonis egreſſus eſt de egypto. ꝛ
audientes chaldei qui obſidebant hieruſalē hu
iuſcemodi nunciū receſſerunt ab iĺm. Et factū
eſt verbum dñi ad hieremiam ꝓphetam dicēs
Hec dicit dñs deus iſrl'. Sic dicetis regi iuda
q miſit vos ad me interrogandum. Ecce exer/
citꝰ pharaōis q egreſſus eſt vobis i auxiliū re/
uertet̄ in trā ſuā i egyptū. ꝛ redient chaldei ꝛ bel
labunt ɔtra ciuitatē hāc. ꝛ capiēt eā. ꝛ ſuccēdēt
igni. Hec dicit dñs. Nolite decipere aīas vr̄as
dicētes eūtes abibunt ꝛ recedent a nobis chal/
dei. q2 non abibūt. Sed ꝛ ſi ꝑcuſſeritis oēm ex
ercitum chaldeoꝝ qui p̄liant̄ aduerſum vos ꝛ
derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati. ſinguli
de tentorio ſuo ɔſurgent. ꝛ incendēt ciuitatem
hanc igni. Ergo cum receſſiſſet exercitus chal/

deorũ ab irl̃z ꝓpter exercitũ pharaõis. egreſſ⁹
eſt hieremias de irl̃m vt iret in terrã beniamin
⁊ diuideret ibi poſſeſſionẽ in ↄſpectu ciuiũ. Cũ
q̃ꝫ ꝑuenisſet ad portã beniamin. erat ibi cuſtos
porte ꝑ vices nomie hierias filius ſolemie filij
ananie. ⁊ apprehẽdit hieremiã ꝓphetã dicens.
Ad caldeos ꝓfugis. Et rñdit hieremias. Fal
ſum eſt nõ fugio ad caldeos. Et nõ audiuit euꝫ
ſed ↄprehẽd hierias hieremiã ⁊ adduxit eum
ad p̃ncipes. Quãobrẽ irati p̃ncipes ↄtra hiere
miã ceſiſi cũ miſerũt i carcerẽ q erat in domo io
nathan ſcribe. Ipſe enĩ p̃poſitus erat ſuꝑ carce
rẽ. Itaq̃ꝫ ingreſſus eſt hieremias in domũ laci
⁊ in ergaſtulũ. ⁊ ſedit ibi hieremias dieb⁹ mul
tis. Mittẽs aũt ſedechias rex tulit eũ. ⁊ interro
gauit eũ in domo ſua abſcõdite. ⁊ dixit. Putaſ
ne eſt ſermo a dño. Et dixit hieremiaſ. Eſt. Et
ait. In manus regis babylõis traderis. Et di
xit hieremias ad regẽ ſedechiaꝫ. Quid peccaui
tibi ⁊ ſeruis tuis ⁊ pplõ tuo. q2 miſiſti me in do
mũ carceris. Ubi ſunt ꝓphe vr̃i q ꝓphetabãt
vobis ⁊ dicebãt: non veniet rex babylonis ſuꝑ
vos ⁊ ſuꝑ terrã hãc. Nunc ergo audi obſecro
dñe mi. rex. Ualeat deprecatio mea in conſpe/
ctu tuo. ⁊ ne me remittas in domũ ionathe ſcri/
be ne moriar ibi. Precepit ergo rex ſedechias
vt traderetur hieremias in veſtibulum carcerꝭ
⁊ daretur ei torta quotidie panis. excepto pul/
mento: donec cõſumerenĩ oẽs panes de ciuita
te. Et manſit hieremias in veſtibulo carceris.

XXXVIII

AUdiuit aũt ſaphacias
filius madian ⁊ hiedelias fili⁹ phaſſur
⁊ iucha filius ſelemie ⁊ phaſſur fili⁹ mel
chie ſermões quos hieremias loquebaĩ ad om
nem populum dicẽs. Hec dicit domin⁹. Qui
cũq̃ꝫ manſerit in ciuitate hac. morietur gladio ⁊
fame ⁊ peſte: q autem ꝓfugerit ad chaldeos vi
uet. ⁊ erit anima eius ſoſpes ⁊ viuens. Hec di
cit dominus. Tradẽdo tradeĩ ciuitas hec i ma
nu exercitus regis babylõis. ⁊ capiet eã. Et di
xerũt principes regi. Rogamus vt occidaĩ hõ
iſte. De induſtria. n. diſſoluit manus virorum
bellantiũ q remanſerũt in ciuitate hac. ⁊ manuſ
vniuerſi ppl̃i. loquẽs ad eos vniuerſa v̾ba hꝫ
Siquidẽ hõ iſte non q̃rit pacẽ pplõ huic. ſed
malũ. Et dixit rex ſedechias. Ecce ipſe in ma/
nibus vr̃is ẽ. Nec. n. fas ẽ vobis q̃cq̃ꝫ negare
Tulerũt ergo hieremiã. ⁊ ꝓiecerũt eũ in lacum
helchie filij amalech. q erat i veſtibulo carceris
⁊ ſummiſerũt hieremiã i funib⁹ in lacũ in quo nõ
erat aqua ſꝫ lutũ. Deſcendit itaq̃ꝫ hieremias in
cenũ. Audiuit aũt abdemalech ethiops vir eu
nuchus qui erat in domo regis: q miſiſſent hie
remiam in lacum. Porro rex ſedebat in porta
beniamin. Et egreſſus eſt abdemelech de do/
mo regis. ⁊ locutus eſt ad regẽ dicẽs. Dñe mi
rex. male fecerũt viri iſti. oĩa quecũq̃ꝫ ꝑpetraue
rũt ↄtra hieremiã ꝓphetã. mittẽtes eũ in lacuꝫ
vt moriaĩ ibi fame. Nõ ſunt enĩ panes vltra in
ciuitate. Precepit itaq̃ꝫ rex abdemelech ethio/
pi dicẽs. Tolle tecũ hinc triginta viros ⁊ leua
hieremiã ꝓphetã de lacu antеq̃ꝫ moriaĩ. Aſſũ/
ptis ergo abdemelech ſecũ viris ingreſſus ẽ do
mũ regis q̃ erat ſub cellario ⁊ tulit inde veteres
pãnos ⁊ antiq̃ veſtimẽta q̃ cõputruerãt: ⁊ ſum
miſit ea ad hieremiã i lacũ ꝑ funiculoſ. Dixitq̃ꝫ
abdemelech ethiops ad hieremiã ꝓphetã. Po
ne veteres pãnos ⁊ hec ſciſſa ⁊ putrida ſub cu/
bito manuũ tuaꝝ. ⁊ ſuꝑ funes. Fecit ergo hie/
remias ſic. Et extraxerũt hieremiã funibus. ⁊
eduxerũt eũ de lacu. Manſit aũt hieremias in
veſtibulo carceris. Et miſit rex ſedechias. ⁊ tu
lit ad ſe hieremiã ꝓphetã ad oſtiũ tertiũ qđ erat
in domo dñi. Et dixit rex ad hieremiã. Inter/
rogo ego te ſermonẽ: ne abſcõdas a me aliqd.
Dixit aũt hieremias ad ſedechiã. Si annuncia
uero tibi: nũqd nõ interficies me. Et ſi ↄſilium
dedero tibi. nõ me audies. Iurauit ergo rex ſe
dechias hieremie clã dicens. Uiuit dñs q fecit
nobis aĩam hãc: ſi occidero te. ⁊ ſi tradidero te
in manus viroꝝ iſtoꝝ q querũt aĩam tuam. Et
dixit hieremias ad ſedechiã. Hec dicit dñs ex/
ercituũ deus iſrl̃. Si profectus exieris ad prin
cipes regis babylonis. Uiuet aĩa tua. ⁊ ciuitaſ
hec non ſuccẽdeĩ igni. ⁊ ſaluus eris tu ⁊ dom⁹
tua. Si autẽ non exieris ad principes regi ba/
bylonis. tradetur ciuitas hec ĩ manus chaldeo
rũ ⁊ ſuccendẽt eã igni. ⁊ tu nõ effugies de ma/
nu eoꝝ. Et dixit rex ſedechias ad hieremiam.
Sollicitus ſũ ꝓpter iudeos q trãſfugerunt ad
chaldeos. ne forte tradar in manus eoꝝ. ⁊ illu
dant mihi. Rñdit aũt hieremias. ⁊ dixit ei. Nõ
te tradẽt. Audi queſo vocẽ dñi quã ego loquor
ad te. ⁊ bene tibi erit: ⁊ viuet aĩa tua. Qđ ſi no/
lueris egredi. iſte eſt ſermo quẽ oñdit mihi do/
min⁹. Ecce oẽs mulieres q̃ remãſerũt i domo
regis iuda. educenĩ ad principes regis babylo
nis: ⁊ ipſe dicẽt. Seduxerũt te. ⁊ ꝑualuerũt ad
uerſuꝫ te viri pacifici tui. demerſerunt te i ceno
⁊ in lubrico pedes tuos. ⁊ receſſerunt a te. Et
omnes vxores tue ⁊ filij tui educentur ad chal
deos. ⁊ non effugies manus eoꝝ. ſed in manu
regis babylonis capieris. ⁊ ciuitatẽ hanc cõbu
ret igni. Dixit ḡ ſedechias ad hieremiã. Null⁹

ſcict v̄ba h̄: ⁊ nō morieris. Si aūt audierit p̄n
cipes: q: locutꝰ ſū tecū: ⁊ venerit ad te: ⁊ dixe/
rit tibi: indica nobis qd locutꝰ ſis cū rege: ne ce
les ⁊ nō te interficiemꝰ: ⁊ qd locutꝰ ē tecū rex di
ces ad eos. Proſtraui ego p̄ces meas corā re/
ge: ne me reduci iuberet i domū ionathā: ⁊ ibi
morerer. Venerūt ḡ oēs p̄ncipes ad hieremiā
⁊ interrogauerūt eū. Et locutꝰ ē eis iuxta oīa v̄
ba q̄ p̄cepat ei rex. Et ceſſauerūt ab eo: nihil .n.
fuerat auditū. Manſit v̄o hieremias in veſtibu
lo carceris vſqꝫ ad diē q̄ capta ē irl'm. Et factū
eſt vt caperetur hieruſalem. XXXIX

Anno nono ſedechie regis iuda menſe
decio venit nabuchodonoſor rex baby
lōis ⁊ oīs exercitꝰ eiꝰ ad irl'm: ⁊ obſide
bāt eā. Vndecīo aūt āno ſedechie menſe q̄rto:
quinta mēſis: apta eſt ciuitas: ⁊ igreſſi ſūt oēs
p̄ncipes regis babylōis: ⁊ ſederunt i porta me
dia neregel ſereſer ſemagar nabuſar ſachin ra
pſaces neregel ſereſer rebmag: ⁊ oēs reliq̄ p̄n
cipes regꝭ babylōis. Cūqꝫ vidiſſet eos ſedechi
as rex iuda ⁊ oēs viri bellatores fugerūt: ⁊ egreſ
ſi ſunt nocte d̄ ciuitate p̱ viā horti regis: ⁊ p̱ por
tā q̄ erat inī duos muros: ⁊ egreſſi ſūt ad viaꝫ
deſerti. Perſecutꝰ ē āt eos exercitꝰ chaldeoꝝ:
⁊ ꝯp̄hēdeīt ſedechiā in cāpo ſolitudis hiericho
tine: ⁊ captū adduxerūt ad nabuchodonoſor re
gē babylonis in reblatha q̄ ē in t̄ra emath: ⁊ lo
cutus ē ad eū iudicia. Et occidit rex babylōis
filios ſedechie in reblatha ī oculis eiꝰ ⁊ oēs no
biles iuda occidit rex babylonis. Oculos q̄qꝫ
ſedechie eruit: ⁊ vinxit eū ꝯpedibꝰ vt duceret̄ i
babylonē. Domū quoqꝫ regis ⁊ domū vulgi
ſuccēderūt chaldei igni: ⁊ muꝝ irl'm ſubuerte
rūt. Et reliqas ppl'i q̄ remāſerāt ī ciuitate: ⁊ p̱
fugos q̄ trāſfugerāt ad eū ⁊ ſup̱fluos vulgi qui
remāſerāt trāſtulit nabuçardan magr̄ militū i
babylonē: ⁊ de plebe paupeꝝ q̄ nihil penitꝰ hē
bant dimiſit nabuzardā magr̄ militie in t̄ra iu
da: ⁊ dedit eis vineas ⁊ ciſternas ī die illa. Prē
cepat āt nabuchodonoſor rex babylōis de hie/
remia nabuçardan magr̄o militū dicēs. Tolle
illā: ⁊ pone ſup eū oculos tuos: nihilqꝫ ei mali
facias: ſꝫ vt voluerit ſic facies ei. Miſit ḡ nabuzar
dan p̄nceps militie ⁊ nabu ⁊ ſeſbā ⁊ rapſaces ⁊
neregel ⁊ ſereſer ⁊ rebmag. ⁊ oēs optiates re/
gis babylōis miſerūt ⁊ tulerūt hieremiā de ve/
ſtibulo carceris: ⁊ tradiderūt eū godolie filio ai
chā filij ſaphan vt intraret in domū: ⁊ hītaret i
pplō. Ad hieremiā aūt factus fuerat ſmo dn̄i
cū clauſus eēt i veſtibulo carceris dicēs. Va/
de ⁊ dic abdemelech ethyopi dicēs. Hec dicit
dn̄s exercituū deus iſrael. Ecce ego inducā ſer
mōes meos ſup ciuitatē hanc in malū: ⁊ nō in
bonū: ⁊ erūt in ꝯſpectu tuo in die illa: ⁊ libera/
bo te in die illa ait dn̄s. Et nō traderis i manꝰ
viroꝝ q̄s tu formidas: ſꝫ eruēs liberabo te: et
gladio nō cades: ſed erit tibi aīa tua in ſaluteꝫ:
q: in me habuiſti fiduciā ait dn̄s. XL.

Sermo q̄ factꝰ eſt ad hieremiā a dn̄o pꝰ
q̄ꝫ dimiſſus eſt a nabuçardan magr̄o
militie de rama q̄n tulit eū vinctum ca
thenis in medio oīum q̄ migrabāt de hierl'm ⁊
iuda: ⁊ ducebāt̄ in babylonē. Tollens ḡ prin
ceps militie hieremiā dixit ad eū. Dn̄s deꝰ tuꝰ
locutus ē malū ſuper locū iſtū: ⁊ adduxit ⁊ fecit
dn̄s ſicut locutꝰ eſt q: peccaſtis dn̄o ⁊ nō audi/
ſtis vocē eius: ⁊ factꝰ eſt vobis ſmo hic. Nūc
ḡ ecce ſolui te hodie de cathenis q̄ ſunt i manibꝰ
tuis. Si placet tibi vt venias mecū in babylo/
nē: veni ⁊ ponā oculos meos ſup te. Si auteꝫ
diſplicet tibi venire mecū in babylonē: reſide.
Ecce oīs terra in ꝯſpectu tuo ē. Quo elegeris
⁊ q̄ placuerit tibi vt vadas: illic perge: ⁊ mecū
noli venire: ſed hīta apud godoliā filiū aichaꝫ
filij ſaphan: quē p̄poſuit rex babylōis ciuitati/
bus iude. Hīta ḡ cū eo i medio ppl'i: vel quo/
cūqꝫ placuerit tibi vt vadas vade. Dedit q̄ꝫ ei
magr̄ militie cibaria ⁊ munuſcula: ⁊ dimiſit eū.
Venit aūt hieremias ad godoliā filiū aichā in
maſphath ⁊ hītauit cū eo i medio ppl'i q̄ relictuſ
fuerat i t̄ra. Cūqꝫ audiſſent oēs p̄ncipes exer/
citus q̄ diſp̱ſi fuerāt p̱ regiones: ipſi ⁊ ſocij eoꝝ
q̄ p̄feciſſet rex babylonis godoliā filium aichā
terre: ⁊ q̄ cōmendaſſet ei viros ⁊ mulieres ⁊ p̱
uulos: ⁊ de paup̱ibꝰ terre q̄ nō fuerāt tranſlati
in babylonē: venerūt ad godoliā in maſphath
⁊ hiſmael filius nathanie: ⁊ iohannan filꝰ ca/
ree: ⁊ ionathā ⁊ ſareas filius thenehometh ⁊ filij
offi q̄ erāt d̄ nethophati ⁊ iechonias filius maa
chati ipſi ⁊ viri eoꝝ. Et iurauit eis godolias fi
lius aichā filij ſaphā ⁊ comitibꝰ eoꝝ dicēs. No
lite timere ſeruire chaldeis. Hītate in terra et
ſuite regi babylonis: ⁊ bn̄ erit vob. Ecce ego
hīto in maſphath: vt rūdeā p̄cepto chaldeoꝝ q̄
mittūt̄ ad nos. Vos aūt colligite vindemiā et
meſſem ⁊ oleū ⁊ cōdite in vaſis vr̄is ⁊ manete
in vrbibus vr̄is q̄s tenetis. Sed ⁊ oēs iudei q̄
erāt i moab: ⁊ in finibꝰ āmon: ⁊ in idumea: ⁊ i
vniuerſis regiōibus: audito q̄ dediſſet rex ba
bylonis reliqas in iudea: ⁊ q̄ p̄poſuiſſet ſuper
eos godoliā filiū aichā filij ſaphan: reuerſi ſūt
in qua oēs iudei de vniuerſis locis ad q̄ ꝯfu/
gerant: et venerūt in terrā iuda ad godoliā in

maſphat ⁊ collegerunt vinum ⁊ meſſem mul/
tam nimis. Johānan aūt filius caree: ⁊ omneſ
pncipes exercit⁹ q diſperſi fuerāt in regionib⁹
venerūt ad godoliā in maſphat ⁊ dixerunt ei.
Scito q babalis rex filioꝝ ammon miſit hiſ/
mael filium nathanie pcutere aiam tuā. Et nō
credidit eis godolias filius aichā. Joannā aūt
filius caree dixit ad godoliā ſeorſū in maſphat
loquens. Ibo ⁊ pcutiā hiſmael filiū nathanie:
nullo ſciēte ne interficiat aiam tuā: ⁊ diſſipen
tur oēs iudei q ↄgregati ſunt ad te: ⁊ pibūt reli
qe iuda. Et ait godolias filius aichā ad iohan/
nā filiū caree. Noli facere vbū h. Falſum enī
tu loqueris de hiſmael.

XLI

Et factū eſt in mēſe ſeptimo: venit hiſ/
mael filius nathanie filij eliſama de ſe
mine regali: ⁊ optimas regis: ⁊ decē
viri cū eo ad godoliā filiū aichā in maſphat: et
comederūt ibi panes ſil' in maſphat. Surrexit
aūt hiſmael filius nathanie: ⁊ decē viri q cū eo
erant: ⁊ pcuſſerūt godoliā filiū aichā filij ſaphā
gladio: ⁊ interfecerūt eū quē pfecerat rex baby
lonis terre. Oēs qꝫ iudeos q erāt cū godolia
in maſphat ⁊ chaldeos q repti ſūt ibi: ⁊ viros
bellatores percuſſit hiſmael. Scđo aūt die poſt
qꝫ occiderat godoliā nullo adhuc ſciente: vene
runt viri de ſychem ⁊ de ſylo ⁊ de ſamaria octo
ginta viri raſi barba ⁊ ſciſſis veſtibus ⁊ ſqualē
tes ⁊ munera ⁊ thus habebant in manu vt of/
ferrent in domo domini. Egreſſus ḡ hiſmael
filius nathanie in occurſum eoꝝ de maſphat: i
cedens ⁊ plorans ibat. Cū aūt occurriſſet eis
dixit ad eos. Venite ad godoliā filium aichā.
Qui cū veniſſent ad mediū ciuitatis: interfecit
eos hiſmael filius nathanie circa mediū laci ip
ſe ⁊ viri q erant cū eo. Decem aūt viri repti ſūt
inter eos: q dixerūt ad hiſmael. Noli occidere
nos q: hēmus theſauros in agro frumenti et
hordei ⁊ olei ⁊ mellis. Et ceſſauit: ⁊ non inter
fecit eos cum fratribus ſuis. Lacus aūt ī quē
piecerat hiſmael oia cadauera viroꝝ quos per
cuſſit ppter godoliā ipſe eſt quē fecit rex aſa p
pter baaſa regē iſrael. Ipſum repleuit hiſmael
filius nathanie occiſis. Et captiuas duxit hiſ/
mael oēs reliquias ppl'i q erant in maſphath fi
lias regis ⁊ vniuerſū populum q remāſerant
in maſphath: quos cōmendauerat nabuçardā
pnceps militie godolie filio aichā. Et cepit eoſ
hiſmael filius nathanie: ⁊ abijt: vt tranſiret ad
filios ammon. Audiuit aūt iohānan filius ca/
ree ⁊ oēs pncipes bellatoꝝ q erant cū eo oē ma
lum qd fecerat hiſmael filius nathanie: ⁊ aſſū/
ptis vniuerſis viris profecti ſunt vt bellarent
aduerſum hiſmaelē filiū nathanie: ⁊ inuenerūt
eū ad aquas multas que ſunt in gabon. Cum
qꝫ vidiſſet oīs ppl's q erat cū hiſmaele iohānan
filiū caree ⁊ vniuerſos principes bellatoꝝ qui
erant cū eo letati ſunt. Et reuerſus e oīs ppl's
quem cepat hiſmael in maſphath: reuerſuſqꝫ
abijt ad iohannā filium caree. Hiſmael autē
filius nathanie fugit cū octo viris a facie iohan
nā: ⁊ abijt ad filios āmon. Tulit aūt iohānā fi
lius caree: ⁊ oēs pncipes bellatoꝝ qui erant cū
eo: vniuerſas reliqas vulgi quas reduxerant
ab hiſmael filio nathanie de maſphath: poſtqꝫ
percuſſit godoliam filiū aichā fortes viros ad
pliuꝫ: ⁊ mulieres ⁊ pueros ⁊ eunuchos quoſ
reduxerat de gabaon: ⁊ abierunt ⁊ ſederunt pe
regrinantes in chanaan que eſt iuxta bethleē
vt pergerent ⁊ introirent egyptum a facie chal
deorum. Timebant enim eos: q: percuſſerat
hiſmael filius nathanie godoliam filium aichā
quem prepoſuerat rex babylonis in terra iu/
da.

XLII

Et acceſſerāt oēs pncipes bellatoꝝ: et
iohānan filius caree: ⁊ iezonias filius
oſie ⁊ reliquū vulg⁹ a puo vſqꝫ ad ma
gnum: dixerūtqꝫ ad hieremiā pphām. Cadat
oro noſtra in ↄſpectu tuo: ⁊ ora p nobis ad do
minū deū tuū p vniuerſis reliquijs iſtis: quia
derelicti ſumus pauci de plurib⁹ ſicut oculi tui
nos intuent': ⁊ annūciet nobis dn̄s deus tuus
viā p quam pgamus: ⁊ verbū qd faciamus.
Dixit aūt ad eos hieremias ppha. Audiui. ec
ce ego oro ad dn̄m deum vr̄m ſm vba vr̄a: oē
verbū qdcūqꝫ rn̄derit mihi iudicabo vob: nec
celabo vos qcqꝫ. Et illi dixerūt ad hieremiam
Sit dominus inter nos teſtis vitatis ⁊ fidei:
ſi nō iuxta omne verbū in quo miſit te dn̄s de⁹
tuus ad nos: ſic faciemus ſiue bonū eſt ſiue ma
lum. Voci dn̄i dei nr̄i ad quē mittimus te obe
diemus: vt bn̄ ſit nobis cū audierimus vocem
dn̄i dei nr̄i. Cū aūt ↄpleti eēnt decē dies: factū
eſt verbū dn̄i ad hieremiā. Vocauitqꝫ iohan/
nā filiū caree: ⁊ oēs pncipes bellatoꝝ q erant
cū eo: ⁊ vniuerſū ppl'ꝫ a minimo vſqꝫ ad magnū
⁊ dixit ad eos. Hec dicit dn̄s de⁹ iſrael ad quē
miſiſtis me: vt pſternerē pces vr̄as in cōſpe/
ctu eius. Si quieſcentes manſeritis in tra hac:
edificabo vos q̄ nō deſtruam: plantabo ⁊ non
euellā. Jam enī placatus ſum ſup malo: quod
feci vobis. Nolite timere a facie regis babylo
nis quē vos pauidi formidatis. Nolite metue
re eū dicit dn̄s: q: vobiſcum ſum ego vt ſaluos

vos faciam ⁊ eruam de manu eius: ⁊ dabo vo
bis mi̅as ⁊ miſerebor veſtri: ⁊ hitare vos faci
am in terra vr̄a. Si aūt dixeritis vos nō habi/
tabimus in t̄ra iſta nec audiemus vocē dn̄i dei
nr̄i dicētes: nequaq̄: ſ; ad terram egypti ꝑge/
mus vbi nō videbim⁹ bellū: ⁊ clangorē tube n̄
audiemus: ⁊ famē nō ſuſtinebimus: ⁊ ibi hita
bimus: ꝓpter h̄ nūc audite v̄bū dn̄i reliq̄e iu/
da. Hec dicit dn̄s deus exercituum deus iſrl̄.
Si poſueritis faciem vr̄am vt igrediami egy/
ptū ⁊ intraueritis vt ibi hitetis: gladius quem
vos formidatis: ibi ꝯp̄hēdet vos i terra egy/
pti: ⁊ fames ꝓ q̄ eſtis ſolliciti adherebit vobis
i egypto ⁊ ibi moriemi. Oēſq; viri q̄ poſuerit
faciē ſuā: vt igrediant̄ egyptū vt hitēt ibi: mo/
rient̄ gladio ⁊ fame ⁊ peſte. Nullus d̄ eis rema
nebit: nec effugiet a facie mali: q̄d ego afferam
ſup eos: q: hec dicit dn̄s exercituū de⁹ iſrl̄. Si
cut ꝯflat⁹ ē furor meus: ⁊ indignatio mea ſup
hitatores hierl̄m ſic ꝯflabit̄ idignatio mea ſup
vos cū igreſſi fueritis egyptū ⁊ eritis i iuſiurā
dū: ⁊ in ſtuporē ⁊ in maledictū: ⁊ in opprobriū
⁊ nequaq̄ vltra videbitis locū iſtū. Verbum
dn̄i ſup vos reliq̄e iuda. Nolite itrare egyptū
Sciētes ſcietis: q: obteſtat⁹ ſum vobis hodie:
q: decepiſtis aīas vr̄as. Vos.n. miſiſtis me
ad dn̄m deum nr̄m dicentes. Ora ꝓ nobis ad
dn̄m deū nr̄m: ⁊ iuxta oīa q̄cūq; dixerit tibi do
minus de⁹ noſter: ſic annūncia nobis ⁊ facie/
mus. Et annūciaui vobis hodie: ⁊ non audi/
ſtis vocē dn̄i dei noſtri ſup vniuerſis ꝓ q̄bus
miſit me ad vos. Nūc ḡ ſcientes ſcietis: q: gla
dio ⁊ fame ⁊ peſte moriemi i loco ad quē volui
ſtis itrare vt hitaretis ibi.

XLIII.

Actū eſt aūt cū cōpleſſet hieremias lo/
quens ad ppl̄m vniuerſos ſermones
dn̄i dei eoꝝ ꝓ q̄bus miſerat eum dn̄s
deus eoꝝ ad illos oīa v̄ba hec: dixit azarias fi
lius oſie ⁊ iohānan filius caree: ⁊ oēs viri ſu/
ꝑbi dicentes ad hieremiā. Mendaciū tu loque
ris. Nō miſit te dominus noſter dicens. Ne i
grediamini egyptū vt habitetis illic: ſ; baruch
filius nerie incitat te aduerſū nos: vt tradat nos
in manus chaldeoꝝ: et interficiat nos: et tradu
ci faciat in babylonē. Et nō audiuit iohannan
filius caree: et oēs ꝑncipes bellatoꝝ: et vniuer
ſus ppl̄s vocē dn̄i vt manerent in terra iuda:
ſed tollēs iohannā filius caree vt vniuerſi pn̄/
cipes bellatoꝝ vniuerſos reliq̄aꝝ iuda q̄ reuer
ſi fuerant de cūctis gentibus ad quas fuerant
ante diſperſi vt hitarent in terra iuda: viros ⁊
mulieres et puulos: et filias regis ⁊ oēm aīaz
quā reliq̄rat nabuzardan ꝑnceps militie cum
godolia filio aicham filii ſaphan. et hieremiā ꝓ
phetā et baruch filiū nerie: et ingreſſi ſūt i ter
rā egypti: q: nō obedierūt voci dn̄i: et venerūt
vſq; ad taphnis. Et fact⁹ ē ſmo dn̄i ad hieremiā
in taphnis dicēs. Sume tibi lapides grādes i
manu tua ⁊ abſcōdes eos in crypta q̄ ē ſub mu
ro latericio i porta dom⁹ pharaonis i taphnis
cernētib⁹ viris iudeis ⁊ dices ad eos. Hec dic̄
dn̄s exercituū de⁹ iſrl̄. Ecce ego mittā ⁊ aſſumā
nabuchodonoſor regē babylonis ſuū meū: ⁊
ponā thronū ei⁹ ſup lapides iſtos quos abſcō/
di: ⁊ ſtatuet ſoliū ſuū ſup eos. Veniēſq; ꝑcutiet
terrā egypti: quos in morte in mortē: ⁊ quos i
captiuitate in captiuitatē: ⁊ quos i gladio i gla/
diū. Et ſuccēdet ignē i delubris deoꝝ egypti ⁊
ꝯburet ea ⁊ captiuos ducet illos. Et amiciet̄ t̄ra
egypti ſic amicit̄ paſtor palio ſuo: ⁊ egrediet̄ in
de in pace. Et ꝯteret ſtatuas dom⁹ ſolis q̄ ſūt i
t̄ra egypti: ⁊ delubra deoꝝ egypti ꝯburet igni.

XLIIII

Verbū qd̄ factū ē ad hiere
miā: ⁊ ad oēs iudeos q̄ hitabāt i terra
egypti hitantes i magdalo: ⁊ i taphnis
⁊ i mēphis: ⁊ i terra phatures dicēs. Hec dic̄
dn̄s exercituū de⁹ iſrl̄. Vos vidiſtis oē maluz
iſtud qd̄ adduxi ſup irl̄z: ⁊ ſup oēs vrbes iuda
⁊ ecce deſerte ſūt hodie: ⁊ nō ē in eis hitator ꝓ/
pter maliciā quā fecerūt vt me ad iracundiā ꝓ
uocarēt: ⁊ irent ⁊ ſacrificarēt ⁊ colerēt deos ali
enos quos neſciebāt: ⁊ illi ⁊ vos ⁊ pr̄es vr̄i. Et
miſi ad vos oēs ſuos meos ꝓphas d̄ nocte cō
ſurgēs mittēſq; ⁊ dicēs. Nolite facere verbuz
abhoiationis huiuſcemōi. Et nō audierūt nec
iclinauerūt aurē ſuā vt ꝯuerterent̄ a malis ſuis:
⁊ nō ſacrificarēt diis alienis. Et ꝯflata ē idigna
tio mea: ⁊ furor me⁹: ⁊ ſuccenſa ē in ciuitatibus
iuda: ⁊ in plateis hierl̄m: ⁊ verſe ſunt in ſolitu
dinem ⁊ vaſtitatē ſicut diem hanc. Et nunc hec
dicit dn̄s exercituū deus iſrl̄. Quare vos faci/
tis malū grande hoc ꝯtra aīas vr̄as: vt intere/
at ex vobis vir ⁊ mulier paruulus ⁊ lactens de
medio iude: nec relinquat̄ vobis q̄cq̄ reſiduū:
ꝓuocātes me in opibus manuū veſtraꝝ: ſacri
ficādo diis alienis in terra egypti: i quā igreſſi
eſtis: vt habitetis ibi: ⁊ diſperdamini ⁊ ſitis i ma
ledictionē: ⁊ i opprobriū cunctis gētibus terre
Nūquid obliti eſtis mala patrū veſtroꝝ: ⁊ ma
la regū iuda: ⁊ mala vxoꝝ eoꝝ: ⁊ mala veſtra:
⁊ mala vxoꝝ veſtraꝝ q̄ fecerūt i terra iuda ⁊ in
regionib⁹ hierl̄m. Nō ſunt mūdati vſq; ad diē
hanc: ⁊ nō timuerunt: ⁊ nō ambulauerūt in le/

ge dñi: ⁊ in ꝓceptis meis q̄ dedi coram vobis ⁊
corā prībus vr̄is. Jdeo hec dicit dn̄s exercitu
um deus iſrael. Ecce ego ponā faciē meā i vo/
bis i malū ⁊ diſꝑdā oēm iudā. Et aſſumā reli/
quias iude q poſuerūt facies ſuas vt ingredeređ
tur terrā egypti ⁊ hitarent ibi: ⁊ ꝯſumenť oēs
in terra egypti: ⁊ cadēt i gladio ⁊ in fame. Cō
ſumenť a minimo vſqꝫ ad maximū: in fame et
gladio morientur: ⁊ erūt in iuſiurandū et in mi
raculū et in maledictionē et in opprobriuꝫ. Et
viſitabo ſup hitatores tre egypti: ſicut viſitaui
ſup hierl'm i gladio ⁊ fame et peſte et nō erit q
effugiat: et ſit reſiduus de reliquijs iudeoꝛuꝫ q
vadūt vt ꝑegrinenť in terra egypti et reuertāť
in terrā iuda: ad quā ipſi eleuant aīas ſuas: vt
reuertanť et hitent ibi. Nō reuertētur niſi q fu
gerint. Rn̄derūt autē hieremie oēs viri ſcien
tes ꝙ ſacrificarent vxores eoꝝ dijs alienis et
vniuerſe mľieres q̄ cū ſtabat multitudo grādis
et oīs ppľs hitantiū in terra egypti i ꝑhatures
dicentes. Sermonē quē locutus es ad nos in
noīe dn̄i: nō audiem⁹ ex te: ſed faciētes facie/
mus oē v̄bū qđ egredieť de ore noſtro: vt ſa/
crificem⁹ regine celi: et libemus ei libamina:
ſicut fecimus nos et prēs et reges nr̄i et ꝓnci/
pes noſtri in vrbibus iuda: et in plateis hierl'ꝫ
et ſaturati ſum⁹ panib⁹ et bn̄ nobis erat: malū
qꝫ nō vidim⁹. Ex eo āt tpe quo ceſſauimus ſa
crificare regine celi: et libare ei libamina: indi/
guimus oīb⁹: et gladio et fame ꝯſumpti ſumuſ
ꝙ ſi non ſacrificamus regine celi: et libamuſ ei
libamina. Nunqđ ſine viris noſtris facïemus
ei placētas ad colendā eā: et libamina ad liban
dū. Et dixit hieremias ad oēm ppl'm aduerſuꝫ
viros: et aduerſū mulieres et aduerſuꝫ vniuer
ſam plebē q rn̄derant ei verbū dicens. Nūqđ
non ſacrificiū quod ſacrificaſtis in ciuitatibus
iuda et in plateis hierl'm: vos et prēs vr̄i regeſ
veſtri: et ꝓncipes veſtri et populus tre: horuꝫ
recordatus ē dn̄s et aſcendit ſup cor eius. Et n̄
poterat dn̄s vltra portare ꝓpter maliciā ſtudio
ruꝫ veſtroꝝ et ꝓpter abhominatiōes quas feciſtiſ
et facta eſt terra veſtra in deſolationē et in ſtu/
porem et in maledictū eo ꝙ nō ſit hitator: ſicut
eſt dies hec. Propterea ꝙ ſacrificaueritis ido
lis: et peccaueritis dn̄o: et non audieritis vocē
domini: et in lege et in preceptis et teſtimonijs
eius non ambulaueritis: iccirco euenerūt vo/
bis mala hec: ſicut eſt dies hec. Dixit aūt hiere
mias ad oēm ppl'm: et aduerſus mulieres. Au
dite v̄bū domini oīs iuda qui eſtis i terra egy
pti: Hec inquit dominus exercituū deus iſrl'
dicens. Vos et vxores veſtre locuti eſtis ore
veſtro: et manibus veſtris impleſtis dicentes
Faciamus vota noſtra que vouimus vt ſacri/
ficemus regine celi: et libemus ei libamina.
Jmpleſtis opera veſtra et opere perpetraſtis
ea. Jdeo audite verbum domini omnis iuda
qui habitatis in terra egypti. Ecce ego iuraui
in nomine meo magno: ait dominus: quia ne
quaquam vltra vocabitur nomen meū ex ore
omnis viri iudei dicentis: viuit dn̄s deus in
omni terra egypti. Ecce ego vigilabo ſup eos
in malum ⁊ non in bonū ⁊ ꝯſumenť oēs viri
iuda qui ſunt in terra egypti gladio ⁊ fame do/
nec penitus ꝯſumantur. Et q fugerint gladiū
reuerteť de terra egypti in terrā iuda viri pau
ci: ⁊ ſcient oēs reliquie iuda ⁊ ingredientiū ter
raꝫ egypti: vt habitēt ibi: cuius ſmo ꝯpleatur
meus: an illoꝝ. Et hoc vobis ſignū ait dn̄s ꝙ
viſitē ego ſup vos in loco iſto: vt ſciatis qꝛ vere
ꝯplebunť ſmones mei ꝯ vos in malū. Hec di
cit dn̄s. Ecce ego tradā pharaonē ephree regē
egypti in manu inimicoꝝ eius: ⁊ in manu que
rentiū aīam illius: ſicut tradidi ſedechiā regeꝫ
iuda in manu nabuchodonoſor regis babylo/
nis inimici ſui ⁊ querentis aīam eius. XLV

Verbū qđ locutus eſt hieremias ꝓpha
ad baruch filiū nerie cū ſcripſiſſet ver/
ba hec in libro ex ore hieremie anno q̄r
to ioachim filij ioſie regis iuda dicēs. Hec di
cit dn̄s de⁹ iſrael ad te baruch. Dixiſti. Ve mi
ſero mihi: qm̄ addidit dn̄s dolorē dolori meo:
laboraui in gēitu meo ⁊ requiē nō inueni. Hec
dicit dn̄s. Sic dices ad eū. Ecce quos edifica/
ui ego dſtruo: ⁊ quos plātaui ego euello: ⁊ vni
uerſam terrā hanc. Et tu q̄ris tibi grādia. No
li q̄rere: qꝛ ecce ego adducā malū ſup oēm car/
nem ait dn̄s: ⁊ dabo tibi aīaꝫ tuā in ſalutē in oī
bus locis ad quecunqꝫ perrexeris. XLVI.

Quod factū eſt verbū dn̄i ad hieremiaꝫ
ꝓphetā ꝯ gentes. Ad egyptū: aduer/
ſum exercituꝫ pharaonis nechao regis
egypti q erat iuxta fluuiū eufraten in charcha/
mis quē ꝑcuſſit nabuchodonoſor rex babylo/
nis in quarto āno ioachim filij ioſie regis iuda
Preparate ſcutū ⁊ clypeū ⁊ ꝓcedite ad belluꝫ.
Jungite equos ⁊ aſcendite equites: ſtate in ga
leis: polite lanceas: induite vos loricis. Quid
igiť? Vidi ipſos pauidos et terga vertētes for
tes eoꝝ ceſos. Fugerunt ꝯciť: nec reſpexerūt
Terror vndiqꝫ ait dn̄s. Nō fugiet velox: nec
ſaluari ſe putet fortiſ. Ad aquilonē iuxta fluuiē
eufraten victi ſunt et ruerunt. Quis eſt iſte qui

q̄ſi flumen aſcendit: et velnti fluuioꝝ intumeſ/
cunt gurgites eius. Egyptus fluminis inſtar
aſcendit: ⁊ velut flumina mouebunẗ fluctus eiꝰ
⁊ dicet. Aſcendens operiā terrā: ꝑdam ciuita/
tē ⁊ habitatores eius. Aſcendite equos ⁊ exul/
tate in curribus: ⁊ ꝓcedant fortes ethyopie ⁊ li
bie tenentes ſcutum: ⁊ lidij arripientes ⁊ iacië
tes ſagittas. Dies aūt ille dñi dei exercituū dieſ
vltionis: vt ſumat vindictaꝫ de inimicis ſuis.
Deuorabit gladius ⁊ ſaturabiẗ: ⁊ inebriabitur
ſanguine eoꝝ. Victima eni dñi exercituū i ter/
ra aquilonis: iuxta flumen eufraten. Aſcende
i galaad: ⁊ tolle reſinā virgo filia egypti. Fru
ſtra multiplicas medicamina: ſanitas nō erit ti
bi. Audierunt gentes ignominiā tuā: ⁊ vlula/
tus tuus repleuit terrā. Quia fortis impegit i
fortē: ⁊ ābo pariter cōciderunt. Verbū qd lo/
cutus eſt dñs ad hieremiā ꝓphetā ſuꝑ eo ꝙ vē
turus eēt nabuchodonoſor rex babylonis ⁊ ꝑ
cuſſurus terrā egypti. Annūciate egypto ⁊ au
ditū facite in magdalo: ⁊ reſonet in mēphis ⁊ i
taphnis dicite. Sta ⁊ ꝑpara te: qꝛ deuorabit gla
dius ea que ꝑ circuitū tuū ſunt. Quare compu
truit fortis tuus. Non ſtetit: qm̄ dñs ſubuertit
eū. Multiplicauit ruentes: cecidit qꝫ vir ad ꝓ/
ximum ſuū. Et dicēt. Surge ⁊ reuertamur ad
populū noſtruꝫ: ⁊ ad terrā natiuitatis noſtre a
facie gladij columbe. Vocate nomē pharaōis
regis egypti: tumultū adduxit tps. Viuo ego
inquit rex dominus exercituū nomē eius: qm̄
ſicut thabor in montibus: ⁊ ſicut carmelus in
mari veniet. Vaſa transmigratiōis fac tibi ha
bitatrix filia egypti: qꝛ mēphis in ſolitudie erit
⁊ deſereẗ ⁊ inhabitabilis erit. Vitula elegans
atqꝫ formoſa egyptus: ſtimulator ab aquilone
veniet ei. Mercēnarij quoqꝫ eius q̄ verſabāẗ
in medio eius: q̄ſi vituli ſaginati verſi ſūt: ⁊ fu
gerunt ſimul: nec ſtare potuerūt: qꝛ dies interfe
ctionis eoꝝ venit ſuꝑ eos: tēpus viſitatiōis eo
rum. Vox eius q̄ſi eris ſonabit: qm̄ cū exerci/
tu ꝑparabunt ⁊ cū ſecuribus venient ei. Qua
ſi cedentes ligna ſucciderunt ſaltū eius ait dñs
qui ſupputari nō pōt. Multiplicati ſunt ſuper
locuſtas: ⁊ nō eſt eis numerus. Cōfuſa eſt fi/
lia egypti: ⁊ tradita in manus populi aquilōis
dicit dominus exercituū deus iſrael. Ecce ego
viſitabo ſuꝑ tumultū alexādrie: ⁊ ſuper egyptū
⁊ ſuꝑ deos eius: ⁊ ſuper reges eius: ⁊ ſuꝑ pha
raonem: ⁊ ſuꝑ oēs q̄ ɔfidunt in eo: ⁊ dabo eos
in manus q̄rentiū aiam eoꝝ: ⁊ in manus na/
buchodonoſor regis babylonis: ⁊ in manus
ſeruoꝝ eius. Et poſt hec habitabiẗ ſicut diebꝰ
ꝑſtinis ait dñs. Et tu ne timeas ſerue meus ia
cob: ⁊ ne paueas iſrael. Quia ecce ego ſaluum
te faciā de longinquo: ⁊ ſemen tuū de terra ca/
ptiuitatis tue. Et reuerteẗ iacob ⁊ requieſcet: ⁊ ꝓ
ſperabiẗ ⁊ nō erit q̄ exterreat eum. Et tu noli ti
mere ſerue meus iacob ait dñs: qꝛ tecū ego ſuꝫ
qꝛ ego ɔſumā cūctas gētes ad q̄s eieci te. te vero
non ɔſumam: ſed caſtigabo te in iudicio: nec q̄
ſi innocenti parcā tibi. Capitulū. XLVII
Quod factū eſt verbū dñi ad hieremiaꝫ
ꝓphetaꝫ ɔ̄ paleſtinos: anteq̄ꝫ ꝑcuteret
pharao gazaꝫ. Hec dicit dñs. Ecce aq̄
aſcendēt ab aquilonē: ⁊ erūt q̄ſi torrēs īundās
⁊ operiēt terrā ⁊ plenitudinē eius: vrbē et ha/
bitatores eius. Clamabūt homines et vlulabunt
oēs habitatores terre a ſtrepitu pompe armoꝝ et
bellatoꝝ eius a commotione q̄drigaꝝ eius: et mul
titudie rotaꝝ illius. Nō reſpexerūt prēs filios
manibus diſſolutis: ꝓ aduētu diei in quo va/
ſtabunẗ oēs philiſtijm: et diſſipabiẗ tyrus et ſi/
don cū oibus reliq̄s auxilijs ſuis. Depopula/
tus eſt eni dñs paleſtinos: reliq̄s iſule cappa/
docie. Venit caluitiū ſuꝑ gazan: ɔticuit aſcalō
et relique vallis eaꝝ. Vſqꝫquo ɔcideris. O mu
cro dñi: vſqꝫquo nō q̄ſces. Ingredē i vaginā
tuā refrigerare et ſile. Quō q̄ſcet: cū dñs ꝑce/
pit ei aduerſus aſcalonē: et aduerſū maritimaſ
eiꝰ regiōes: ibiqꝫ cōdixerit illi. XLVIII
Ad moab: Hec dicit dñs exercituū deꝰ
iſrł. Ve ſuꝑ nabo: qm̄ vaſtata ē et ɔfu
ſa. Capta eſt cariathiarim: ɔfuſa ē for/
tis et tremuit. Nō eſt vltra exultatio in moab:
ɔtra eſebon cogitauerūt malū. Venite et diſꝑ/
damus eā de gēte. Ergo ſilens ɔticeſces ſeq̄ẗ
qꝫ te gladius. Vox clamoris de oronaim vaſti
tas et ɔtritio magna. Cōtrita eſt moab: annū/
ciate clamorē puulis eius. Per aſcenſuꝫ enim
luith plorans aſcendet in fletu: qm̄ in deſcenſu
oronaim hoſtes vlulatū ɔtritionis audierunt.
Fugite: ſaluate animas veſtras: et eritis quaſi
mirice in deſerto. Pro eo eni ꝙ habuiſti fidu/
ciam in munitionibus tuis: et in theſauris tuis
tu quoqꝫ capieris. Et ibit chamos in tranſmi
grationem: ſacerdotes eius et ꝑncipes eius ſi/
mul. Et veniet ꝑ̄do ad oēm vrbē: et vrbs nul
la ſaluabiẗ. Et peribunt valles et diſſipabunẗ cā
peſtria: qm̄ dixit dñs. Date florē moab: qꝛ flo/
rens egredietur: et ciuitates eius deſerte erunt
et inhabitabiles. Maledictus q̄ facit opus dñi
fraudulenter: et maledictus q̄ ꝓhibet gladium
ſuū a ſanguine. Fertilis fuit moab ab adoleſcē
tia ſua: et requieuit in fecibus ſuis. Nec tranſfu/

ſus eſt de vaſe in vas: et in tranſmigrationem
nõ abiit. Idcirco pmanſit guſtus eius in eo: ⁊
odor eius nõ eſt immutatus. Propterea ecce di
es veniũt dicit dñs: ⁊ mittã ei ordinatores ⁊ ſtra
tores lagũcularũ ⁊ ſternẽt eũ vt vaſa ei⁹ exhau
rient ⁊ lagũculas eorũ collident. Et ↄfundetur
moab a chamos ſicut ↄfuſa ẽ domus iſrael be
thel in qua habebat fiduciã. Quõ dicitis fortes
ſumus: ⁊ viri robuſti ad pliandũ. Vaſtata eſt
moab ⁊ ciuitates illius ſuccenderũt: ⁊ electi iu
uenes eius deſcenderũt in occiſionẽ ait rex do
minus exercituũ nomẽ eius. Prope ẽ itentus
moab vt veniat: ⁊ malũ eius velociter accurret
nimis: Cõſolamini eũ oẽs qui eſtis in circuitu
eius: ⁊ vniuerſi q ſcitis nomẽ ei⁹ dicite. Quõ
ↄfracta eſt virga fortis: baculus glorioſus. De
ſcende de gloria ⁊ ſede ſiti habitatio filie dybõ.
qm̃ vaſtator moab aſcẽdet ad te: diſſipabit mu
nitiones tuas. In via ſta ⁊ proſpice habitatio
aroer. Interroga fugientẽ: ⁊ ei qui euaſit dic
qd accidit. Cõfuſus ẽ moab qm̃ victus ẽ. Vlu
late ⁊ clamate: annunciate arnon: qm̃ vaſtata ẽ
moab: ⁊ iudiciũ venit ad terrã cãpeſtrẽ: ſuper
elõ ⁊ ſup iaſa ⁊ ſuper mephat ⁊ ſuper dybon ⁊
ſup nabo ⁊ ſup domũ deblathaim ⁊ ſup caria
thaim ⁊ ſup bethgamul ⁊ ſup bethmaon ⁊ ſup
carioth ⁊ ſup boſra: ⁊ ſuper oẽs ciuitates terre
moab q̃ lõge ⁊ ppe ſunt. Abſciſũ eſt cornu mo
ab: ⁊ brachiũ eius ↄtritũ: ait dñs. Inebriate eũ
qm̃ ↄtra dñm erectus eſt. Et allidet manũ mo
ab in vomitu ſuo: ⁊ erit in deriſũ etiã ipſe. Fu
it.n. in deriſum tibi iſrael: quaſi inter fures repe
riſſes eũ. Propter verba ergo tua q̃ aduerſũ
illũ locutus es: captiuus duceris. Relinquite
ciuitates: ⁊ habitate in petra habitatores moab
⁊ eſtote q̃ſi colũba nidificans in ſũmo ore fora
minis. Audiuimus ſupbiã moab. Superbus
eſt valde. Sublimitatẽ eius ⁊ arrogantiã ⁊ ſu
pbiã ⁊ altitudinẽ cordis eius: ego ſcio ait dñs.
Iactantiã eius eo q nõ ſit iuxta eã virtus ei⁹:
nec iuxta quod poterat conata ſit facere. Ideo
ſuper moab eiulabo: ⁊ ad moab vniuerſã cla
mabo: ad viros muri fictilis lamentantes. De
planctu iazer plorabo tibi vinea ſabama. Pro
pagines tue tranſierunt mare: vſq; ad mare ia
zer peruenerunt. Super meſſem tuam ⁊ vin
demiam tuam predo irruit. Ablata eſt leticia ⁊
exultatio de carmelo ⁊ de terra moab: ⁊ vinũ
de torcularibus ſuſtuli. Nequaq̃ calcator vue
ſolitum celeuma cantabit. De clamore eſebon
vſq; eleale ⁊ iaſa dederunt vocem ſuã a ſegor.
vſq; ad oronaim vitulam conternantem: aque
vero nemrim peſſime erunt. Et auferã de moab:
ait dominus offerentem in excelſis: ⁊ ſacrificã
tem diis eius. Propterea cor meum ad moab
quaſi tibia eris reſonabit: ⁊ cor meũ ad viros
muri fictilis dabit ſonitum tibiarum: quia plus
fecit q̃ potuit idcirco perierunt. Omne enim
caput caluitium: ⁊ omnis barba raſa erit. In
cunctis manibus colligatio: ⁊ ſuper omne dor
ſum cilicium. Et ſuper omnia tecta moab: ⁊ in
plateis eius omnis planctus: quoniam contri
ui moab ſicut vas inutile ait dominus. Quo
modo victa eſt ⁊ vlulauerunt. Quomodo de
iecit ceruicem moab ⁊ cõfuſus eſt: Eritq; mo
ab in deriſũ: ⁊ in exemplũ omnibus in circui
tu ſuo. Hec dicit dominus: Ecce quaſi aquila
volabit: ⁊ extendet alas ſuas ad moab. Capta
eſt carioth: ⁊ munitiones comprehenſe ſunt.
Et erit cor fortium moab in die illa ſicut cor mu
lieris parturientis. Et ceſſabit moab eſſe popu
lus: quoniam contra dominum gloriatus eſt.
Pauor ⁊ fouea ⁊ laqueus ſuper te o habitator
moab ait dñs. Qui fugerit a facie pauoris ca
det in foueã: ⁊ q cõſcenderit de fouea capiet la
queo. Adducã.n. ſuper moab annũ viſitatio
nis eorũ ait dominus. In vmbra eſebon ſtete
runt de laqueo fugiẽtes: qr ignis egreſſus ẽ de
eſebon: ⁊ flãma de medio ſeõ: ⁊ deuorabit par
tem moab: ⁊ verticẽ filiorũ tumultus. Ve tibi
moab. Periſti popule chamos: qr cõprehenſi
ſunt filii tui: ⁊ filie tue i captiuitatẽ. Et ↄuertã
captiuitatẽ moab in nouiſſimis diebus ait dñs
Hucuſq; iudicia moab.

Capitulum. XLIX

AD filios ammon. Hec dicit dominus
Nunquid nõ filii ſunt iſrael: aut heres
non eſt ei. Cur igitur hereditate poſſe
dit melchon gad: ⁊ ppl's eius in vrbibus eius
habitauit. Ideo ecce dies veniũt in te: dicit do
minus ⁊ auditum faciam ſup rabbath filiorũ
ãmon fremitũ prelii: ⁊ erit in tumulũ diſſipata
filieq; ei⁹ igni ſuccẽdent: ⁊ poſſidebit iſrl' poſ
ſeſſores ſuos ait dñs: vlula eſebon qm̃ vaſtata
ẽ hai. Clamate filie rabba: accingite vos ciliciis
plãgite ⁊ circuite p ſepes: qm̃ melchõ i trãſmi
grationẽ ducet: ſacerdotes ei⁹ ⁊ pncipes ei⁹ ſil
qd glriaris i vallib⁹ defluxit vallis tua filia delica
ta q̃ ↄfidebas i theſauris tuis: ⁊ dicebas qs ve
niat ad me: Ecce ego iducã ſup terrorẽ ait dñs
deus exercituũ ab oibus q ſũt in circuitu tuo ⁊
diſpergemini ſinguli a ↄſpectu veſtro: nec erit
qui congreget fugientes. Et poſt hec reuerti fa
ciam fugientes. ⁊ captiuos filiorum ammon ait
dominus. Ad idumeã. Hec dicit dominus ex
ercituum. Nunquid non vltra eſt ſapientia i the

man. Periȷt conſilium a filiȷs. Inutilis facta
eſt ſapientia eorum. Fugite ⁊ terga vertite:
deſcendite in voraginē habitatores dedan: quo
niam perditionem eſau adduxi ſuper eum: tem
pus viſitationis eius. Si vindemiatores eius
veniſſent ſuper te. non reliquiſſent racemuꝫ. ſi
fures in nocte rapuiſſent quod ſufficeret ſibi.
Ego vero diſcooperui eſau. reuelaui abſcon/
dita eius. ⁊ celari non poterit. Vaſtatum eſt ſe
men eius ⁊ fratres eius. ⁊ vicini eius. ⁊ nō erit
Relinque pupillos tuos. ⁊ ego faciam eos vi/
uere. ⁊ vidue tue. in me ſperabunt. quia hec di/
cit dominus. Ecce quibus non erat iudiciuꝫ vt
biberent calicem bibentes bibent ⁊ tu quaſi in/
nocens relinqueris. Non eris innocens ſed bi
bens bibes. Quia per memetipſum iuraui dicit
dominus. q̄ in ſolitudinem ⁊ in opprobriuꝫ. ⁊
in deſertum ⁊ in maledictionē erit boſra. ⁊ om/
nes ciuitates eius erūt in ſolitudines ſempiter/
nas. Auditū audiui a domino. ⁊ legatus ad gē
tes miſſus ſum. Congregamini ⁊ venite cōtra
eam. ⁊ conſurgamus in prelium. Ecce eni par
uulum dedi te in gentibus: contemptibilem in
ter homines. Arrogantia tua decepit te. ⁊ ſup
bia cordis tui. qui habitas in cauernis petre. ⁊
apprehendere niteris altitudinem collis. Cum
exaltaueris quaſi aquila nidum tuum. inde de/
traham te dicit dominus. Et erit idumea deſer
ta. Omnis qui tranſibit per eam ſtupebit. ⁊ ſi/
bilabit ſuper omnes plagas eius ſicut ſubuer/
ſa eſt ſodoma ⁊ gomorra. ⁊ vicine eius ait dn̄s
Nō habitabit ibi vir ⁊ non incolat eam filiꝰ ho
minis. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia ior/
danis ad pulchritudinē robuſtā. q2 ſubito cur
re faciā eū ad illā. ⁊ q̄s erit electꝰ quē ꝓponā ei.
Quis eni ſimilis mei. Et q̄s ſuſtinebit me. Et
q̄s eſt iſte paſtor q̄ reſiſtat vultui meo. Propte
rea audite ꝯſiliū dn̄i qd̄ iniȷt de edom. ⁊ cogita
tiōes eiꝰ quas cogitauit de habitatoribꝰ themā
Si nō deiecerint eos ꝑuuli gregis niſi diſſipa/
uerint eū cū habitaculū eorū. A voce ruine eoruꝫ
cōmota eſt terra clamor i mari rubro auditus ē
vocis eius: Ecce quaſi aquila aſcendet. ⁊ euola
bit. ⁊ expandet alas ſuas ſuper boſram. Et erit
cor fortium idumee in die illa. quaſi cor mulie/
ris parturientis. Ad damaſcum. Confuſa eſt
emath ⁊ arphat. quia auditum peſſimum audie
runt. Turbati ſunt in mari: pre ſollicitudine
quieſcere non potuit. Diſſoluta eſt damaſcus:
verſa eſt in fugam: tremor apprehendit eam.
Anguſtia ⁊ dolores tenuerunt eam quaſi ꝑturi
entē. Quomō dereliq̄rūt ciuitatē laudabilē vr

bem leticie. Ideo cadent iuuenes eius i plateis
eius. ⁊ oēs viri prelij conticeſcent in die illa ait
dn̄s exercituū. Et ſuccendam igneꝫ in muro da
maſci ⁊ deuorabit menia benadab. Ad cedar ⁊
ad regna aſor que ꝑcuſſit nabuchodonoſor rex
babylonis. Hec dicit dominus ſurgite ⁊ aſcen
dite ad cedar ⁊ vaſtate filios orientis. Taberna
cula eorum ⁊ greges eorum capient. pelles eoꝝ
⁊ oia vaſa eorum ⁊ camelos eorum tollent ſibi.
⁊ vocabunt ſuper eos formidinē in circuitu eiꝰ
Fugite. abite vehementer in voraginibus ſe/
dete qui habitatis aſor ait dominus. Iniȷt eniꝫ
contra vos nabuchodonoſor rex babylonis cō
ſilium. ⁊ cogitauit aduerſus vos cogitationes.
Conſurgite ⁊ aſcendite ad gentem quietam ⁊
habitantē ꝯfidēter ait dn̄s. Nō oſtia nec vectes
eis: ſoli habitant. Et erunt cameli eorū in dire/
ptionē: ⁊ multitudo iumentorū in ꝑdam. Et di
ſpergam eos in oēm ventū q̄ ſunt attonſi in co
mā. ⁊ ex omni ꝯfinio eorū adducā interituꝫ ſuꝑ
eos ait dn̄s. Et erit aſor in habitaculū draconū
deſertam vſqꝫ in eternū. Non manebit ibi vir
nec incolat eā filius hoīs. Quod factuꝫ eſt ver
bū dn̄i ad hieremiā ꝓphetā aduerſus elā in ꝑn
cipio regni ſedechie regis iuda dicēs. Hec dicit
dn̄s exercituū. Ecce ego ꝯfringā arcū elā ⁊ ſu/
mā fortitudinē eorū: ⁊ inducā ſuꝑ elā q̄ttuor vē
tos a q̄ttuor plagis celi: ⁊ vētilabo eos i oēs vē
tos iſtos ⁊ nō erit gens ad quā nō ꝑueniāt ꝓfu
gi elam. Et pauere faciā elam corā inimicis ſuis
⁊ in ꝯſpectu q̄rentiū aīam eorū. Et adducā ſuꝑ
eos malū. irā furoris mei dicit dn̄s. Et mittam
poſt eos gladiū donec ꝯſumā eos: ⁊ ponā ſoliū
meū in elaꝫ ⁊ perdā inde reges ⁊ principes ait
dn̄s. In nouiſſimis aūt diebus reuerti faciā ca
ptiuos elam dicit dominus. L.

Verbū qd̄ locutus eſt dn̄s de babylone:
⁊ de terra chaldeorū in manu hieremie
ꝓphete. Annunciate in gētibus: ⁊ au
ditum facite. Leuate ſignum. predicate ⁊ nolite
celare. Dicite. Capta eſt babylon: confuſus eſt
bel. victus eſt marodach. Confuſa ſunt omnia
ſculptilia eorū. ſuꝑata ſunt idola eorum. Quo/
niā aſcendet ꝯtra eam gens ab aquilone: q̄ po/
net terrā eius in ſolitudinē. ⁊ non erit q̄ habitet
in ea ab hoie vſqꝫ ad pecus. Et moti ſunt. Et
abierūt. In diebꝰ illis. ⁊ in tp̄e illo ait dn̄s. ve/
niēt filiȷ iſrael ipſi ⁊ filiȷ iuda ſimul. Ambulātes
⁊ flētes ꝓperabūt. ⁊ dn̄m deū ſuū q̄rent. In ſy
on interrogabūt viā. huc facies eorū venient. ⁊ ap
ponent ad dn̄ꝫ federe ſēpiterno. qd̄ nulla obliui
one delebit. Grex ꝑditus factꝰ ē ppl's meus.

paſtores eoꝝ ſeduxerūt eos: feceruntq; vagari
i mōtib⁹. De mōte in collē trāſierūt: obliti ſūt
cubilis ſui. Oēs q iuenerūt comederūt eos: ⁊
hoſtes eoꝝ dixerūt. Nō peccauimus pro eo ꝙ
peccauerit dn̄o decori iuſticie. ⁊ expectatiōi patꝝ
eoꝝ dn̄o. Recedite de medio babylōis. de ter/
ra chaldeoꝝ egredimini. ⁊ eſtote q̄ſi hedi ań gre/
ges. Qm̄ ecce ego ſuſcitabo: ⁊ adducā i babylo
nē ꝯgregationē gentiū magnaꝝ de t̄ra aqlōis:
⁊ p̄parabunt aduerſus eā. ⁊ inde capiet. Sagit
ta ei⁹ q̄ſi viri fortis iterfectoris. nō reuertet va
cua. Et erit chaldea in p̄dā oēs vaſtātes eā re
plebuntur ait dn̄s. Qm̄ exultatis ⁊ magna loq
mini diripiētes hereditatē meā: qm̄ effuſi eſtis
ſic vituli ſup herbā: ⁊ mugiſtis ſic thauri. Cō/
fuſa ē mater v̄ra nimis: ⁊ adeq̄ta pulueri q̄ ge/
nuit vos. Ecce nouiſſima erit in gētibus: ⁊ de/
ſerta iuia ⁊ arens. Ab ira dn̄i nō habitabit. ſ; re
diget tota in ſolitudinē. Oīs q trāſibit p baby/
lonē ſtupebit: ⁊ ſibilabit ſuper vniuerſis plagis
ei⁹. Preparamini ꝯtra babylonē p circuitum.
Oēs q tēditis arcū debellate eā: nō pcatis iacu
lis: quia dn̄o peccauit. Clamate aduerſus eā.
Vbiq; dedit manū. Ceciderūt fundamēta ei⁹.
deſtructi ſunt muri ei⁹: qm̄ vltio dn̄i eſt. Vltio
nē accipite de ea. Sicut fecit: facite ei. Diſpdite ſa
torē de babylone: ⁊ tenentē falcē in tpe meſſis
a facie gladij colūbe. Vnuſqſq; ad ppl'm ſuum
ꝯuertet ⁊ ſinguli ad t̄rā ſuā fugiēt. Grex diſp/
ſus iſrl': leones eiecerūt eū. Primus comedit
eū rex aſſur. iſte nouiſſimus exoſſauit eū nabu/
chodonoſor rex babylōis. Propterea hec dicit
dn̄s exercituū deus iſrael. Ecce ego viſitabo re
gē babylōis ⁊ terrā ei⁹ ſic viſitabo regē aſſur.
⁊ reducā iſrael ad hitaculū ſuū. Et paſcet car/
mel⁹ ⁊ baſan: ⁊ i mōte effraim: ⁊ i galaad ſatura
bit aia eius. In diebus iſtis ⁊ in tpe illo ait do
min⁹: q̄ret iniqtas iſrael ⁊ nō erit: ⁊ pctm̄ iuda
⁊ nō inuenient: qm̄ ꝓpitius ero eis quos reliq̄/
ro. Sup t̄rā dn̄antiū aſcēde: ⁊ ſup habitatores
ei⁹ viſita. Diſſipa ⁊ interfice que poſt eos ſunt
ait dn̄s. ⁊ fac iuxta oia q̄ p̄cepi tibi. Vox belli in
terra: ⁊ ꝯtritio magna. Quō ꝯfractus eſt ⁊ cō/
trit⁹ malleus vniuerſe terre. Quō verſa eſt ide
ſertum babylon in gentib⁹. Illaqueaui te ⁊ cap
ta es babylon ⁊ neſciebas: inuēta es ⁊ app̄rehē
ſa quoniā dn̄m ꝓuocaſti. Apuit dn̄s theſaurū
ſuū: ⁊ ꝓtulit vaſa ire ſue: qm̄ opus eſt dn̄o deo
exercituū in terra chaldeoꝝ. Venite ad eā ab ex
tremis finib⁹: aperite vt exeāt ꝯculcent eam.
Tollite de via lapides ⁊ redigite aceruos: ⁊ in
terficite eā: nec ſit qcq̄ reliquū. Diſſipate vni/
uerſos fortes ei⁹ deſcēdāt in occaſionē. Ve eis
q: venit dies eoꝝ: tps viſitatiōis eoꝝ. Vox fu
gientiū. ⁊ eoꝝ q euaſerūt de terra babylonis: vt
annūciēt in ſyon vltionē dn̄i dei nr̄i. vltionē tē
pli ei⁹. Annūciate in babylonē pluriṁis om/
nib⁹ q tendūt arcū. Cōſiſtite aduerſus eā p gy
rū: ⁊ nullus euadat. Reddite ei ſm̄ opus ſuum
iuxta oia que fecit facite illi: q: ꝯtra dn̄m erecta
eſt. aduerſum ſcm̄ iſrael. Idcirco cadēt iuuenes
ei⁹ in plateis ei⁹. ⁊ oēs viri bellatores ei⁹ ꝯtice
ſcēt in die illa ait dn̄s. Ecce ego ad te ſupbe dīc
dn̄s deus exercituū: q: veniet dies tuus tps vi
ſitationis tue. Et cadet ſupbus ⁊ corruet ⁊ non
erit q ſuſcitet eū. Et ſuccendā ignē in vrbibus
ei⁹. ⁊ deuorabit oia in circuitu ei⁹. Hec dicit dn̄s
exercituū. Calumniā ſuſtinent filij iſrael ⁊ filij
iuda ſimul. Oēs q ceperūt eos tenēt. nolūt di/
mittere eos. Redēptor eoꝝ fortis. dn̄s exerci/
tuū nomē ei⁹. Iudicio defendet cām eoꝝ vt ex
terreat t̄rā ⁊ ꝯmoueat hitatores babylōis. Gla
dius ad chaldeos ait dn̄s: ⁊ ad hitatores baby/
lonis: ⁊ ad principes. ⁊ ſapiētes ei⁹. Gladius
ad diuinos eius q ſtulti erūt. Gladius ad for/
tes illius q timebūt. Gladius ad equos eius ⁊
ad currus eius: ⁊ ad oē vulgus qđ eſt in medio
eius. ⁊ erunt q̄ſi mulieres. Gladius ad theſau
ros eius q diripient. Siccitas ſuper aquas ei⁹
erit ⁊ areſcent. q: terra ſculptiliū eſt: ⁊ in porten
tis gloriant. Propterea hitabūt dracones cum
fatuis ſicarijs: ⁊ hitabūt in ea ſtrutiōes. Et nō
inhabitabit vltra vſq; in ſempiternum: nec ex
truet vſq; ad generationē ⁊ generationē. Sicut
ſubuertit dn̄s ſodomā ⁊ gomorrā ⁊ vicinas ei⁹
ait dn̄s. Nō hitabit ibi vir: nō incolet eā filius
hoīs. Ecce ppl's veniet ab aqlone ⁊ gens ma/
gna. ⁊ reges multi ꝯſurgent a finib⁹ terre. Ar
cū ⁊ ſcutū apprehendēt. crudeles ſunt ⁊ imiſe/
ricordes. Vox eoꝝ q̄ſi mare ſonabit. ⁊ ſup eq̄s
aſcendēt ſicut vir patus ad p̄liū ꝯtra te filia ba
bylon. Audiuit rex babylonis famā eoꝝ: ⁊ diſ
ſolute ſunt manus eius. Anguſtia app̄rehēdit
eū: dolor q̄ſi parturientē. Ecce q̄ſi leo aſcendet de
ſuperbia iordanis ad pulchritudinē robuſtā. q:
ſubito currere faciā eū ad illā. Et qs erit elect⁹
quē p̄ponam ei. Quis enī ſimilis mei. ⁊ qs ſuſti
nebit me. Et qs ē iſte paſtor qui reſiſtat vultui
meo. Propterea audite ꝯſiliū dn̄i qđ mente cō
cepit aduerſū babylōē: ⁊ cogitatiōes ei⁹ q̄s co
gitauit ſup terrā chaldeoꝝ. Niſi detraxerit eos
paruli gregū: niſi diſſipatū fuerit cū ipſis hitacu
lū eoꝝ. A voce captiuitatis babylōis ꝯmota eſt
terra. ⁊ clamor iter gētes audit⁹ eſt.

ET factũ eſt i ãno vndecimo tertio vna menſis: factum eſt verbũ dñi ad me dicens. Fili hominis. dic pharaõi regi egypti ⁊ pplo eius. Cui ſimilis factus es in magnitudine tua. Ecce aſſur q̃ſi cedrus i libano pulcher ramis. ⁊ frondibꝰ nemoroſus. excelſuſqꝫ altitudine: ⁊ inter ↄdenſas frondes eleuatuz ẽ cacumen eius. Aque nutrierunt illum: abyſſus exaltauit illũ. Flumina eius manabant in circuitu radicũ eius: ⁊ riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis. Propterea eleuata eſt altitudo eius ſuper oĩa ligna regionis. ⁊ multiplicata ſunt arbuſta eius. ⁊ eleuati ſunt rami eiꝰ pre aquis multis. Cũqꝫ extendiſſent vmbram ſuaz in ramis eiꝰ fecerunt nidos omnia volatilia celi. ⁊ ſub frondibus eiꝰ genuerunt oẽs beſtie ſaltuum: ⁊ ſub vmbraculo illius habitabat cetꝰ gẽtium plurimarũ. Eratqꝫ pulcherrimus in magnitudine ſua. ⁊ i dilatatiõe arbuſtoꝝ ſuorum. Erat eñi radix illiꝰ iuxta aq̃s multas. Cedri nõ fuerunt altiores illo i paradiſo dei. Abietes nõ adeq̃uerunt ſũmitatẽ eius. ⁊ platani nõ fuerũt eque frondibus illiꝰ. Oẽ lignũ paradiſi dei nõ eſt aſſimilatũ illi ⁊ pulchritudini eius: quoniaꝫ ſpecioſũ feci eũ. ⁊ multis cõdenſiſqꝫ frondibus Et emulata ſunt eũ oĩa ligna voluptatis: q̃ erãt in paradiſo dei. Propterea hec dicit dñs deus Pro eo q: ſublimatus eſt in altitudine ⁊ dedit ſũmitatẽ ſuam virentem atqꝫ condenſa. ⁊ eleuatum eſt cor eius in altitudine ſua: tradidi eum i manus fortiſſimi gentium. Faciens faciet ei. Iuxta impietatem eius eieci eũ: ⁊ ſuccident euz alieni ⁊ crudeliſſimi nationuz. Et proijciẽt euz ſup montes: ⁊ i cunctis ↄuallibus corruẽt rami eiꝰ. Et ↄfringent arbuſta eiꝰ i vniuerſis rupibꝰ terre: ⁊ recedent de vmbraculo eiꝰ oẽs ppli terre ⁊ relinquẽt eũ. In ruina eiꝰ habitauerũt oĩa volatilia celi. ⁊ i ramis eius fuerũt vniuerſe beſtie regionis. Quãobrẽ nõ eleuabunf i altitudine ſua oĩa ligna aquarũ: nec ponẽt ſublimitatẽ ſuã inter nemoroſa atqꝫ frondoſa: nec ſtabunt in ſublimitate ſua oĩa que irrigant aquis: quia oẽs traditi ſunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hoĩum ad eos qui deſcendũt in lacũ. Hec dicit dñs deus. In die quando deſcendit ad īferos induxi luctũ. operui euz abyſſo ⁊ ꝓhibui flumina eius: ⁊ coherceui aq̃s multas Cõtriſtatus eſt ſup eũ libanꝰ. ⁊ oĩa ligna agri ↄcuſſa ſunt. A ſonitu ruine eius ↄmoui gẽtes. cũ deducerẽ euz ad infernũ cũ his qui deſcendebant in lacuz. Et conſolata ſunt in terra infima oĩa ligna voluptatis egregia atqꝫ p̃clara i libano. vniuerſa q̃ irrigabant aquis. Nã ⁊ ipſi cũ eo deſcendẽt ad infernũ ad interfectos gladio. ⁊ brachium vniuſcuiuſqꝫ ſedebit ſub vmbraculo eius in medio nationum. Cui aſſimilatꝰ es o inclyte atqꝫ ſublimis inter ligna voluptatis. Ecce deductus es cuz lignis voluptatis ad terram vltimam. In medio incircũciſoꝝ dormies cũ eis qui interfecti ſũt gladio. Ipſe eſt pharao ⁊ oĩs multitudo eius: dicit dñs deꝰ. XXXII.

ET factum eſt duodecimo anno. in mẽſe duodecimo. in vna menſis. factum ẽ verbũ domini ad me dicẽs. Fili hominis. aſſume lamentũ ſuper pharaonem regem egypti. ⁊ dices ad eum. Leoni gentium aſſimilatus es. ⁊ draconi q eſt in mari. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis. ⁊ cõturbabas aquas pedibus tuis. ⁊ ↄculcabas flumina earũ. Propterea hec dicit dominꝰ deus. Expandã ſup te rete meum in multitudine ppl̃oꝝ multoꝝ. ⁊ extrahã te in ſagena mea. ⁊ ꝓijciam te in terram. Sup faciem agri abijciã te. ⁊ habitare faciã ſup te oĩa volatilia celi ⁊ ſaturabo de te beſtias vniuerſe terre. Et dabo carnes tuas ſuper mõtes. ⁊ implebo colles tuos ſanie tua. Et irrigabo terram fetore ſanguinis tui: inſuper montes ⁊ valles implebuntur ex te. Et operiam cuz extinctꝰ fueris celos: ⁊ nigreſcere faciam ſtellas eius. Solẽ nube tegã. ⁊ luna nõ dabit lumen ſuum Oĩa luminaria celi merere faciã ſup te. ⁊ dabo tenebras ſuper terrã tuã dicit dñs deus. Et irritabo cor ppl̃oꝝ multoꝝ. cum induxero ↄtritionẽ tuã i gentibus ſup terras q̃s neſcis. ⁊ ſtupeſcere faciã ſuper te ppl̃os multos. Et reges eoꝝ horrore nimio formidabũt ſuper te: cũ volare cepit gladiꝰ meꝰ ſup facies eoꝝ. ⁊ obſtupe

ſcent repente ſinguli ꝓ aīa ſua ī die ruine ſue
Quia hec dicit dn̄s deus. Gladius regis ba/
bylonis veniet tibi: in gladijs fortiū deijciam
multitudinē tuā. Jnexpugnabiles oēs gentes
he. Et vaſtabūt ſuperbiā. ⁊ diſſipabit multitu/
do eius. Et perdā oīa iumēta eiꝰ q̄ erāt ſup aq̄s
plurimas. ⁊ nō ꝯturbabit eas pes hominis vl/
tra: neqꝫ vngula iumentoꝝ turbabit eas. Tunc
puriſſimas reddam aquas eoꝝ. ⁊ flumina eoꝝ
quaſi oleū adducā. ait dn̄s deus: cū dedero ter
ram egypti deſolatā. Deſeret autem terra a ple
nitudine ſua qñ pcuſſero oēs habitatores eius.
⁊ ſcient qꝛ ego dn̄s. Planctus eſt. ⁊ plangēt eū
filie gentiū: ſup egyptū ⁊ ſup multitudinē eius
plangēt eū. ait dn̄s deus. Et factū eſt in duode/
cimo āno: in qntadecima mēſis. factū eſt verbū
dn̄i ad me dicens. Fili hoīs. cane carmen lugu/
bre ſuper multitudinē egypti. Et trahe eam ip
ſam ⁊ filias gentiū robuſtarū ad terrā vltimam
cum his q descendūt in lacum. Quo pulchrior
es deſcende. ⁊ dormi cum incircūciſis. Jn me/
dio interfectorū gladio cadent. Gladius datus
eſt. Et attraxerūt eā ⁊ oēs pplos eius. Loquen
tur ei potētiſſimi robuſtoꝝ de medio inferni: q
cū auxiliatoribus eiꝰ deſcenderūt. ⁊ dormierunt
incircūciſi interfectiqꝫ gladio: Jbi aſſur ⁊ om/
nis multitudo eius: in circuitu illiꝰ ſepulchra eo
rum oēs interfecti ⁊ q ceciderunt gladio: quoꝝ
data ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci. Et facta
eſt multitudo eius per gyrum ſepulchri eiꝰ vni
uerſi interfecti cadenteſqꝫ gladio q dederāt quō
dā formidinē ſuā in terra viuentium. Jbi elam
⁊ oīs multitudo eius per gyrum ſepulchri ſui.
Oēs hi interfecti ruētesqꝫ gladio: q deſcenderūt
incircūciſi ad terrā vltimā. Qui poſuerūt terro
rē ſuū in terra viuētiū: ⁊ portauerunt ignomi
niā ſuā cū his q deſcenderūt in lacū. Jn medio
interfectoꝝ poſuerunt cubile eius in vniuerſis
pplis eius. in circuitu eius ſepulchrū illiꝰ. Oēs
hi incircūciſi interfectiqꝫ gladio. Dederunt. n.
terrorē ſuū in terra viuētiū. ⁊ portauerūt igno
miniā ſuā cū his q deſcēdūt in lacū. Jn medio
interfectorum poſiti ſunt. Jbi moſoch ⁊ tubal ⁊
oīs multitudo eius. in circuitu eius ſepulchra il
lius. Oēs hi incircūciſi interfectiqꝫ ⁊ cadētes gla
dio. qꝛ dederunt formidinē ſuā in trā viuentiū
⁊ nō dormiēt cū fortibus cadētibꝰqꝫ. ⁊ icircūci
ſis q deſcenderūt ad infernū cū armis ſuis. Et
poſuerūt gladios ſuos ſub capitibus ſuis. ⁊ fue
runt iniq̄tates eoꝝ in oſſibꝰ eoꝝ: qꝛ terror fortiū
facti ſunt in tra viuētiū. Et tu ergo ī medio
incircūciſoꝝ ꝯtereris. ⁊ dormies cū interfectis
gladio. Jbi idumea. ⁊ reges eius ⁊ oēs duces
eius. q dati ſunt cū exercitu ſuo cū interfectis gla
dio. ⁊ q cum incircūciſis dormierūt: ⁊ cum his
q deſcenderunt in lacum. Jbi principes aq̄lōis
oēs ⁊ vniuerſi venatores qui deducti ſūt cū īter
fectis pauentes ⁊ in ſua fortitudine ꝯfuſi q dor/
mierūt incircūciſi cū interfectis gladio. ⁊ porta/
uerunt ꝯfuſionē ſuā cū his qui deſcēdunt in la
cū. Vidit eos pharao ⁊ ꝯſolatꝰ eſt ſup vniuer/
ſa multitudie ſua q̄ iterfecta eſt gladio: pharao
⁊ oīs exercitꝰ eius ait dn̄s deꝰ. qꝛ dedit terrorē
ſuū in tra viuentiū. ⁊ dormiuit in medio icircū
ciſoꝝ cū īterfectis gladio: pharao ⁊ oīs multitu
do eius ait dn̄s deus. XXXIII

Et factū eſt v̄bum dn̄i ad me dicēs. Fi
li hoīs. loquere ad filios pplī tui. ⁊ di/
ces ad eos. Terra cū induxero ſuper eā
gladium. ⁊ tulerit ppl's terre virū vnum de no
uiſſimis ſuis. ⁊ ꝯſtituerit eū ſuper ſe ſpeculato/
rē. ⁊ ille viderit gladiū vēientē ſuper trā ⁊ ce/
cinerit buccina ⁊ ānunciauerit ppō: audiēs au
tem quiſqs ille eſt. ſonitū buccine. ⁊ nō obſerua
uerit. veneritqꝫ gladius ⁊ tulerit eum: ſanguis
ipſiꝰ ſup caput eius erit. Sonitū buccine audi/
uit: ⁊ nō ſe obſeruauit. ſanguis eius in ipō erit.
Si aūt ſe cuſtodierit. aīam ſuā ſaluabit. Qd' ſi
ſpeculator viderit gladiū venientē ⁊ nō inſonue
rit buccina. ⁊ ppl's ſe non cuſtodierit: veneritqꝫ
gladius ⁊ tulerit de eis aīam. ille quidē ī iniqui
tate ſua captus eſt. ſanguinē autē eius de manu
ſpeculatoris requirā. Et tu fili hoīs ſpeculato/
rē dedi te domui iſrl'. Audiēs ergo ex ore meo
ſermonē: ānūciabis eis ex me. Si me dicēte ad
impiū. impie morte morieris: nō fueris locutꝰ vt
ſe cuſtodiat impiꝰ a via ſua: ipſe impius ī iniq̄ta/
te ſua morietur: ſanguinē aūt eius de manu tua re
quirā. Si aūt ānūciante te ad impium vt a vijs
ſuis ꝯuertatur: nō fuerit ꝯuerſus a via ſua ipſe in
iniquitate ſua morietur: porro tu aīam tuam libe/
raſti. Tu ergo fili hoīs dic ad domū iſrael. Sic
locuti eſtis dicētes. Jniq̄tates nr̄e ⁊ pctā noſtra
ſuper nos ſunt ⁊ ī ipſis nos tabeſcimus. Quō
ergo viuere poterimꝰ. Dic ad eos. Viuo ego
dicit dn̄s deꝰ. Nolo mortē impij: ſꝫ vt ꝯuertatur
impius a via ⁊ viuat. Cōuertimini a vijs veſtris
peſſimis. Et quare moriemini domus iſrl'. Tu
itaqꝫ fili hoīs dic ad filios pplī tui. Juſticia iu/
ſti nō liberabit eū in quacūqꝫ die peccauerit: ⁊ im
pietas impij nō nocebit ei in q̄cūqꝫ die ꝯuerſus
fuerit ab impietate ſua. Et iuſtus nō poterit vi
uere in iuſticia ſua. in quacunqꝫ die peccauerit.
Etiā ſi dixero iuſto qꝫ vita viuat. ⁊ ꝯfiſus in.

iuſtitia ſua fecerit iniqtatẽ: oẽs iuſtitie eius obli
uioni tradent̃: ⁊ in iniquitate ſua quã opatus ẽ
in ipſa morietur. Si aũt dixero impio: morte morie
ris ⁊ egerit pniam a pctõ ſuo: feceritq; iudiciũ
⁊ iuſtitiã. ⁊ pignus reſtituerit ille impius: rapinã
q; reddiderit. i mãdatis vite ambulauerit: nec
fecerit quicq̃ iniuſtũ: vita viuet ⁊ nõ morietur.
Oĩa peccata ei⁹ q̃ peccauit: nõ imputabunt̃ ei.
Iudiciũ ⁊ iuſtitiã fecit: vita viuet. Et dixerunt
filij ppl'i tui. Nõ ẽ equi põderis via dñi. Et ip
ſoꝝ via iniuſta ẽ. Cũ eni receſſerit iuſt⁹ a iuſti
tia ſua feceritq; iniqtates: morietur i eis. Et cum
receſſerit impius ab impietate ſua feceritq; iudiciũ
⁊ iuſtitiã: viuet i eis. Et dicitis. Nõ ẽ recta via
dñi. Unũquẽq; iuxta vias ſuas iudicabo d̃ vo
bis domus iſrael. Et fcm̃ ẽ in duodecimo ãno
i decimo mẽſe in quita mẽſe trãſmigratiõis no
ſtre: venit ad me q fugerat de hieruſalẽ dicẽs.
Vaſtata ẽ ciuitas. Manus aũt dñi facta fuerat
ad me veſpe añq; veniret q fugerat: aperuitq;
os meũ donec veniret ad me mane: ⁊ apto ore
meo nõ ſilui amplius. Et factũ ẽ v̈bũ domini
ad me dicẽs. Fili hoĩs: q habitant in ruinoſis
his: ſup humũ iſrael loq̃ntes aiunt. Un⁹ erat
abrahã: ⁊ hereditate poſſedit trã. Nos autem
multi ſum⁹: nobis data ẽ tra i poſſeſſionẽ. Id-
circo dices ad eos. hec dicit dñs de⁹. Qui i ſã
guine comeditis: ⁊ oculos vr̃os leuatis ad im-
mũdicias vr̃as. ⁊ ſanguinẽ funditis: nũqd ter
rã hereditate poſſidebitis. Stetiſtis in gladijs
vr̃is: feciſtis abhoĩatiões vr̃as. ⁊ vnuſquiſq;
vxorẽ pximi ſui polluit: ⁊ trã hereditate poſſide
bitis? Hec dices ad eos. Sic dicit dñs de⁹. Vi
uo ego: q̃ q in ruinoſis hitãt gladio cadẽt: ⁊ q
in agro ẽ. beſtijs tradet̃ ad deuorandũ: qui aũt
in pſidijs ⁊ in ſpeluncis ſũt peſte morient̃. Et
dabo terrã in ſolitudinẽ ⁊ in deſertũ: ⁊ deficiet
ſupba fortitudo ei⁹: ⁊ deſolabunt̃ montes iſrl':
eo q̃ nullus ſit q p eos trãſeat. Et ſcient q̃ ego
dñs: cũ dedero trã eoꝝ deſolatã ⁊ deſertã ꝑpt
vniuerſas abhoĩationes ſuas quas opati ſunt.
Et tu fili hoĩs: filij populi tui q loquũt̃ de te iux
ta muros ⁊ ĩ oſtijs domoꝝ: ⁊ dicũt vn⁹ ad al-
terũ vir ad pximũ ſuũ loquẽtes: venite ⁊ audi
am⁹ qs ſit ſermo egrediẽs a dño. Et veniũt ad
te q̃ſi ſi ingrediat̃ populus: ⁊ ſedẽt corã te popu
lus me⁹. Et audiũt ſermones tuos ⁊ nõ faciũt
eos: q̃ i cãticũ oris ſui v̈tũt illos. Et auaritiã
ſuam ſeq̃t̃ cor eoꝝ. ⁊ es eis q̃ſi carmẽ muſicũ qð
ſuaui dulciq; ſono canit̃. Et audiũt v̈ba tua ⁊
non faciunt ea. ⁊ cum venerit qð predictum eſt
ecce enim venit: tunc ſcient quia prophetes fue

rit inter eos.

XXXIIII

Et factũ eſt v̈bũ dñi ad me dicens. Fi
li hoĩs ꝓpheta de paſtorib⁹ iſrael. ꝓ-
pheta ⁊ dices paſtorib⁹. Hec dicit dñs
deus. Ve paſtorib⁹ iſrael: q paſcebãt ſemetip-
ſos. Nõne greges a paſtorib⁹ paſcũt̃? Lac co-
medebatis: ⁊ lanis opericbamini. ⁊ qð craſſũ
erat occidebatis: gregẽ aũt meũ nõ paſcebatis. Qð
infirmũ fuit nõ ꝯſolidaſtis: ⁊ qð egrotũ nõ ſa-
naſtis. Qð ꝯfractũ eſt nõ alligaſtis. ⁊ qð abie
ctũ eſt non reduxiſtis: ⁊ qð perierat non queſi-
ſtis: ſ; cũ auſteritate iperabatis eis ⁊ cũ potẽtia
Et diſperſe ſunt oues mee eo q̃ nõ eẽt paſtor:
⁊ facti ſunt in deuorationẽ oĩum beſtiaꝝ agri.
⁊ diſperſe ſunt. Errauerũt greges mei in cun-
ctis mõtib⁹ ⁊ in vniuerſo colle excelſo. ⁊ ſuper
oẽm faciẽ terre diſperſi ſunt greges mei ⁊ non
erat q requireret. Nõ erat inquã q requireret.
Propterea paſtores audite v̈bũ domini. Vi
uo ego dicit dominus de⁹: q̃ ꝓ eo q̃ facti ſunt
greges mei in rapinã ⁊ oues mee in deuoratio
nẽ oĩum beſtiaꝝ agri: eo q̃ nõ eẽt paſtor: neq;
enĩ q̃ſierũt paſtores gregẽ meũ: ſ; paſcebãt pa
ſtores ſemetipſos ⁊ greges meos nõ paſcebãt:
ꝓpterea paſtores audite v̈bũ domini. Hec di
cit dominus de⁹. Ecce ego ipſe ſup paſtores:
requirã gregẽ meũ de manu eoꝝ: ⁊ ceſſare faci
am eos vt vltra nõ paſcãt gregẽ meũ: nec paſ-
cant amplius paſtores ſemetipſos. Et libera-
bo gregẽ meũ de ore eoꝝ: ⁊ nõ erit vltra eis in
eſcã: q̃ hec dicit domin⁹ deus. Ecce ego ipe re
quiram oues meas: ⁊ viſitabo eas. Sicut viſi
tat paſtor gregem ſuũ: in die qñ fuerit in medio
oĩum ſuaꝝ diſſipatarũ: ſic viſitabo oues meas ⁊
liberabo eas de oĩbus locis in qbus diſpſe fue
rant in die nubis ⁊ caliginis. Et educã eas de
ppl'is: ⁊ ꝯgregabo eas de terris. ⁊ inducã eas
in terrã ſuã: ⁊ paſcã eas in montibus iſrael in
riuis in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vbe
rimis paſcã eas: ⁊ in mõtibus excelſis iſrael
erũt paſcue eaꝝ. Ibi requieſcẽt in herbis virẽti-
bus: ⁊ in paſcuis pinguibus paſcent̃ ſup mon
tes iſrael. Ego paſcã oues meas ⁊ ego eas ac-
cubare faciã dicit dñs deus. Qð perierat req-
ram: ⁊ quod abiectũ erat reducã ⁊ qð ꝯfractũ
fuerat alligabo: ⁊ quod infirmũ fuerat conſoli
dabo: ⁊ quod pingue ⁊ forte cuſtodiã: ⁊ paſcã
illas in iudicio. Vos aũt greges mei: hec di-
cit dominus deus: Ecce ego iudico inter pec⁹
⁊ pecus: arietum ⁊ hircoꝝ. Nonne ſatis vobiſ
erat paſcua bona depaſci. Inſuper ⁊ reliquias
paſcuaꝝ veſtraꝝ conculcaſtis pedibus veſtris

⁊ cum puriſſimã aquã biberetis: reliquam pe/
dibus veſtris turbaſtis. Et oues mee his que
conculcata pedibꝰ veſtris fuerant paſcebant̄.
⁊ que pedes vři turbauerãt hec bibebãt. Pro
pterea hec dicit dñs deus ad vos. Ecce ego ip
ſe iudico inť pecus pingue ⁊ macilentuꝫ. Pro
eo q̄ lateribus ⁊ humeris ĩpingebatis: ⁊ corni
bus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora
donec diſpergerent̄ foras: ſaluabo gregẽ meũ
⁊ non erit vltra in rapinam. ⁊ iudicabo inť pe/
cus ⁊ pecꝰ. Et ſuſcitabo ſup ea paſtorẽ vnuꝫ q
paſcat ea: ſeruũ meũ dauid: ipſe paſcet ea: ⁊ ipſe
erit eis in paſtorẽ. Ego aũt dñs ero eis in deũ
⁊ ſeruus meus dauid ꝓnceps in medio eoꝝ.
Ego dominus locutꝰ ſũ. Et faciam cũ eis pa/
ctũ pacis. ⁊ ceſſare faciam beſtias peſſimas de
terra. ⁊ qui habitant in deſerto. Securi dormi/
ent in ſaltibus: ⁊ ponã eos ĩ circuitu collis mei
benedictionem: ⁊ deducã imbrem in tp̄e ſuo. ⁊
pluuie benedictionis erũt. Et dabit lignũ agri
fructum ſuũ. ⁊ terra dabit germen ſuũ: ⁊ erunt
in terra ſua abſq; timore. Et ſcient q̄ ego dñs
cũ contriuero cathenas iugi eoꝝ: ⁊ eruero eos
de manu imꝑantium ſibi. Et non erunt vltra
in rapinam in gentibus: neq; beſtie terre de/
uorabũt eos: ſed habitabunt confidenter abſq;
vllo terrore. Et ſuſcitabo eis germen nomina
tum. ⁊ non erunt vltra imminuti fame in terra:
neq; portabunt amplius opprobriũ gentium.
Et ſcient quia ego dñs deus eoꝝ cum eis. ⁊ ip
ſi populus meus domus iſrael: ait dominꝰ de
us. Vos autẽ greges mei greges paſcue mee
homines eſtis: et ego dominus deus veſter di
cit dominus deus. XXXV.

ET factus ẽ ſermo dñi ad me dicẽs. Fi
li hoĩs: pone faciẽ tuã aduerſũ mõtem
ſeyr: et prophetabis de eo. et dices illi.
Hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego ad te mons ſeyr.
et extendã manũ meã ſup te. et dabo te deſola/
tũ atq; deſertũ. Vrbes tuas demoliar: et tu de
ſertus eris. et ſcies q̄ ego dominus: eo q̄ fue/
ris inimicꝰ ſempiternus et ꝯcluſeris filios iſrael
in manꝰ gladij in tp̄e afflictiõis eoꝝ: in tp̄e ini
quitatis extreme. Propterea viuo ego dic̄ dñs
deus: qm̄ ſanguini tradã te. et ſanguis te pſeq̄
tur. Et cũ ſanguinẽ oderis: ſanguis pſequetur
te. Et dabo mõtẽ ſeyr deſolatũ atq; deſertũ. et
auferã de eo euntẽ: et redeuntẽ. et implebo mon
tes eiꝰ occiſoꝝ ſuoꝝ. In collibꝰ tuis et ĩ vallibꝰ
tuis atq; ĩ torrẽtibꝰ. interfecti gladio cadẽt. In
ſolitudines ſempiternas tradã te. et ciuitates tue
nõ habitabũtur. Et ſcietis q̄ ego dñs deꝰ eo q̄
dixeris: due gẽtes et due terre mee erunt et he
reditate poſſidebo eas: cũ dominꝰ eẽt ibi. Pro
pterea viuo ego dicit dñs deus: q̄ faciã iuxť irã
tuã ⁊ ſm̄ zelũ tuũ quẽ feciſti odio hñs eos. ⁊ no
tus efficiar ꝑ eos cũ te iudicauero. ⁊ ſcies quia
ego dñs. Audiui vniuerſa opprobria tua q̄ lo/
cutus es de mõtibus iſrl̄ dicẽs. Deſerti nobis
ad deuorandũ dati ſũt. Et inſurrexiſtis ſup me
ore vřo: ⁊ derogaſtis aduerſũ me. Verba vřa
ego audiui. Hec dicit dñs deus. Letante vni
uerſa terra: ĩ ſolitudinẽ te redigam: ſicut gaui
ſus es ſup hereditatẽ domꝰ iſrl̄: eo q̄ fuerit diſ
ſipata: ſic faciã tibi. Diſſipatus eris mons ſeyr
⁊ idumea oĩs. ⁊ ſciẽt q̄ ego dñs. XXXVI.

TV aũt fili hoĩs. ꝓpħa ſup mõtes iſrael
⁊ dices. Mõtes iſrael audite vbũ dñi
Hec dicit dñs deus. Eo q̄ dixerit ini/
micus de vobis: euge altitudines ſempiťne ĩ he
reditatẽ date ſunt nobis: ꝓpterea vaticinare. ⁊
dic. Hec dicit dñs deꝰ. Pro eo q̄ deſolati eſtis
⁊ ꝯculcati ꝑ circuitũ: ⁊ facti ĩ hereditateꝫ reliq̄s
gẽtibus: ⁊ aſcẽdiſtis ſup labiũ lingue ⁊ oppro
briũ ꝑpli: ꝓpterea mõtes iſrael audite vbũ do
mini dei. Hec dicit dñs deus mõtibus ⁊ colli
bus torrẽtibꝰ vallibuſq; ⁊ deſertis: parietinis et
vrbibꝰ derelictis q̄ depopulate ſũt. ⁊ ſubſanna/
te a reliq̄s gẽtibus ꝑ circuitũ. Propťea hec dicit
dñs deus. Qm̄ ĩ igne zeli mei locutus ſũ de re
liq̄s gẽtibus ⁊ de idumea vniuerſa: q̄ dederũt
ťrã meã ſibi ĩ hereditatẽ cũ gaudio ⁊ toto corde
⁊ ex aĩo: ⁊ eiecerũt eã vt vaſtarent: idcirco vati/
cinare ſup humũ iſrael: ⁊ dices mõtibus ⁊ colli
bus iugis ⁊ vallibus. Hec dicit dñs deus. Ec
ce ego ĩ zelo meo ⁊ ĩ furore meo locutus ſuꝫ: eo
q̄ ꝯfuſionẽ gentiũ ſuſtinueritis. Idcirco hec di
cit dñs deꝰ. Ego leuaui manũ meã vt gẽtes q̄
in circuitu vřo ſũt: ipſe ꝯfuſionẽ ſuã portẽt: vos
autẽ mõtes iſrael ramos vřos germinetis ⁊ fru
ctũ vřm afferatis ꝑplo meo iſrl̄. Prope. n. ẽ vt
veniat. Quia ecce ego ad vos. ⁊ ꝯuertar ad vos
⁊ arabimini ⁊ accipietis ſemẽtẽ. ⁊ multiplicabo
ĩ vobis hoĩes oẽmq; domũ iſrael. Et habita/
bunt̄ ciuitates. ⁊ ruinoſa inſtaurabunt̄. ⁊ reple/
bo vos hoĩbus ⁊ iumẽtis ⁊ multiplicabuntur ⁊
creſcẽt. Et habitare vos faciã ſicut a ꝓncipio:
boniſq; donabo maioribus q̄ habuiſtis ab ini
tio. ⁊ ſcietis q̄ ego dominus. Et adducã ſuper
vos hoĩes ꝑplm meũ iſrael: ⁊ hereditate poſſi/
debũt te. Et eris eis in hereditatẽ ⁊ nõ addes
vltra vt abſq; eis ſis. Hec dicit dominus deꝰ
Pro eo q̄ dicũt de vobis: deuoratrix hoĩm es
⁊ ſuffocans gẽtẽ tuam: ꝓpterea hoĩes nõ co/

medes ãplius. ⁊ gentẽ tuã nõ necabis vltra ait
dominus deus. Nec auditã faciaꝫ in te ãplius
ↄfuſionẽ gẽtiũ. ⁊ opprobriũ pploꝝ neq̃q̃ por/
tabis. ⁊ gẽtẽ tuã nõ amittes amplius: ait domi
nus deus. Et fcm̃ ẽ ỽbũ dñi ad me dicẽs. Fili
hoīs: domus iſrael hitauerũt ī humo ſua: ⁊ pol
luerunt eã in vijs ſuis ⁊ in ſtudijs ſuis. Juxta
īmũdiciã mẽſtruate facta ẽ via eoꝝ corã me: et
effudi indignationẽ meaꝫ ſup eos ꝓ ſanguine
quẽ fuderũt ſup terrã. Et in idolis ſuis pollue
runt eã: ⁊ diſpſi eos in gentes: ⁊ ventilati ſũt ī
terras. Juxta vias eoꝝ ⁊ adinuentiones corã
iudicaui eos. Et ingreſſi ſũt ad gentes ad quaſ
introierũt. ⁊ polluerũt nomẽ ſcm̃ meũ: cũ dice/
retur de eis: populus domini iſte ẽ: ⁊ de terra
eius egreſſi ſunt. Et peperci nomi ſcõ meo: qđ
polluerat domus iſrael ī gẽtibus ad q̃s igreſſi
ſũt. Jccirco dices domui iſrael. Hec dic̃ domi
nus deus. Nõ ꝓp vos ego faciã domus iſrl':
ſꝫ ꝓpi nomẽ ſcm̃ meũ qđ polluiſtis in gentib⁹
ad q̃s intraſtis. Et ſanctificabo nomẽ meũ ma
gnũ qđ pollutũ eſt inĩ gẽtes: qđ polluiſtis ī me
dio eaꝝ: vt ſciãt gẽtes q꞉ ego dñs ait dñs exer/
cituũ: cũ ſanctificatus fuero in vobis corã eis.
Tollã quippe vos de gẽtibus ⁊ ↄgregabo voſ
de vniuerſis terris. ⁊ adducã vos in terrã ve/
ſtram. Et effundam ſuper vos aquã mundam
⁊ mundabimini ab oibus inquinamẽtis vr̃is
⁊ ab vniuerſis idolis vr̃is mundabo vos. Et
dabo vobis cor nouũ. ⁊ ſpiritũ nouũ ponã ī me
dio veſtri. Et auferã cor lapideũ de carne vr̃a.
⁊ dabo vobis cor carneũ: ⁊ ſpm̃ meũ ponam in
medio veſtri. Et faciaꝫ vt in p̃ceptis meis am
buletis. ⁊ iudicia mea cuſtodiatis ⁊ operemini
Et hitabitꝭ ī terra quã dedi prĩbus vr̃is: ⁊ eri
tis mihi ī populũ. ⁊ ego ero vob in deũ. Et ſal
uabo vos ex vniuerſis iquinamẽtꝭ vr̃is. ⁊ vo
cabo frumẽtũ ⁊ multiplicabo illud. ⁊ nõ iponã
vobis famẽ. Et multiplicabo fructũ ligni ⁊ ge
nimina agri: vt nõ portetis vltra opprobriũ fa/
mis ī gẽtibus. Et recordabimini viaꝝ vr̃aruꝫ
peſſimaꝝ ſtudioꝝq̃ nõ bonoꝝ: ⁊ diſplicebunt
vobis iniq̃tates vr̃e ⁊ ſcelera vr̃a. Nõ ꝓpi voſ
ego faciã: ait dominus deus: notum ſit vobis.
Confundimini ⁊ erubeſcite ſup vijs vr̃is do/
mus iſrael. Hec dicit dominus deus. Jn die
q̃ mundauero vos ex oibus iniq̃tatibus vr̃is.
⁊ ihabitari fecero vrbes: ⁊ inſtaurauero ruino
ſa. ⁊ terra deſerta fuerit exculta. q̃ quondã erat
deſolata in oculis oĩs viatoris. dicẽt. Terra il/
la inculta. facta eſt vt hortus voluptatis: ⁊ ci/
uitates deſerte: ⁊ deſtitute atq̃ ſuffoſſe munite
ſederunt. Et ſcient gentes quecunq̃ derelicte
fuerint ī circuitu veſtro: q꞉ ego dominus edi/
ficaui diſſipata: plãtauiq̃ iculta ego dominus
locutus ſum ⁊ fecerim. Hec dicit dñs de⁹. Ad
huc in h̃ inueniẽt me domus iſrael vt faciã eis
Multiplicabo eos ſicut gregem hoīm vt gre
gẽ ſcm̃: vt gregẽ irl'm in ſolẽnitatibus ei⁹. Sic
erũt ciuitates deſerte plene gregibus hoīm. ⁊
ſcient q꞉ ego dominus.

XXXVII

Facta ẽ ſuper me manus dñi. ⁊ eduxit
me ī ſpũ domini. ⁊ dimiſit me ī medio
cãpi q erat plenus oſſibus: ⁊ circũdu/
xit me ꝑ ea ī gyro. Erãt aũt multa valde ſup
faciẽ cãpi: ſiccaq̃ vehemẽter. Et dixit ad me.
Fili hoīs. putas ne viuent oſſa iſta? Et dixi.
Dñe deus tu noſti. Et dixit ad me. Vaticina
re de oſſibus iſtis. Et dices eis. Oſſa arida au
dite ỽbũ dñi. Hec dic̃ dñs deus oſſibus his.
Ecce ego itromittaꝫ ī vos ſpm̃ ⁊ viuetis: ⁊ da/
bo ſup vos neruos: ⁊ ſuccreſcere faciã ſup vos
carnes: ⁊ ſupextẽdã ī vobis cutẽ. ⁊ dabo vobiſ
ſpm̃ ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis q꞉ ego dñs. Et ꝓphaui
ſicut p̃cepat mihi. Factũ ẽ aũt ſonitus ꝓphetã/
te me. et ecce commotio. Et acceſſerunt oſſa ad
oſſa: vnũqđq̃ ad iũcturaꝫ ſuã. Et vidi. ⁊ ecce
ſup ea nerui et carnes aſcẽderũt. ⁊ extenta ẽ in
eis cutis deſup. ⁊ ſpm̃ non habebant. Et dixit
ad me. Vaticinare ad ſpũ: vaticinare fili ho/
minis. ⁊ dices ad ſpiritum. hec dicit dñs deus
A q̃tuor ventis veni ſpũs. ⁊ inſuffla ſup inter
fectos iſtos. ⁊ reuiuiſcant. Et ꝓphetaui ſicut
p̃cepat mihi. Et ingreſſus ẽ in ea ſpũs. ⁊ reui
xerũt: ſteterũtq̃ ſup pedes ſuos exercitus grã
dis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis
oſſa h̃ vniuerſa. domus iſrl' ẽ. Jpſi dicũt. Aru
erunt oſſa nr̃a. ⁊ ꝑijt ſpes nr̃a. et abſciſi ſumuſ
Propterea vaticinare. et dices ad eos. Hec
dicit dñs deus. Ecce ego aperiã tumuloſ vr̃os
⁊ educã vos de ſepulchris vr̃is ppl's meus. ⁊ ī
ducã vos in t̃rã iſrl'. Et ſcietis quia ego dñs: cũ
aperuero ſepulchra vr̃a. ⁊ eduxero vos de tu
mulis veſtris ppl'e meus. ⁊ dedero ſpm̃ meuꝫ
ī vobis ⁊ vixeritis. Et requieſcere vos faciaꝫ
ſuper humũ veſtrã. ⁊ ſcietis q̃a ego dñs locu
tus ſum. ⁊ feci ait dñs deus. Et factus eſt ſer
mo dñi ad me dicẽs. Et tu fili hoīs ſume tibi
lignũ vnũ. ⁊ ſcribe ſup illud. iude ⁊ filioꝝ iſrl'
ſocijs eius. Et tolle lignũ alteꝝ. ⁊ ſcribe ſuper
illud. ioſph lignũ effraim. ⁊ cuncte domus iſrl'
ſocioꝝq̃ eius. Et adiunge illa vnum ad alteꝝ
tibi in lignũ vnum ⁊ erunt in vnionẽ in manu

tua. Cum aũt dixerint ad te filij populi tui lo-
quẽtes: nõne indicas nobis qd in his tibi veliſ
Loq̄ris ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego
aſſumã lignũ ioſeph: qđ eſt in manu effraim ⁊
tribus iſrael q̄ ſunt ei adiuncte: ⁊ dabo eas pa-
riter cũ ligno iuda ⁊ faciã eas in lignũ vnuʒ: ⁊
erunt vnũ in manu eiuſ. Erunt aũt ligna ſup̄ q̄
ſcripſeris in manu tua in oculis eoꝝ: ⁊ dices ad
eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aſſumaʒ fi-
lios iſrael de medio nationũ ad q̄s abierunt ⁊
ꝯgregabo eos vndiqʒ ⁊ adducam eos ad hu-
mũ ſuã. Et faciam eos gentẽ vnã in terra i mõ-
tibus iſrael: ⁊ rex vnus erit omnibus imperãs
Et nõ erunt vltra due gentes: nec diuidentur
amplius in duo regna. Neqʒ polluent̃ vltra i
idolis ſuis ⁊ abhoiationibus ſuis ⁊ cunctis ini-
quitatibus ſuis: ⁊ ſaluos eos faciaʒ de vniuerſis
ſedibus ſuis in q̄bus peccauerũt: ⁊ emundabo
eos. Et erũt mihi pplˢ: ⁊ ego ero eis deꝰ: ⁊ ſer-
uus meus dauid rex ſup̄ eos: ⁊ paſtor vnꝰ erit
omnium eoꝝ. In iudicijs meis ambulabũt: ⁊ mã-
data mea cuſtodient ⁊ facient ea. Et habitabũt
ſup̄ terraʒ q̄m dedi ſeruo meo iacob in qua ha-
bitauerunt patres veſtri: ⁊ habitabũt ſup̄ eam
ipſi ⁊ filij eorum ⁊ filij filioꝝ eorum vſqʒ in ſem-
piternum: ⁊ dauid ſeruus meus princeps eoꝝ
in perpetuũ. Et percutiã illis fedus pacis: pa-
ctum ſempiternum erit eis. Et fundabo eos ⁊
multiplicabo: ⁊ dabo ſcificationẽ meã i medio
eoꝝ in ppetuũ. Et erit tabernaculũ meũ in eis
⁊ ero eis deꝰ: ⁊ ipſi erũt mihi pplˢ. Et ſciẽt gẽ-
tes qꝛ ego dñs ſcificator iſrl': cũ fuerit ſcificatio
mea in medio eoꝝ in ppetuũ. XXXVIII

Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens.
Fili hominis: pone faciem tuam cõtra
gog ⁊ terram magog p̄ncipem capitis
moſoch ⁊ thubal: ⁊ vaticinare de eo ⁊ dices ad
eum. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te gog
p̄ncipeʒ capitis moſoch ⁊ thubal. Et circũagã
te ⁊ ponã frenum in maxillis tuis: ⁊ educã te ⁊
oẽm exercitũ tuum: equos ⁊ eq̄tes veſtitos lo-
ricis vniuerſos: multitudinẽ magnã haſtaʒ ⁊
clypeũ arripientiũ ⁊ gladiũ. Perſe ethyopes ⁊
libyes cũ eis: oẽs ſcutati ⁊ galeati. Gomer ⁊
vniuerſa agmina eius: domus thogorma late-
ra aq̄lonis: ⁊ totũ robur eius pplıqʒ multi tecũ
Prepara ⁊ inſtrue te ⁊ oẽm multitudinẽ tuaʒ
q̄ coaceruata eſt ad te: ⁊ eſto eis in p̄ceptũ. Poꝰ
dies multos viſitaberis. In nouiſſimo annoꝝ
venies ad terrã q̄ reuerſa eſt a gladio ⁊ ꝯgrega-
ta ẽ de populis multis: ad mõtes iſrael qui fue-
runt deſerti iugiter. Hec de populis educta eſt
⁊ habitabunt in ea ꝯfidenter vniuerſi. Aſcen-
dens aũt quaſi tẽpeſtas venies ⁊ q̄ſi nubes vt
operias terrã: tu ⁊ oĩa agmina tua ⁊ ppli multi
tecũ. Hec dicit dñs deus. In die illa aſcendẽt
ſmones ſuper cor tuũ: ⁊ cogitabis cogitationẽ
peſſimã ⁊ dices. Aſcendã ad terrã abſqʒ mu-
ro: veniã ad q̄ſcẽtes habitanteſqʒ ſecure. Hi
oẽs habitãt ſine muro: vectes ⁊ porte nõ ſunt
eis. Vt diripias ſpolia ⁊ inuadas p̄dã: vt iſeras
manũ tuã ſup̄ eos q deſerti fuerant ⁊ poſtea re-
ſtituti ⁊ ſup̄ pplm q eſt ꝯgregatus ex gẽtibꝰ q
poſſidere cepit ⁊ eſſe habitator vmbilici tre. Sa-
ba ⁊ dedan ⁊ negociatores tharſis ⁊ oẽs leões
eius dicent tibi. Nunqd ad ſumenda ſpolia tu
venis. Ecce ad diripiendã p̄dã ꝯgregaſti mul-
titudinẽ tuã: vt tollas argentũ ⁊ aurũ: auferas
ſupellectilẽ atqʒ ſubſtantiã: ⁊ diripias manubi-
as infinitas. Propterea vaticinare fili hominis
⁊ dices ad gog. Hec dicit dominus deꝰ. Nũ-
quid nõ in die illo cum habitauerit pplˢ meus
iſrael ꝯfidenter: ſcies ⁊ venies de loco tuo a la-
teribus aq̄lonis tu et populi multi tecũ: aſcenſo-
res equoꝝ vniuerſi: cetus magnus ⁊ exercitus
vehemẽs: ⁊ aſcendẽs ſup̄ populũ meum iſrael
quaſi nubes vt operias terrã. In nouiſſimis
diebus eris: ⁊ adducam te ſuper terrã meaʒ: vt
ſciant gentes me cum ſctificatus fuero in te i
oculis eoꝝ o gog. Hec dicit dominꝰ deꝰ. Tu ḡ
ille es de quo locutus ſum in diebus antiquis i
manu ſeruoꝝ meoꝝ pphetaꝝ iſrael q pphetaue-
runt in diebus illoꝝ tempoꝝ: vt adducerem te
ſup̄ eos. Et erit in die illa: in die aduẽtus gog
ſuper terrã iſrael: ait dñs deus: aſcẽdet idigna-
tio mea in furore meo ⁊ in zelo meo. In igne
ire mee locutus ſum: qꝛ in die illa erit cõmotio
magna ſup̄ terrã iſrael. et cõmouebuntur a fa-
cie mea piſces maris et volucres celi et beſtie a-
gri et omne reptile qđ mouet̃ ſup̄ humuʒ: cun-
ctiqʒ hoies q ſunt ſup̄ faciẽ terre. Et ſubuertẽt̃
montes et cadent ſepes: et omnis murus corru-
et in terram. Et cõuocabo aduerſus eũ in cun-
ctis montibus meis gladiũ ait dominus deus
Gladiꝰ vniuſcuiuſqʒ i fratrẽ ſuum dirigetur.
Et iudicabo eũ peſte et ſanguine et imbre vehe-
menti et lapidibus immenſis. Igneʒ et ſulphur
pluã ſuper eũ et ſup̄ exercitũ eius: et ſup̄ pplos
multos q ſunt cũ eo. Et magnificabor ⁊ ſctifica-
bor. et notus ero in oculis multaꝝ gentium: et
ſcient qꝛ ego dominus. XXXIX

Tu aũt fili hominis vaticinare aduerſum
gog: et dices. Hec dicit dñs deus. Ec-
ce ego ſup̄ te gog principẽ capitis mo-

ſoch et thubal: et circumagam te et educam te.
⁊ aſcendere te faciam de lateribus aquilonis. ⁊
adducam te ſuper montes iſrael. Et percutiā
arcum tuū in manu ſiniſtra tua ⁊ ſagittas tuas
de manu dextera tua deijciā. Sup montes iſrl̄
cades tu ⁊ oīa agmina tua ⁊ popl'i qui ſūt tecū.
Feris. auibus. oīq̧ volatili celi ⁊ beſtijs terre
dedi te ad deuorandū. Super faciē agri cades
quia ego locut⁹ ſum. ait dn̄s deus. Et immittam
ignē in magog ⁊ in his qui habitāt in inſulis cō
fidenter. ⁊ ſciēt quia ego dn̄s. Et nomē ſanctū
meū notū faciam in medio ppl'i mei iſrl̄. ⁊ non
polluā nomē ſcm̄ meū ampli⁹. ⁊ ſciant gentes
quia ego dn̄s de⁹ ſcūs iſrl̄. Ecce venit. ⁊ factū
ē ait dn̄s deus. hec ē dies de q̄ locutus ſum. Et
egredient hītatores de ciuitatibus iſrl̄. ⁊ ſuccen/
dēt ⁊ cōburent arma clypeū ⁊ haſtas arcum ⁊
ſagittas ⁊ baculos manuū ⁊ contos. ⁊ ſuccen/
dēt ea igni ſeptem ānis. Et nō portabunt ligna
de regiōibus neq̧ ſuccidēt d̄ ſaltib⁹: qz arma
ſuccēdēt igni ⁊ depdabūt eos qbus pde fuerāt
⁊ diripient vaſtatores ſuos. ait dn̄s deus. Et
erit i die illa dabo gog locum noīatū ſepulchrū
i iſrl̄. vallē viatorū ad orientē maris q̄ obſtupe/
ſcere faciet pretereuntes. Et ſepeliēt ibi gog ⁊
omnem multitudinem eius. ⁊ vocabitur vallis
multitudis gog. ⁊ ſepelient eos domus iſrl̄. ut
mūdēt terrā ſeptē et menſibus. Sepeliet autē cū
oīs ppl's tre. ⁊ erit eis noīata dies in q̄ glorifica
tus ſum. ait dn̄s de⁹. ⁊ viros iugiter conſtituent
luſtrātes terrā qui ſepeliāt ⁊ requirāt eos qui remā
ſerāt ſup faciē terre. ut emūdēt eā. Poſt menſes
aūt ſeptē querē incipient. ⁊ circuibūt peragran
tes terrā. Cūq̧ viderint os hoīs. ſtatuent iuxta
illud titulū: donec ſepeliant illud pollinctores
in valle multitudinis gog. Nomen autē ciuita
tis amona. ⁊ mundabunt terrā. Tu ergo fili hoīs h
dic dn̄s de⁹. Dic oī volucri ⁊ vniuerſis auib⁹
cūctiſq̧ beſtijs agri. Cōuenite ⁊ pperate: con
currite vndiq̧ ad victimā meā quam ego immo
lo vobis. victimā grādē ſup montes iſrl̄. ut co
medatis carnes et bibatis ſanguinē. Carnes
fortiū comedetis. et ſanguinē pncipū terre bibetis
arietū et agnorū et hircorū taurorūq̧ et altilium
et pinguiū oīm. Et comedetis adipē i ſaturita/
tem. et bibetis ſanguinē i ebrietatē de victima
quā ego immolaui vob: et ſaturabimini ſup menſā
meā de equo et de equite forti. et de vniuerſis
viris bellatorib⁹. ait dn̄s de⁹. Et ponā gloriā
meā in gētib⁹: et videbūt oēs gentes iudicium
meū qd̄ fecerim: et manū meā quam poſuerim
ſup eos. et ſciēt dom⁹ iſrl̄ quia ego dn̄s de⁹ eorū
a die illa et deinceps. Et ſciēt gentes qm̄ i ini/
quitate ſua capta ſit domus iſrl̄. et q dereliqrit
me ⁊ abſcōderim faciē meā ab eis: ⁊ tradiderim
eos in manus hoſtiū: ⁊ ceciderit in gladio vni
uerſi. Iuxta immundiciā eorū ⁊ ſcelus feci eis: ⁊
abſcondi faciē meā ab illis. Propterea hec dicit
dn̄s deus. Nunc reducā captiuitatem iacob: ⁊
miſerebor oīs domus iſrl̄. Et aſſumā zelū pro
noīe ſcō meo: ⁊ portabunt cōfuſionē ſuā ⁊ oēm
puaricationē quā puaricati ſūt in me: cū habita
uerit in terra ſua ꝯfidēter neminē formidātes
⁊ reduxero eos de ppl'is: ⁊ cōgregauero de ter
ris inimicorū ſuorū: ⁊ ſcificatus fuero in eis i ocu
lis gentiū plurimarū. Et ſciēt qz ego dn̄s deus
eorū eo q tranſtulerī eos in natiōes: ⁊ ꝯgrega
uerim eos ſup terrā ſuam: ⁊ non dereliquerim
quēq̧ ex eis ibi. Et nō abſcondā vltra faciem
meam ab eis: eo q effuderim ſpiritum meū ſup
oēm domum iſrael: ait dn̄s deus. XL
IN vigeſimoqnto āno tranſmigratiōis
noſtre in exordio āni decia mēſis: qrto
decimo āno poſtq̧ pcuſſa ē ciuitas: in
ipſa hac die facta eſt ſup me manus dn̄i: ⁊ addu
xit me illuc in viſionibus dei. Adduxit me i ter
ram iſrael ⁊ dimiſit me ſup montē excelſum ni
mis: ſup quē erat q̄ſi edificiū ciuitatis vergētis
ad auſtrū. ⁊ introduxit me illuc. Et ecce vir cui⁹
erat ſpēs quaſi ſpēs eris: ⁊ funiculus lineus in
manu eius: ⁊ calamus menſure in manu eius.
Stabat aūt in porta: ⁊ locutus eſt ad me idē vir
Fili hoīs. vide oculis tuis ⁊ auribus tuis audi
⁊ pone cor tuū in oīa q̄ ego oſtendam tibi: qz vt
oſtendātur tibi adductus es huc. Annuncia eis
q̄ tu vides domui iſrl̄. Et ecce murus forinſec⁹
in circuitu domus vndiq̧: ⁊ in manu viri cala
mus menſure ſex cubitorū ⁊ palmo. Et menſus ē
latitudinē edificij calamo vno altitudinē quoq̧
calamo vno. Et venit ad portam q̄ reſpiciebat
viā orientalē: ⁊ aſcendit p gradus eius. Et mē
ſus ē limē porte calamo vno latitudinē: ideſt li
mē vnū: calamo vno i latitudine: ⁊ thalamum
vno calamo in longū: ⁊ vno calamo in latū: ⁊ i
ter thalamos qnq̧ cubitos: ⁊ limē porte iuxta
veſtibulū porte intrinſecus calamo vno. Et mē
ſus eſt veſtibulū porte octo cubitorū: ⁊ frontem
eius duobus cubitis. Veſtibulū aūt porte erat
intrinſecus. Porro thalami porte ad viā orien
talē tres hinc ⁊ tres inde: menſura vna triū ⁊ mē
ſura vna frōtiū ex vtraq̧ parte. Et menſus ē lati/
tudinē liminis porte decē cubitorū: ⁊ longitudi
nē porte tredecim cubitorū ⁊ marginē ante thala
mos cubiti vnius: ⁊ cubit⁹ vnus finis vtrinq̧

Thalami autē ſex cubitorum erant hinc ⁊ inde.
Et menſus eſt portaꝫ a tecto thalami vſqꝫ tectū
eius. latitudinem viginti quinqꝫ cubitorū: oſtiū
contra oſtiūꝫ. Et fecit frontes per ſexaginta cu
bitos. ⁊ ad frontē atrium porte vndiqꝫ per cir/
cuitum. ⁊ ante faciē porte q̄ pertingebat vſqꝫ ad
faciē veſtibuli porte interioris quinquaginta cu
bitos. ⁊ feneſtras obliquas in thalamis ⁊ ī frō/
tibus eorum: que erāt intra portā vndiqꝫ ꝑ cir
cuitum. Similiter aūt erant ⁊ in veſtibulis fe/
neſtre per gyruꝫ intrinſecus. ⁊ ante frontes pi
ctura palmarum celata. Et eduxit me ad atriuꝫ
exterius. ⁊ ecce gaçophylatia ⁊ pauimentū ſtra
tum lapide in atrio per circuitum. Triginta ga
çophylatia in circuitu pauimenti ⁊ pauimentuꝫ
in fronte portarum ſecundū longitudinem por
tarum erat inferius. Et menſus eſt latitudineꝫ
a facie porte inferioris vſqꝫ ad frontem atrij in
terioris extrinſecus: centum cubitos ad orien/
tem ⁊ aquilonem. Portam vero que reſpicie/
bat viam aquilonis atrij exterioris menſus eſt.
tam in longitudine q̄ꝫ in latitudine. ⁊ thalamos
eius tres hinc ⁊ tres inde: ⁊ frontem eius ⁊ ve
ſtibulum eius ſecundum menſuram porte prio
ris quinquaginta cubitorum longitudinē eius
⁊ latitudinem viginti quinqꝫ cubitorum. Fene
ſtre autem eius ⁊ veſtibulum ſepulture ſm mē
ſuram porte q̄ reſpiciebat ad orientem. ⁊ ſepteꝫ
graduum erat aſcenſus eius. Et veſtibuluꝫ an̄
eam ⁊ porta atrij interioris ꝯtra portam aquilo
nis ⁊ orientalē. Et menſus eſt a porta vſqꝫ ad
portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam
auſtralem. ⁊ ecce porta q̄ reſpiciebat ad auſtruꝫ
Et menſus eſt frontem eius: ⁊ veſtibulum ei⁹
iuxta menſuras ſuperiores. ⁊ feneſtras eius ⁊
veſtibula in circuitu ſicut feneſtras ceteras: qui
quaginta cubitorum longitudine. ⁊ latitudine
viginti quinqꝫ cubitorum: ⁊ in gradib⁹ ſeptem
aſcendebat̄ ad eā. Et veſtibulū an̄ fores eius. ⁊
celate palme erant vna hinc: ⁊ altera inde ī frō
te ei⁹. ⁊ porta atrij interioris in via auſtrali. Et
menſus eſt a porta vſqꝫ ad portam ī via auſtra/
li centum cubitos. Et introduxit me ī atriū inte
rius ad portā auſtralē. ⁊ menſus eſt portā iuxta
mēſuras ſuꝑiores: thalamū eius: ⁊ frontē eius
⁊ veſtibulū eius hiſdē mēſuris ⁊ feneſtras eius
⁊ veſtibulū ei⁹ ī circuitu q̄nquaginta cubitos
lōgitudinis: ⁊ latitudinis viginti q̄nqꝫ cubitos
⁊ veſtibulum per gyrū lōgitudine viginti q̄nqꝫ
cubitoꝝ: ⁊ latitudine q̄nqꝫ cubitoꝝ. Et veſtibu
luꝫ eius ad atriū exterius: ⁊ palmas ei⁹ ī frōte. ⁊
octo gradus erāt q̄bus aſcēdebat̄ ꝑ eā. Et itro
duxit me in atriū interius ꝑ viā orientalē. ⁊ mē
ſus eſt portā ſm mēſuras ſuꝑiores. thalamum
eius ⁊ frontē ei⁹ ⁊ veſtibulū eius ſicut ſupra. ⁊
feneſtras ei⁹ ⁊ veſtibula ī circuitu lōgitudine q̄n
quaginta cubitoꝝ ⁊ latitudinē viginti q̄nqꝫ cu/
bitoꝝ: ⁊ veſtibulū ei⁹ id eſt atrij exterioꝝ ⁊ pal/
me celate ī fronte eius hīc ⁊ inde. ⁊ in octo gra/
dibus aſcēſus eius. Et introduxit me ad portā
q̄ reſpiciebat ad aquilonē. Et mēſus eſt ſm mē
ſuras ſuꝑiores thalamū eius ⁊ frontē ei⁹ ⁊ veſti
bulū eius ⁊ feneſtras eius ꝑ circuitū longitudīe
q̄nquaginta cubitoꝝ ⁊ latitudine viginti quinqꝫ
cubitoꝝ. ⁊ veſtibulū eius reſpiciebat ad atrium
exterius ⁊ celatura palmarū in fronte eius hinc
⁊ inde. ⁊ in octo gradibus aſcenſus ei⁹. ⁊ ꝑ ſin
gula gaçophylatia oſtium in frontibus portaꝝ
ibi lauabant holocauſtū. Et in veſtibulo porte
due menſe hinc ⁊ due mēſe inde: vt immolet̄ ſuꝑ
eas holocauſtū ⁊ pro pctō ⁊ ꝓ delicto. Et ad la
tus exterius qd̄ aſcendit ad oſtium porte que ꝑ/
git ad aquilonē due menſe. ⁊ ad latus alterū an
te veſtibulum porte due menſe. Quattuor mē/
ſe hinc. ⁊ quattuor mēſe ide: ꝑ latera porte octo
mēſe erāt: ſuꝑ quas īmolabant. Quattuor aūt
menſe ad holocauſtū de lapidibus quadris ex/
tructe. lōgitudine cubiti vnius ⁊ dimidij. ⁊ alti
tudine cubiti vni⁹ ⁊ dimidij et altitudine cubiti
vnius ſuper quas ponant vaſa in quibus im/
molat̄ holocauſtū ⁊ victima. Et labia eaꝝ pal/
mi vni⁹: reflexa intrinſecus ꝑ circuitū. Super
menſas autē carnes oblatiōis. Et extra portaꝫ
interiorē gaçophylatia cantoꝝ in atrio interio/
ri qd̄ erat in latere porte reſpiciētis ad aquilōeꝫ
⁊ facies eoꝝ ꝯtra viā auſtralē: vna ex latere por
te orientalis q̄ reſpiciebat ad viā aquilonis. Et
dixit ad me. Hoc eſt gaçophylatiuꝫ qd̄ reſpicit
viā meridianā. ſacerdotū qui excubant in cuſto
dijs templi. porro gaçophylatiuꝫ quod reſpicit
ad viā aquilōis. ſacerdotum erit qui excubāt ad
miniſteriuꝫ altaris. Iſti ſunt filij ſadoch qui ac
cedunt de filijs leui ad dn̄m: vt miniſtrēt ei. Et
menſus eſt atrium lōgitudine centū cubitorum
⁊ latitudine centū cubitoꝝ per quadrū ⁊ altare
ante faciem templi. Et introduxit me ī veſtibu
lum templi. ⁊ menſus eſt veſtibulum q̄nqꝫ cu
bitis hinc. ⁊ quinqꝫ cubitis inde. ⁊ latitudineꝫ
porte triuꝫ cubitoꝝ hinc ⁊ trium cubitorum īde
longitudinem autem veſtibuli viginti cubitoꝝ
⁊ latitudinem vndecim cubitoruꝫ. Et octo gra
dibus aſcendebat̄ ad eam. ⁊ colūne erant frō/
tibus vna hinc ⁊ altera inde.

Capitulum. LI.

Et introduxit me in tēplū: ⁊ menſus ē
frontes: ſex cubitos latitudinis hinc ⁊
ſex cubitos latitudinis īde latitudinem
tabernaculi. Et latitudo porte decē cubitorum
erat ⁊ latera porte qnqȝ cubitis hinc: ⁊ qnqȝ in
de. Et menſus ē longitudinē eius qdraginta cu
bitoꝝ: ⁊ latitudinē viginti cubitoꝝ. Et īgreſ
ſus introrſecus menſus ē ī fronte porte duos cu
bitos: ⁊ portā ſex cubitoꝝ: ⁊ latitudinē porte ſe
ptem cubitoꝝ. Et menſus eſt longitudinē eius
viginti cubitoꝝ: ⁊ latitudinē eius viginti cubi
toꝝ ante faciem tēpli. Et dixit ad me. Hoc eſt
ſanctum ſanctoꝝ. Et menſus eſt parietem do/
mus ſex cubitoꝝ: ⁊ latitudinem lateris quattu
or cubitorum: vndiqȝ ꝑ circuitum domus. La/
tera aūt latus ad latus: bis trigīta tria. Et erāt
eminentia q̄ ingrederent ꝑ parietē domus ī la
teribus ꝑ circuitū vt cōtinerent: ⁊ non attinge
rent pietē tēpli. Et platea erat ī rotundū aſcen
dens ſurſū ꝑ cochleā: ⁊ in cenaculū tēpli deferē
bat ꝑ gyrū: Idcirco latius erat tēplū in ſuperio
ribus: ⁊ ſic de inferioribus aſcendebatur ad ſu
periora: ⁊ in mediū. Et vidi in domo altitudi/
nem ꝑ circuitū fundata latera ad menſurā cala
mi ſex cubitoꝝ ſpacio: ⁊ latitudinē per parietē
lateris forinſecus quinqȝ cubitoꝝ. Et erat inte
rior domus in lateribus domus. Et inter ga/
zophylatia latitudinē viginti cubitoꝝ in circui
tu domus vndiqȝ. Et oſtium lateris ad oratio
nem oſtium vnū ad viā aqlonis: ⁊ oſtiū vnū
ad viā auſtralē: ⁊ latitudinē loci ad orationem
quinqȝ cubitoꝝ in circuitu. Et edificiū qd̓ erat
ſeparatū verſūqȝ ad viam reſpicientem ad ma
re: latitudinis ſeptuaginta cubitoꝝ: paries aūt
edificij qnqȝ cubitoꝝ latitudinis per circuitum
⁊ longitudo eius nonaginta cubitoꝝ. Et men
ſus eſt domus longitudinē centum cubitorum
⁊ quod ſeparatū erat edificium ⁊ parietes eius
longitudinis centū cubitoꝝ. Latitudo aūt āte
faciem domus: ⁊ eius qd̓ erat ſeparatum cōtra
orientem centū cubitoꝝ. Et menſus eſt longi/
tudinē edificij cōtra faciem eius qd̓ erat ſepatū
ad dorſum hecthecas ex vtraqȝ parte centū cu/
bitoꝝ: ⁊ templū interius: ⁊ veſtibula atrij: limi
na ⁊ feneſtras obliquas hecthecas in circuitu ꝑ
tres partes ꝯ vniuſcuiuſqȝ limen ſtratumqȝ li
gno per gyrū in circuitu. Terra aūt vſqȝ ad fe
neſtras ⁊ feneſtre clauſe ſup oſtia: ⁊ vſqȝ ad do
mum interiorem ⁊ forinſecus ⁊ oēm parietem
in circuitu intrinſecus ⁊ forinſecus ad menſurā
⁊ fabrefacta cherubim ⁊ palme. Et palma inter
cherub ⁊ cherub. Duaſqȝ facies habebat che/
rub: faciem hominis iuxta palmam ex hac par
te: ⁊ faciem leonis iuxta palmā ex alia parte ex
preſſam. Per omnem domum in circuitu de
terra vſqȝ ad ſuperiorem partē: cherubin ⁊ pal
me celate erant in pariete templi. Limen qua/
drangulum: ⁊ facies ſanctuarij aſpectus cōtra
aſpectū. Altaris lignei trium cubitoꝝ altitudo
⁊ longitudo eius duoꝝ cubitoꝝ ⁊ anguli eius
⁊ longitudo eius ⁊ parietes eius lignei. Et lo/
cutus eſt ad me. Hec eſt menſa coram domino.
Et duo oſtia erant in tēplo ⁊ in ſanctuario ⁊ in
duobus oſtijs ex vtraqȝ parte bina erāt oſtio/
la q̄ in ſe inuicē plicabant. Bina.n. oſtia erāt
ex vtraqȝ parte oſtioꝝ. Et celata erant in ipſis
oſtijs templi cherubin ⁊ ſculptura palmaꝝ: ſi/
cut in parietibus quoqȝ expreſſa erant. Quā/
obrē ⁊ groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte
forinſecus ſuper que feneſtre oblique ⁊ ſimili/
tudo palmarum hinc atqȝ īde in humerulis ve
ſtibuli ſecundum latera domus latitudinemqȝ
parietum.

XLII

Et eduxit me in atriū exterius ꝑ viā du
centē ad aquilonē. Et īduxit me in ga/
zophilatiū qd̓ erat ꝯ ſeparatum edificium
⁊ contra edem vergentē ad aquilonem: ex fa/
cie lōgitudis centū cubitos oſtij aqlōis ⁊ latitu
dis qnq̄gīta cubitos ꝯ viginti cubitos atrij exte
rioris: ⁊ ꝯtra pauimētū ſtratū lapide atrij inte
rioris: vbi erat porticus iuncta porticui triplici
Et ante gazophylatia deambulatio decem cu/
bitorum latitudinis: ad interiora reſpiciēs vie
cubiti vnius. Et oſtia earum ad aquilonē vbi
erant gazophylatia in ſuperioribus humiliora
quia ſupportabant porticus que ex illis emine/
bant de inferioribus ⁊ de medijs edificij. Tri/
ſtega enim erant: ⁊ non habebant columnas:
ſicut erant columne atriorum. Propterea emi/
nebant de inferioribus ⁊ de medijs a terra cu/
bitis quinquaginta. Et peribolus exterior ſm
gazophylatia que erant in via atrij exterioris
ante gazophylatia. Longitudo eius quinqua/
ginta cubitorum: quia longitudo erat gazophy
latiorum atrij exterioris quinquaginta cubito/
rum: ⁊ longitudo ante faciem templi centum
cubitorum. Et erat ſubter gazophylatia hec: ī
troitus ab oriente ingredientium in ea de atrio
exteriori in latitudine periboli atrij: quod erat
ꝯ viā orientalem in faciem edificij ſeparati.
Et erant ante edificium gazophylatia: ⁊ via
ante faciem eorum iuxta ſimilitudinem gazo/
phylatiorum que erant in via aquilonis. Secū
dum longitudinem eoꝝ: ſic ⁊ latitudo eorum: ⁊

oīs introitus eoꝝ ⁊ ſimilitudines ⁊ oſtia eoꝛuꝫ
ſm̄ oſtia gaȥophylatioꝝ q̄ erant in via reſpiciē
te ad nothuꝫ. Oſtiū in capite vie. q̄ via erat an
te veſtibuluꝫ ſepatum per viā orientalē igrediē
tibus. Et dixit ad me. Gaȥophylatia aquilōis
⁊ gaȥophylatia auſtri q̄ ſunt ante edificiuꝫ ſepa
ratum. hec ſunt gaȥophylatia ſcā: in quibus ve
ſcunť ſacerdotes q appropinquant ad dn̄m i ſā
cta ſcōꝛum. Ibi ponēt ſcā ſcōꝛū. ⁊ oblationē ꝓ
pctō ⁊ ꝓ delicto. Locus. n. ſanctꝰ eſt. Cuꝫ aūt
ingreſſi fuerint ſacerdotes. non egredientur de
ſanctis in atrium exteriꝰ. Et ibi reponēt veſti
menta ſua in quibꝰ miniſtrāt. qꝛ ſcā ſūt. veſtiē/
turqꝫ veſtimentis alijs. ⁊ ſic ꝓcedent ad ppl'm
Cūqꝫ cōpleſſet mēſuras domus iterioꝛis. edu
xit me ꝑ viā poꝛte que reſpiciebat ad viā oꝛien/
taleꝫ: ⁊ menſus eſt eam vndiqꝫ ꝑ circuitū. Mē
ſus eſt autē ꝯtra ventuꝫ orientalem calamo: mē
ſure: qngentos calamos: in calamo menſure ꝑ
circuitū. Et menſus eſt ꝯtra ventū aqlonis qn
gentos calamos: in calamo menſure per gyrū
Et ad ventū auſtralem menſus eſt quingentoſ
calamos: in calamo mēſure per circuitū. Et ad
ventū occidentalē menſus eſt quingentos cala
mos: i calamo mēſure. Per q̄ttuoꝛ vētos mē/
ſus eſt murum eius vndiqꝫ per circuitū. longi
tudinē qngentoꝝ cubitoꝝ. ⁊ latitudinē qngen
toꝝ cubitoꝝ: diuidētē iter ſcūariū ⁊ vulgi locū

ET duxit me ad poꝛtā q̄ XLIII
reſpiciebat ad viā oꝛientalem. Et ecce
gloꝛia dei iſrael igrediebať per viā oꝛiē
talē. ⁊ vox erat ei quaſi vox aquaꝝ multaruꝫ. ⁊
terra ſplēdebat a maieſtate eius. Et vidi viſio
nē ſm̄ ſpēm quaꝫ viderā qn̄ venit vt diſperde
ret ciuitatem: ⁊ ſpēs ſm̄ aſpectū quē viderā iux
ta fluuiū chobar. Et cecidi ſuper faciem meam
Et maieſtas dn̄i ingreſſa eſt templū: ꝑ viā poꝛ
te q̄ reſpiciebat ad oꝛientē. Et eleuauit me ſpūs
⁊ introduxit me in atriū interius. Et ecce reple
ta erat gloꝛia dn̄i domus. Et audiui loquenteꝫ
ad me de domo. Et vir qui ſtabat iuxta me di/
xit ad me. Fili hoīs. locus ſolij mei ⁊ locus ve
ſtigioꝝ pedum meoꝝ: vbi habito in medio fi/
lioꝝ iſrael in eternū. Et nō polluet vltra domꝰ
iſrael nomē ſcm̄ meū: ipſi ⁊ reges eoꝝ in foꝛni
catiōibus ſuis: ⁊ in ruinis regū ſuoꝝ ⁊ i excel/
ſis: q fabricati ſūt limē ſuū iuxta limen meum. ⁊
poſtes ſuos iuxta poſtes meos: ⁊ murus erat i
ter me ⁊ eos. Et polluerūt nomē ſcm̄ meum in
abhominatiōibus quas fecerūt: ꝓpter qḋ cōſu
pſi eos i ira mea. Nūc ergo repellant ꝓcul foꝛ
nicationē ſuā ⁊ ruinas regū ſuoꝛū a me: ⁊ habi

tabo in medio eoꝝ ſemper. Tu aūt fili hominis
oſn̄de domui iſrael templū ⁊ ꝯfundanť ab iniq/
tatibus ſuis. ⁊ metiant fabricā: ⁊ erubeſcant ex
oibus q̄ fecerūt. Figuram domus ⁊ fabrice eiꝰ
exitus ⁊ introitus: ⁊ oēm deſcriptioneꝫ eius: ⁊
vniuerſa p̄cepta eius. cunctumqꝫ oꝛdinē eiꝰ. ⁊
oēs leges eiꝰ oſn̄de eis. ⁊ ſcribe i oculis eoꝝ: vt
cuſtodiāt oēs deſcriptiōes eius ⁊ p̄cepta illiꝰ. ⁊
faciāt ea. Iſta eſt lex domus i ſūmitate montis
Omnes fines eiꝰ in circuitu. ſcm̄ ſcōꝝ ē: Hec
eſt ergo lex domꝰ. Iſte aūt mēſure altaris i cu/
bito veriſſimo: q hēbat cubitum ⁊ palmuꝫ. In
ſinu eius erat cubitus: ⁊ cubitus i latitudīe: ⁊ d
finitio eius vſqꝫ ad labiū eius: ⁊ i circuitu pal/
mus vnus. Hec qꝫ erat foſſa altaris. Et de ſi/
nu terre vſqꝫ ad crepidinē nouiſſimā duo cubi
ti. ⁊ latitudo cubiti vnius. ⁊ a crepidine mino/
re vſqꝫ ad crepidinē maioꝛē quattuoꝛ cubiti: ⁊
latitudo cubiti vnius. Ipſi antē ariel quattuoꝛ
cubitoꝝ. ⁊ ab ariel vſqꝫ ad ſurſum coꝛnua quat
tuoꝛ. Et ariel duodecim cubitoꝝ in longitudīe
per duodecim cubitos latitudinis: qdrāgu/
latum equis lateribus. Et crepido quattuoꝛde
ciꝫ cubitoꝝ lōgitudinis ꝑ quattuoꝛdecī cubitos
latitudinis i quattuoꝛ āgulis eius: ⁊ coꝛona in
circuitu eius dimidij cubiti. ⁊ ſinus eius vniuſ
cubiti ꝑ circuitū. gradus aūt eius verſi ad oꝛiētē
Et dixit ad me. Fili hoīs. hec dīc dn̄s deꝰ. Hi
ſūt ritus altarꝭ i quacūqꝫ die fuerit fabricatū: vt
offerať ſuper illḋ holocauſtū ⁊ effundeť ſāguis
Et dabis ſacerdotibus ⁊ leuitꝭ q ſūt de ſemie ſa
doch q accedūt ad me. ait dn̄s deus: vt offerant
mihi vituluꝫ de armento ꝓ pctō. Et aſumens
de ſāguie eius pones ſuꝑ quattuoꝛ coꝛnua eiꝰ ⁊
ſuꝑ quattuoꝛ āgulos crepidinis ⁊ ſuꝑ coꝛonam
in circuitu: ⁊ mundabis illḋ ⁊ expiabis. Et tol
les vitulū q oblatus fuerit ꝓ peccato. ⁊ cōbureſ
eum in ſeparato loco domus extra ſcīariū. Et
in die ſecunda offeres hircum caprarū imacula
tum ꝓ pctō: ⁊ expiabunt altare ſicut expiauerūt
in vitulo. Cūqꝫ ꝯpleueris expians illud. offe/
res vitulum de armēto imaculatū. ⁊ arietem de
gregē imaculatū: ⁊ offeres eos in ꝯſpectu dn̄i
Et mittent ſacerdotes ſuꝑ eos ſal: ⁊ offerēt eos
in holocauſtū dn̄o. Septem diebus facies hir/
cum ꝓ pctō quotidie. ⁊ vitulum de armento ⁊
arietē de pecoꝛibus imaculatos offerēt. Septē
diebus expiabunt altare ⁊ mūdabūt illud. ⁊ im
plebunt manuꝫ eius. Expletis aūt ſeptē diebuſ
in die octaua ⁊ vltra facient ſacerdotes ſuper al
tare holocauſta vra. ⁊ q̄ ꝓ pace offerūt. ⁊ placa
tus ero vobis ait dn̄s deus. XLIIII.

ET conuerti me ad viā poꝛte ſanctuarij
exterioꝛis q̄ reſpiciebat ad oꝛientem: ⁊
erat clauſa. Et dixit dñs ad me. Poꝛta
hec clauſa erit: ⁊ non aperiet̃ ⁊ vir non trāſiet
ꝑ eā. quī dñs deus iſrael igreſſus ē ꝑ eā: eritq̄ȝ
clauſa ꝓncipi. Princeps ipſe ſedebit in ea: vt co
medat panē corā dño. Per viā poꝛte veſtibu
li igredieť: ⁊ ꝑ viā eius egredieť. Et adduxit
me ꝑ viā poꝛte aquilonis i ↄſpectu dom⁹: ⁊ vi
di: ⁊ ecce ipleuit gloꝛia dñi domū dñi. Et cecidi i
faciē meā: ⁊ dixit ad me dñs. Fili hoīs: pone
coꝛ tuū ⁊ vide oculis tuis: ⁊ auribus tuis audi
oīa q̄ ego loquoꝛ ad te: ꝺ̓ vniuerſis cerimonijs
domus dñi ⁊ de cunctis legib⁹ eius. Et pones
coꝛ tuū in vijs tēpli ꝑ oēs exitus ſanctuarij: ⁊
dices ad exaſperantē me domū iſrael. Hec dicit
dñs deus. Sufficiāt vobis oīa ſcelera vr̃a do/
mus iſrl̃: eo q̄ iducitis filios alienos icircunci
ſos coꝛde ⁊ icircūciſos carne: vt ſint in ſcūario
meo ⁊ polluant domum meā: ⁊ offertis panes
meos adipē ⁊ ſanguinē: ⁊ diſſoluiſtis pactum
meū in oībus ſcelerib⁹ vr̃is: ⁊ nō ſeruaſti ꝓce/
pta ſanctuarij mei: ⁊ poſuiſtis cuſtodes obſua
tionū meaꝝ i ſcūario meo vobiſmetipſis. Hec
dicit dñs deus. Ois alienigena incircūciſus
coꝛde ⁊ icircūciſus carne nō igredieť ſcūarium
meū: oīs filius alienus q̄ eſt i medio filioꝝ iſrl̃.
Sȝ ⁊ leuite q̄ lōge receſſerūt a me i errore filio
rum iſrl̃: ⁊ errauerūt a me poſt idola ſua: ⁊ poꝛ
tauerunt iniq̄tatē ſuā: erūt in ſcūario meo edi
tui ⁊ ianitoꝛes poꝛtaꝝ dom⁹: ⁊ miniſtri dom⁹.
Ipſi mactabunt holocauſta ⁊ victimas populi
⁊ ipſi ſtabunt in ↄſpectu eoꝝ vt miniſtrent eis
Pro eo q̄ miniſtrauerūt illis i ↄſpectu ido/
loꝝ ſuoꝝ: ⁊ facti ſunt domui iſrael in offendi/
culū iniquitatis: idcirco leuaui manū meā ſuper
eos ait dñs deus. ⁊ poꝛtauerunt iniquitatē ſuā
Et nō appropinquabūt ad me vt ſacerdotio fū
gant̃ mihi: neq̄ȝ accedent ad oē ſanctuariū me
um iuxta ſancta ſcōꝝ: ſȝ poꝛtabūt ↄfuſionē ſuā
⁊ ſcelera ſua q̄ fecerunt. Et dabo eos ianitoꝛes
domus in oī miniſterio eius: ⁊ vniuerſis que
fient in ea. Sacerdotes aūt ⁊ leuite filij ſadoch
q̄ cuſtodierunt cerimonias ſanctuarij mei eum
errarent filij iſrael a me: ipſi accedēt ad me: vt
miniſtrent mihi: ⁊ ſtabunt in ↄſpectu meo: vt
offerant mihi adipē ⁊ ſanguinē ait dñs deus.
Ipſi ingredient̃ ſcūariū meū: ⁊ ipſi accedēt ad
menſā meā: vt miniſtrent mihi: ⁊ cuſtodiāt ce/
rimonias meas. Cūq̄ȝ ingredient̃ poꝛtas atrij
interioꝛis: veſtibus lineis induent̃: nec aſcen/
det ſuꝑ eos quicq̄ȝ laneū: q̄ñ miniſtrant in poꝛ
tis atrij interioꝛis ⁊ itrinſecus. Vitte linee erūt
in capitibus eoꝝ: ⁊ feminalia linea erunt in lū
bis eoꝝ: ⁊ nō accingent̃ in ſudoꝛe. Cūq̄ȝ egre
dient̃ atriū exterius ad pplm̃: exuent ſe veſti/
mētis ſuis in q̄bus miniſtrauerāt: ⁊ reponent
ea in gaçophylatio ſcūarij ⁊ veſtiēt ſe veſtimē/
tis alijs et nō ſcificabunt pplm̃ in veſtib⁹ ſuis
Caput aūt ſuū nō radēt: neq̄ȝ comā nutriēt: ſȝ
tondentes attondēt capita ſua. Et vinū non bi
bet oīs ſacerdos q̄ñ ingreſſurus eſt atriū inte/
rius. Et viduā et repudiatā nō accipient vxo/
res: ſed virgines de ſemine dom⁹ iſrl̃. Sȝ et vi
duā q̄ fuerit vidua a ſacerdote accipiēt: et pplȝ
meū docebunt q̄d ſit īter ſcm̄ et pollutū: et iter
mundū et imundū oſtēdēt eis. Et cū fuerit cō
trouerſia: ſtabūt in iudicijs meis et iudicabūt.
Leges meas et ꝓcepta mea in oībus ſolēnita/
tibus meis cuſtodient: et ſabbbata mea ſcifica/
bunt. Et ad moꝛtuū hoīeȝ nō igredient̃ ne pol
luant̃: niſi ad patrē et matrē et filiū et filiā et fra
trē et ſoꝛoꝛē q̄ alterū virū nō habuerunt: in q̄/
bus ↄtami nabunt̃. Et poſtq̄ȝ fuerit emūdatus
ſeptē dies numerabunt̃ ei: et in die itroitus ſui
in ſcūariū ad atriū iterius vt miniſtret mihi in
ſcūario: offeret ꝓ pctō ſuo: ait dñs deus. Non
erit autē eis hereditas: ego hereditas eoꝝ. Et
poſſeſſionē nō dabitis eis in iſrl̃: ego. n. poſſeſ
ſio eoꝝ. Victimā et ꝓ pctō et ꝓ delicto ipſi co/
medēt: ⁊ oē votū i iſrl̃ ipſoꝝ erit. Et primitiua
oīum primogenitoꝝ et oīa libamenta ex oībus
q̄ offerunt̃: ſacerdotū erunt. Et ꝓmitiua ciboꝝ
veſtroꝝ dabitis ſacerdoti: vt reponat bn̄dictio
nē domui ſue. Oē morticinū et captū a beſtia ꝺ̓
auibus et de pecoꝛibus nō comedēt ſacerdotes

XLV

CUmq̄ȝ cepitis terrā diuidere
ſoꝛtito ſepate ꝓmitias dño ſcificatuȝ de
terra: lōgitudine vigintiq̄nq̄ȝ milia: et
latitudine decē milia. Scificatū erit in oī ſinu
eius ꝑ circuitū. Et erit ex hoc oī parte ſcificatuȝ
q̄ngentos ꝑ q̄ngentos q̄drifariā ꝑ circuitū: et
q̄nquaginta cubitis in ſuburbana eius ꝑ gyrū
Et a mēſura iſta mēſurabis longitudinē vigi
tiq̄nq̄ȝ miliū: et latitudinē decē miliū. Et in ipſo
erit tēplum ſcūq̄ȝ ſcōꝝ: ſcificatū de terra erit ſa
cerdotibus miniſtris ſcūarij: q̄ accedunt ad
miniſteriū dñi. Et erit eis locus i domos et in
ſcūariū ſcitatis. Vigintiq̄nq̄ȝ aūt milia lon/
gitudinis et decē milia latitudinis. Leuite qui
miniſtrant domui: ipſi poſſidebunt viginti ga
zophylatia. Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis
q̄nq̄ȝ milia latitudinis: et lōgitudinis viginti/
quinq̄ȝ milia: ſecūdū ſeparationem ſanctuarij

omnī domui iſrl'. Principi qꝫ hinc ⁊ inde in ſe
paratione ſanctuarij. ⁊ in poſſeſſioneꝫ ciuitatis
⁊ ꝯtra faciē ſepatatiōis ſcūarij: ⁊ ꝯtra faciē poſ
ſeſſiōis vrbis a latere maris vſqꝫ ad mare: ⁊ a
latere orientis vſqꝫ ad orientē. longitudinē aūt
iuxta vnāquāqꝫ ꝑtē a termino occidentali vſqꝫ
ad terminū orientalē: de terra erit ei poſſeſſio ī
iſrael. Et nō depopulabūtꝰ vltra principes po
pulum meū: ſed terrā dabūt domui iſrl' ſcḋm tri/
bus eoꝝ. Hec dicit dūs deus. Sufficiat vobis
ꝓncipes iſrl': iniqtatē ⁊ rapinas itermittite. ⁊ iu
diciū ⁊ iuſticiā facite. Separate ꝯfinia vr̄a a po
pulo meo ait dūs deus. Statera iuſta ⁊ ephi iu/
ſtum ⁊ batus iuſtꝰ erit vobis. Ephi ⁊ batꝰ eq̄/
lia ⁊ vnius mēſure erūt: vt capiat decimā ꝑtem
chori batꝰ ⁊ decimā ꝑtē chori ephi. Iuxᵃ mēſurā
chori erit eq̄ libratio eoꝝ. Siclus autem viginti
obolos habet. Porro viginti ſicli ⁊ vigintiqui
qꝫ ſicli et qndecī ſicli minā faciūt. Et he ſūt ꝓmi
tie q̄s tolletis. ſextā ꝑtē ephi de choro frumenti
et ſextaꝫ ꝑteꝫ ephi de choro ordei. Menſura q̄ꝫ
olei. Batus olei. decima ps chori ē: qꝛ decem ba/
ti īplent chorū. Et arietē vnū de grege ducen/
toꝝ de his q̄ nutriunt iſrl' in ſacrificiū. et in holo
cauſtum et in pacifica: ad expiandū ꝓ eis. ait do
minus deꝰ. Oīs ppl's terre tenebiꝰ ꝓmitijs his
ꝓncipi ī iſrael. Et ſup pricipē erunt holocauſta
et ſacrificiū et libamina ī ſolēnitatibus et ī calen
dis et ī ſabbatis: in vniuerſis ſolēnitatibus do
mus iſrael. Ipſe faciet ꝓ pc'ō ſacrificiū et holo/
cauſtum et pacifica: ad expiandū ꝓ domo iſrael
Hec dicit dūs deus. In p'o mēſe vna mēſis
ſumes vitulū de armento īmaculatū. et expiabiſ
ſanctuariū. Et tollet ſacerdos de ſanguie quod
erit ꝓ pctō. et ponet ī poſtibus domus: et ī q̄t/
tuor angulis crepidinis altaris. et in poſtibus
porte atrij iterioris. Et ſic facies ī ſeptīa menſis
ꝓ vnoquoqꝫ qui ignorauit ⁊ errore deceptus ē
et expiabis ꝓ domo: In p'o mēſe quartadecia
die mēſis erit vobis paſce ſolēnitas. Septē die
bus azima comedentꝰ. Et faciet princeps in die
illa ꝓ ſe et ꝓ vniuerſo populo terre vitulum ꝓ
peccato. Et in ſeptem dieꝝ ſolēnitate faciet ho/
locauſtū dn̄o: ſeptem vitulos et ſeptem arietes
īmaculatos quotidie ſeptem diebus: et pro pec
cato hircū caprarū: et ſacrificiū ephi per vitulū
et ephi per arietē faciet. et olei hyn per ſingula
ephi. Septimo mēſe quītadecia die mēſis in ſo
lēnitate faciet ſicut ſupradicta ſūt ꝑ ſeptem dies
tam pro peccato q̄ꝫ pro holocauſto et in ſacrifi/
cio et in oleo.

Capitulum XLVI

Hec dicit dūs deus. Porta atrij interioris
q̄ reſpicit ad orientē erit clauſa ſex die/
bus in qbus opus fit. Die aūt ſabbati
apietꝰ. Sꝫ in die calendaꝝ apietꝰ ⁊ itrabit prin/
ceps ꝑ viā veſtibuli porte deforis ⁊ ſtabit in li
mine porte. Et faciēt ſacerdotes holocauſtum
eius ⁊ pacifica eius: ⁊ adorabit ſup limē porte ⁊
egredietꝰ. Porta aūt nō claudetꝰ vſqꝫ ad veſpe
rā. Et adorabit ppl's terre ad oſtiū porte illiꝰ in
ſabbatis ⁊ ī calēdis corā dn̄o. Holocauſtū aūt
h̄ offeret pricеps dn̄o in die ſabbati: ſex agnos
īmaculatos ⁊ arietē īmaculatū ⁊ ſacrificiū ephi
per arietem. In agnis aūt ſacrificiuꝫ quod de/
derit manus eius: ⁊ olei hyn ꝑ ſingla ephi. In
die aūt calendaꝝ vitulū de armento īmaculatū
⁊ ſex agni ⁊ arietes imaculati erunt: ⁊ ephi per
vitulū: ephi quoqꝫ ꝑ arietē faciet ſacrificiū. De
agnis aūt ſicut inuenerit manus eius: ⁊ olei hyn
ꝑ ſingula ephi. Cūqꝫ igreſſurus ē pīceps: per
viā veſtibuli porte igrediatꝰ: ⁊ per eādē viam
exeat. Et cū itrabit ppl's ire in ꝯſpectu dn̄i in ſo
lēnitatibus q igrediꝰ ꝑ portā aqlonis vt adoret
egrediatꝰ: ꝑ viā porte meridiane. Porro qui i
grediꝰ ꝑ viā porte meridiane: egrediꝰ: ꝑ viaꝫ
porte aqlonis. Nō reuertetꝰ per viaꝫ porte per
quā igreſſus ē: ſꝫ e regione illius egredietur.
Pīceps aūt in medio eoꝝ cū igredientibus ī
gredietꝰ: ⁊ cū egredientibus egredietꝰ. Et in nū/
dinis ⁊ ſolēnitatibus erit ſacrificiū ephi ꝑ vitu
lū: ⁊ ephi ꝑ arietē. In agnis aūt erit ſacrificiuꝫ
ſic̄ inuenerit manꝰ eiꝰ: ⁊ olei hyn ꝑ ſinga ephi.
Cū aūt fecerit ꝓnceps ſpontaneū holocauſtum
aut pacifica voluntaria dn̄o: apietꝰ ei ꝑta que
reſpicit ad orientē: ⁊ faciet holocauſtū ſuū ⁊ pa
cifica ſua: ſicut fieri ſolet in die ſabbati: ⁊ egre/
dietꝰ: claudetꝰ qꝫ porta poſtq̄ꝫ exierit. Et agnum
eiuſdē anni īmaculatū faciet ī holocauſt quoti
die dn̄o. Sēper mane faciet illud. Et faciet ſa/
crificiū ſup eo cata mane mane: ſextā parē ephi
⁊ de oleo tertiā partem hyn. vt miſceatꝰ ſimile.
Sacrificiū dn̄o legitimū: iuge atqꝫ ꝑpetuum
Faciet agnū in ſacrificiū ⁊ oleuꝫ cata mane ma
ne holocauſtū ſempiternū. Hec dicit dn̄s deus
Si dederit ꝓnceps domū alicui de filijs ſuis:
hereditas eius filioꝝ ſuoꝝ erit: poſſidebūt eā
hereditarie. Si aūt dederit legatū de heredita/
te ſua vni ſeruoꝝ ſuoꝝ: erit illius vſqꝫ ad annū
remiſſionis ⁊ reuertetꝰ ad principē. Hereditas
aūt eius filijs eius erit. Et non accipiet prin/
ceps de hereditate ppl'i ꝑ violentiā ⁊ de ꝑſſeſ/
ſione eoꝝ ſꝫ de poſſeſſione ſua hereditatē dabit
filijs ſuis vt nō diſꝑgatꝰ ppl's meꝰ vnuſqꝫ a

poſſeſſiõe ſua. Et itroduxit me per ingreſſuꝫ q
erat ex latere porte: i gaçophylatia ſãctuarij ad
ſacerdotes: q̄ reſpiciebãt ad aquilonem: ⁊ erat
ibi locus vergẽs ad occidenteꝫ: ⁊ dixit ad me.
Iſte ē locus vbi coquēt ſacerdotes ꝓ pctō ⁊ ꝓ
delicto: vbi coquēt ſacrificiū: vt nō efferant in
atriū exterius: ⁊ ſcificet̄ popl's. Et eduxit me in
atriū exterius: ⁊ circūduxit me per q̄ttuor angu
los atrij. Et ecce atriolum erat in angulo atrij:
atriola ſingula p̱ angulos atrij. In q̄ttuor an/
gulis atrij atriola diſpoſita: q̄draginta cubitoꝝ
p̱ longū ⁊ trigita per latū. Mēſure vni⁹ q̄ttuor
erant. Et paries p̱ circuitū ambiēs q̄ttuor atrio
la: ⁊ culine fabricate erant ſubter porticus per
gyrū. Et dixit ad me. Hec ē domus culinarū:
in qua coquēt miniſtri dom⁹ domini victimas
populi.

XLVII

Et cõuertit me ad portā domus. ⁊ ec/
ce aq̄ egrediebant̄ ſubter limē domus
ad orientē. Facies. n. domus reſpicie
bat ad orientem. Aque aūt deſcendebãt i lat⁹
tēpli dextrū ad meridiē altaris. Et eduxit me
p̱ viā porte aquilonis. ⁊ cõuertit me ad viaꝫ fo
ras portā exteriorē. viā q̄ reſpiciebat ad orien
tē. Et ecce aque redundãtes a latere dextro. cuꝫ
egrederet̄ vir ad oriētē: qui habebat funiculuꝫ
in manu ſua. ⁊ menſus ē mille cubitos. ⁊ tra/
duxit me p̱ aquā vſqꝫ ad talos. Ruſūqꝫ men
ſus ē mille. ⁊ traduxit me per aquā vſqꝫ ad ge
nua. Et mēſus ē mille. ⁊ traduxit me p̱ aquam
vſqꝫ ad renes. Et mēſus ē mille torrentē queꝫ
nō potui p̱trãſire. qm̄ intumuerãt aque ꝓfūdi
torrentis qui non pōt tranſuadari. Et dixit ad
me. Certe vidiſti fili hōis. Et eduxit me. ⁊ con
uertit ad ripā torrentis. Cūqꝫ me cõuertiſſem
ecce i ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraqꝫ
parte. Et ait ad me. Aque iſte que egrediun/
tur ad tumulos ſabuli orientalis ⁊ deſcendunt
ad plana deſerti: itrabunt mare: ⁊ exibūt. ⁊ ſa/
nabūtur aq̄. Et oīs aīa viuens q̄ ſerpit q̄cunqꝫ
venerit torrens. viuet. ⁊ erūt piſces multi ſatiſ
poſtq̄ꝫ venerit illuc aq̄ iſte. Et ſanabūtur ⁊ vi/
uēt oīa ad que venerit torrēs: ⁊ ſtabūt ſuper illa
piſcatores. Ab ē gaddi vſque ad ē gallīꝫ ſiccatio
ſagenaꝝ erit. Plurime ſpēs erūt p̱ſciū eius:
ſicut piſces maris magni multitudinis nimie.
In litoribus aūt ei⁹ ⁊ i paluſtribus non ſana/
bunt̄: quia i ſalinas dabūt̄. Et ſuper torrentem
orient̄ i ripis eius ex vtraqꝫ parte oē lignum po
miferum. Nō deflu͞et foliuꝫ ex eo. ⁊ non d̄ficiet
fructus eius. Per ſingulos mēſes afferet pri/
mitiua: quia aq̄ eius de ſcūario egredient̄. Et
erunt fructus eius in cibum. ⁊ folia eius ad me
dicinā. hec dicit dn̄s de⁹. hic ē terminus i quo
poſſidebitis terrā i duodecim tribubus iſrl': q̄a
ioſeph duplicē funiculum habet. Poſſidebitiſ
aūt eā ſinguli eque ut frat̄ ſuus. ſuper quā leua
ui manū meā ut darem p̄rib⁹ veſtris. Et cadet
terra h̄ vobis i poſſeſſionē. Hic ē aūt t̄minus
t̄re ad plagā ſeptētrionaleꝫ a mari magno: via
ethalon venīētibus ſedada emath berotha ſa/
bari que eſt inter terminuꝫ damaſci ⁊ confiniū
emath domus thicon q̄ ē iuxta terminū auran:
⁊ erit termin⁹ a mari vſqꝫ ad atriū enon t̄min⁹
damaſci. ⁊ ab aquilone ad aquilonē terminus
emath. plaga ſeptentrionalis. Porro plaga
orientalis de medio auran ⁊ de medio damaſci
⁊ de medio galaad ⁊ de medio terre iſrael ior/
danis diſterminans: ad mare orientale me/
tiemini plagā oriētalem. Plaga aūt auſtralis
meridiana a thamar vſqꝫ ad aq̄s ꝯtradictioniſ
cades. ⁊ torrēs vſqꝫ ad mare magnum. ⁊ h̄ eſt
plaga ad meridiē auſtralis. Et plaga maris:
mare magnū a confinio p̱ directū donec veni/
as emath: h̄ ē plaga maris. Et diuidetis terram
iſtā vobis p̱ trib⁹ iſrl'. ⁊ mittetis eā i hereditatē
vobis ⁊ aduenis qui acceſſerint ad vos qui ge
nuerit filios i medio vr̄m. ⁊ erunt vobis ſicut
indigene int̄ filios iſrl'. Vobiſcū diuidēt poſ/
ſeſſionē i medio tribuum iſrael. In tribu auteꝫ
q̄cunque fuerit aduena. ibi dabitis poſſeſſio/
nem illi. ait dn̄s deus.

XLVIII

Et hec nōia tribuū a finibus aquilonis
iuxta viam ethalon p̱ gētibus emath:
atriū enon t̄minus damaſci. ab aquilo
ne iuxta viam emath. ⁊ erit ei plaga orientalis
mare. dan vna. Et a t̄mino dan: a plaga orien
tali vſque ad plagam maris. aſer vna. Et ſup̱
t̄minū aſer: a plaga orientali vſqꝫ ad plagam
maris. neptalim vna. Et ſuper t̄minū neptaliꝫ
a plaga oriētali vſqꝫ ad plagam marꝭ. manaſ/
ſe vna. Et ſuper t̄minū manaſſe: a plaga orien
tali vſqꝫ ad plagā maris effraiꝫ vna. Et ſuper
t̄minū effrai: a plaga orientali vſqꝫ ad plagam
marꝭ. ruben vna. Et ſuper t̄minū rubē: a pla
ga oriētali vſqꝫ ad plagam maris. iuda vna.
Et ſuper t̄minū iuda: a plaga oriētali vſqꝫ ad
plagā maris. erūt primitie quas ſep̱abitis vi/
gintiquinque milib⁹ calamis latitudinis ⁊ lon
gitudinis: ſicuti ſingule p̱tes a plaga orienta/
li vſque ad plagā maris. Et erit ſanctuarium
in medio ei⁹. Primitie q̄s ſep̱abitis dn̄o: lon/
gitudo vigintiquinque milib⁹. ⁊ latitudo decē
milibus. He aūt erūt p̱mitie ſanctuarij ſacer/

donū ad aqlonē lōgitudinis vigītiqnqꝫ milia: ⁊ ad mare latitudinis decē milia. Sꝫ ⁊ ad oriētem latitudinis decē milia: ⁊ ad meridiē vigintiqnqꝫ milia. Et erit ſanctuariū dñi in medio eius. Sacerdotibus ſanctuariū erit de filijs ſadoch. q cuſtodierunt ceremonias meas ⁊ non errauerūt cū errarēt filij iſrael: ſicut errauerūt ⁊ leuite. Et erūt pmitie de pmitijs terre ſctm̄ ſanctoꝝ: iuxta terminū leuitaꝝ. Sed ⁊ leuitiſ ſimiliter iuxta fines ſacerdotū vigintiqnqꝫ milia lōgitudinis: ⁊ latitudinis decē milia. Dis longitudo viginti ⁊ qnqꝫ miliū: ⁊ latitudo decem miliū. Et nō venūdabunt ex eo neqꝫ mutabūt neqꝫ trāſferent pmitie terre: qꝛ ſcificate ſūt dño Quinqꝫ milia aūt q̄ ſupſūt in latitudine p vigintiqnqꝫ milia: pphana erunt vrbis in habitaculū ⁊ in ſuburbana. Et erit ciuitas in medio ei⁹: ⁊ he menſure eius. Ad plagā ſeptentrionalem qngenta ⁊ quattuor milia: ⁊ ad plagā meridianam qngenta ⁊ q̄ttuor milia: ⁊ ad plagā orientalē qngēta ⁊ quattuor milia ⁊ ad plagā occidētalē qngēta ⁊ quattuor milia. Erunt aūt ſuburbana ciuitatiſ ad aqlonē ducenta qnquaginta: ⁊ ad meridiē: ducēta qnquaginta: ⁊ ad orientē ducenta qnquaginta. ⁊ ad mare ducēta qnquaginta. Qd aūt reliquū fuerit in longitudie ſcdm primitias ſanctuarij decē milia in orientē: ⁊ decem milia in occidentē erunt ſicut pmitie ſanctuarij: ⁊ erunt fruges eius in panes his q̄ ſeruiunt ciuitati. Seruientes aūt ciuitati operabūtur ex oībus tribubus iſrl'. Dēs pmitie vigintiquinqꝫ miliū p vigintiqnqꝫ milia in q̄druum: ſeparabunt in pmitias ſanctuarij ⁊ in poſſeſſionē ciuitatis. Qd aūt reliquū fuerit pncipis erit ex oī parte primitiaꝝ ſanctuarij ⁊ poſſeſſionis ciuitatis e regione: vigintiqnqꝫ miliū primitiarū vſqꝫ ad terminū orientalē: ſed ⁊ a mari e regione vigintiqnqꝫ miliū vſqꝫ ad terminū maris: ſimiliter in partibus pncipis erit. Et erūt primitie ſanctuarij ⁊ ſanctuariū templi ciuitatiſ in medio eius. De poſſeſſione aūt leuitaꝝ: ⁊ de poſſeſſione ciuitatis in medio partiū principis erit in terminū iuda ⁊ in terminū beniamin: ⁊ ad principē pertinebit. De reliquis tribubus erunt tales portiones. A plaga orientali vſqꝫ ad plagā occidentalē: beniamin vna. Et cōtra terminū beniamin a plaga orietali vſqꝫ ad plagam occidentalē: ſimeon vna. Et ſup terminū ſymeonis a plaga orientali vſqꝫ ad plagam occidentalem: iſachar vna. Et ſuper terminū iſachar a plaga orientali vſqꝫ ad plagam occidentalem: ȝabulon vna. Et ſuper terminum ȝabulon a plaga orientali vſqꝫ ad plagā marꝭ gad vna. Et ſuper terminū gad ad plagā auſtri in meridiem. ⁊ erit finis de thamar vſqꝫ ad aquas contradictionis cadeſ: hereditas contra mare magnū. Hec eſt terra quā mittetis in ſortē tribubus iſrl'. ⁊ he ptitiones eoꝝ: ait dñs deus. Et hi egreſſus ciuitatis. A plaga ſeptētrionali qngētos ⁊ quattuor milia menſurabis: ⁊ porte ciuitatis in oībus tribubus iſrael. Porte tres a ſeptētrione. Porta ruben vna: porta iuda vna: porta leui vna. Et ad plagam orientalē qngentos ⁊ quattuor milia. Et porte tres. Porta ioſeph vna: porta beniamin vna: porta dan vna. Et ad plagā meridianā qngentos ⁊ q̄ttuor milia metieris. Et porte tres. porta ſymeonis vna: porta iſachar vna: porta ȝabulon vna. Et ad plagam occidentalē qngentos ⁊ q̄ttuor milia. Et porte tres. Porta Gad vna porta aſer vna: porta neptalim vna. Per circuitū decē ⁊ octo milia. Et nomē ciuitatis ex illa die dñs ibidem. Amen.

¶ Explicit Ezechiel ppheta. Incipit prolog⁹ ſancti Hieronymi in Danielem pphetam.

DAnielem pphetam iuxta ſeptuagita interpretes: dñi ſaluatoris eccleſie nō legūt vtentes theodotōis editione. ⁊ h cur acciderit neſcio. Siue.n. quia ſermo chaldaicus eſt: ⁊ qbuſdā proprietatibus a nr̄o eloquio diſcrepat: noluerunt ſeptuaginta iterpretes eaſdē lingue lineas in trāſlatiōe ſeruare: ſiue ſub noīe eoꝝ ab alio neſcio quo nō ſatis chaldeā linguā ſcientē editus ē liber: ſiue aliud quid cauſe extiterit ignorans h vnū affirmare poſſum: qꝛ multum a veritate diſcordet: ⁊ recto iudicio repudiatus ſit. Sciendū quippe danielē maxime ⁊ eſdrā hebraicis qdem lrīs ſed chaldeo ſmone pſcriptos: ⁊ vnā hieremie pericopen: iob qꝫ cū arabica lingua plurimā habere ſocietatē. Deniqꝫ ⁊ ego adoleſcentulus poſt quintiliani ⁊ tullij lectionē ac flores rhetoricos cū me in lingue huius piſtrinū recluſiſſē: ⁊ multo ſudore multoqꝫ tēpore vix cepiſſem anhelantia ſtridentiaqꝫ vba reſonare: ⁊ q̄ſi per criptam ambulās: raꝝ deſuper lumen aſpicerē: impegi nouiſſime in danielē: et tāto tedio affectus ſum: vt deſperatione ſubita oēm laborem veterē voluerim ptēnere. Verū adhortante me quodā hebreo ⁊ illud mihi crebrius ſua lingua ingerente: labor iprobus oīa vincit: q mihi videbar ſciolus iter eos cepi rurſus diſcipulus eſſe chaldaicus. Et vt verū fatear: vſqꝫ ad pn̄tē diem magis poſſum ſermonē

chaldaicū legere ⁊ intelligere q̃ ſonare. Hec
iccirco refero vt difficultatē vobis danielis oſtē
derē: q̄ apud hebreos nec ſuſanne hȝ hiſtoriā:
nec hymnū triū puerorum nec belis dracōiſq; fa
bulas: q̄s nos q̄r in toto orbe diſpſe ſunt: verū
ante poſito caſq; iugulante ſubiecimus: ne vi/
deremur apud impitos magnam partē volu/
minis detrūcaſſe. Audiui ego quendā de pce/
ptoribus iudeorum: cū ſuſanne derideret hiſtoriā
⁊ a greco neſcio q̄ eā diceret eē cōfictā: illud op
ponere qd̄ origeni q̄ȝ africanus oppoſuit: ethy
mologias has apo thoy chynoy ſchiſe: ⁊ apo
thoy prynoy pryſe: de greco ſermone deſcēde
re. Cuius rei nos itelligentiā nr̄is hanc poſſu
mus dare: vt verbi grā: dicamus continuo de
arbore ilice dixiſſe cū ilico pereas: ⁊ a lētiſco in lē
tem te cōminuat angelus: vel non lente pereas
aut lentus. i. flexibilis ducaris ad mortē: ſiue
aliud quid ad arboris nomē ꝯueniens. Deide
tm̄ fuiſſe ocij tribus pueris cauillabat: vt in ca
mino eſtuātis incendij metro luderent. ⁊ p or/
dinē ad laudē dei oia elemēta ꝓuocarēt: aut qd̄
miraculū diuineq; aſpirationis iudicū vel dra/
conē interfectū offa picis vel ſacerdotum belis
machinas deprehēſas: q̄ magis prudentia ſo/
lertis viri q̄ ꝓpheciali eſſent ſpū ꝑpetrata. Cū
ꝯo ad abachuc veniret: ⁊ de iudea ī chaldeam
raptū diſcoforum lectitaret: q̄rebat exēplū vbi le/
giſſemus in toto veteri teſtamento quē q̄ ſcōrum
graui volaſſe corpe: ⁊ in puncto vnius hore tā
ta terrarum ſpatia tranſiſſe. Cui cū q̄dā e nr̄is ſatis
ad loquendū ꝓmptulus ezechielē adduxiſſet ī
mediū: ⁊ diceret cū de chaldea in iudeā fuiſſe
tranſlatū: deriſit hoiem ⁊ ex ipſo volumine de
mōſtrauit ezechielē in ſpū ſe vidiſſe trāſpoſitū
Deniq; ⁊ apoſtolū nr̄m videlȝ vt eruditū virum
⁊ qui legem ab hebreis didiciſſet non fuiſſe au
ſum affirmare ſe raptum in corpore: ſed di/
xiſſe ſiue in corpore ſiue extra corpus: neſcio:
deus ſcit. His ⁊ talibus argumentis apo/
cryphas i libro eccleſie fabulas arguebat. Su
per q̄ relectoris arbitrio iudicium derelinquēs
illud āmoneo non haberi danielē apud hebre/
os inter ꝓphas: ſed inī eos q̄ agiographa con
ſcripſerit. In tres ſiquidē ptes ois ab eis ſcri
ptura diuidit: in legem ī ꝓphas: ⁊ in agiogra
pha. i. in q̄nq; ⁊ octo ⁊ in vndecim libros de q̄
non ē huius tpis diſſerere. Que āt ex hȝ ꝓpha
imo ꝯ hunc librum porphyrius obijciat: teſtes ſūt
methodius euſebꝰ ⁊ appollinaris: qui multis
verſuū milibus eiꝰ veſanie rñdēies neſcio an cu
rioſo lectori ſatiſfecerit. Vñ obſecro vos o pau
la ⁊ euſtochiū fundatis ꝓ me ad dn̄m preces:
vt q̄diu in hoc corpuſculo ſū: ſcribā aliquid
gratū vobis: vtile eccleſie: dignum poſteris.
Preſentiū quippe iudicijs oblatrātiū non ſa/
tis moueor: qui in vtranq; partē: aut amore la
buntur: aut odio.

¶ Explicit prologus. ¶ Incipit
Daniel propheta. Capitulum. I

Anno tertio regni ioachim regis iuda venit. Na
buchodonoſor rex babylōis hie
ruſalem ⁊ obſedit eā: ⁊ tradidit
dn̄s in manu eiꝰ ioachim regē
iude ⁊ pte vaſorum domus dei: ⁊ aſportauit ea in
terrā ſennaar i domū dei ſui: ⁊ vaſa intulit in do/
mū theſauri dei ſui. Et ait rex aphanez prepoſi
to eunuchorum vt introduceret de filijs iſrl̄ ⁊ de
ſemine regio ⁊ tyrānorum pueros i quibus nulla
eſſet macula: decoros forma ⁊ eruditos oī ſapiā
cautos ſciā ⁊ doctos diſciplina: ⁊ qui poſſēt ſta
re in palatio regis vt doceret eos l̄ras ⁊ linguā
chaldeorum. Et ꝯſtituit eis rex annonā p ſingu/
los dies de cibis ſuis ⁊ vino vnde bibebat ipſe
vt enutriti tribus annis poſtea ſtarēt in conſpe
ctu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs iude
Daniel ananias miſahel ⁊ azarias. Et impoſuit
eis ꝑpoſitus eunuchorum noia: danieli balthaſar
ananie ſidrac: miſaeli miſac: ⁊ azarie abdenago
Propoſuit autē daniel in corde ſuo ne pollue
retur de menſa regis neq; de vino potus eius
⁊ rogauit eunuchorum prepoſitū ne contami/
naretur. Dedit autem deus danieli gratiam ⁊
miſericordiam in ꝯſpectu principis eunuchorum
Et ait princeps eunuchorum ad danielem. Ti
meo ego dominum meū regē q̄ cōſtituit vobis
cibum ⁊ potum: q̄ ſi viderit vultus v̄ros maci
lentiores ꝑ ceteris adoleſcentibus coeuis v̄ris
ꝯdemnabitis caput meum regi. Et dixit dani/
el ad malaſſar quem ꝯſtituerat princeps eunu
chorum ſup danielē ananiā miſahelē ⁊ azariam.
Tempta nos obſecro ſeruos tuos diebus decē
⁊ dentur nobis legumina ad veſcendū ⁊ aqua
ad bibendū: ⁊ cōtēplare vultus nr̄os ⁊ vultus
puerorum qui veſcūt cibo regio: ⁊ ſicut videris fa
cies cum ſeruis tuis. Qui audito ſermone hu
iuſcemodi tēptauit eos diebus decem. Poſt di
es autem decē apparuerunt vultus eorum melio
res ⁊ corpulentiores ꝑ oibus pueris qui veſce
bantur cibo regio. Porro malaſſar tollebat ci
baria ⁊ vinum potus eorum: dabatq; eis legu
mina. Pueris aūt his dedit deꝰ ſciā ⁊ diſciplinā

in oi libro ⁊ ſapĩa: danieli aũt itelligẽtiã omniũ
viſionũ ⁊ ſomnioꝝ. Cõpletis itaqʒ dieb⁹ poſt
q̃s dixerat rex vt introducerent: itroduxit eos
ppoſitus eunuchoꝝ in conſpectu nabuchodo/
noſor. Cũqʒ eis locutus fuiſſet rex: nõ ſũt inuẽ
ti tales de vniuerſis vt daniel ananias miſahel
⁊ açarias. Et ſteterunt i ↄſpectu regis: ⁊ oẽ ver
bũ ſapiẽ ⁊ itellect⁹ qd̃ ſciſcitat⁹ ẽ ab eis rex: iue
nit i eis decuplũ ſup cũctos ariolos ⁊ magos q̃
erant i vniuerſo regno ei⁹. Fuit aũt daniel vſ
qʒ ad annũ p̃mũ cyri regis. II
IN ãno ſecũdo regni nabuchodonoſor
vidit nabuchodonoſor ſomniũ: ⁊ cõter
ritus ẽ ſpũs eius: ⁊ ſomniũ eius fugit
ab eo. Precepit aũt rex vt cõuocarentur arioli
⁊ magi ⁊ malefici ⁊ chaldei vt indicarent regi
ſomnia ſua. Qui cũ veniſſẽt ſteterũt corã rege:
⁊ dixit ad eos rex. Vidi ſomniũ: ⁊ mente ↄfu/
ſus ignoro qd viderim. Rũderũtqʒ chaldei re
gi ſyriace. Rex in ſempiternũ viue. Dic ſom/
niũ ſeruis tuis: ⁊ interp̃tationẽ eius indicabi/
mus. Et rñdẽs rex ait chaldeis. Sermo reces
ſit a me. Niſi indicaueritis mihi ſomniũ ⁊ con
iecturã eius: pibitis vos: ⁊ domus veſtre pu/
blicabunt̃. Si aũt ſomniũ ⁊ coniecturam eius
narraueritis: p̃mia ⁊ dona ⁊ honorẽ multũ ac
cipietis a me. Somniũ igit̃ ⁊ interp̃tationẽ ei⁹
indicate mihi. Rũderũt ſecundo atqʒ dixerunt
Rex ſomniũ dicat ſeruis ſuis: ⁊ interp̃tationẽ
ei⁹ indicabim⁹. Rũdit rex ⁊ ait. Certe noui q̃
tp̃s redimitis: ſciẽtes q̃ receſſerit a me ſermo.
Si ḡ ſomniũ nõ indicaueritis mihi: vna eſt de
vobis ſñia: q̃ interp̃tationẽ quoqʒ fallacẽ ⁊ de
ceptione plenã ↄpoſueritis: vt loquamini mihi
donec tẽpus ptrãſeat. Somniũ itaqʒ dicite mi
hi: vt ſciã q̃ interp̃tationẽ q̃ʒ eius verã loq̃mi/
ni. Rũdẽtes ḡ chaldei corã rege dixerũt. Nõ
eſt hõ ſup terrã: q ſermonẽ tuũ rex poſſit imple
re: ſed neqʒ regũ qſq̃ʒ magnus ⁊ potẽs verbũ
huiuſcemodi ſciſcitat̃ ab omni ariolo ⁊ mago ⁊
chaldeo. Sermo. n. quem tu q̃ris rex: g̃uis eſt
nec reperiet̃ qſq̃ꝫ q indicet illũ in ↄſpectu regis:
exceptis dijs q̃ꝝ nõ ẽ cũ hoib⁹ ↄuerſatio. Quo
audito: rex i furore ⁊ in ira magna precepit vt
pirent oẽs ſapientes babylonis. Et egreſſa ſẽ
tentia: ſapiẽtes interficiebant̃: querebãtqʒ dani
el ⁊ ſocij eius vt perirent. Tunc daniel req̃ſiuit
de lege atqʒ ſentẽtia ab arioch p̃ncipe militie re
gis: q egreſſus fuerat ad interficiẽdos ſapiẽtes
babylonis. Et interrogauit eũ q a rege ptãtem
acceperat: quam ob cãm tam crudelis ſñia a facie
regis eſſet egreſſa. Cum ḡ rẽ indicaſſet arioch
danieli: daniel ingreſſus rogauit regẽ vt tẽpus
daret ſibi ad ſolutionẽ indicandã regi. Et in/
greſſus ẽ domũ ſuã: ananieqʒ ⁊ miſaheli ⁊ aça
rie ſocijs ſuis idicauit negociũ vt q̃rerẽt miam
a facie dei celi ſup ſacramẽto iſto: ⁊ nõ perirẽt
daniel ⁊ ſocij ei⁹ cũ ceteris ſapiẽtib⁹ babylonis
Tunc danieli myſteriũ p viſionẽ nocte reuela
tũ eſt. Et benedixit daniel deũ celi: ⁊ locut⁹ ait.
Sit nomẽ dñi benedictũ a ſeculo ⁊ vſqʒ in ſecu
lũ: q: ſapiã ⁊ fortitudo eius ſunt ⁊ ipſe mutat tẽ
pora ⁊ etates. Transfert regna atqʒ conſtituit:
dat ſapiam ſapientibus: ⁊ ſciam intelligentibus
diſciplinã. Ipſe reuelat pfũda ⁊ abſcondita. ⁊
nouit in tenebris ↄſtituta: ⁊ lux cũ eo eſt. Tibi
deus patrũ nroꝝ cõfiteor teqʒ laudo: q: ſapiã
⁊ fortitudinẽ dediſti mihi: ⁊ nunc oſtẽdiſti mi
hi q̃ rogauimus te: q: ſermonem regis apuiſti
nobis. Poſt hec Daniel ingreſſus ad arioch
quẽ ↄſtituerat rex vt pderet ſapientes babylo/
nis: ſic ei locutus eſt. Sapientes babylõis ne
pdas. Introduc me in ↄſpectũ regis: ⁊ ſolutio
nẽ regi narrabo. Tunc arioch feſtinus intro/
duxit danielẽ ad regem: ⁊ dixit ei. Inueni ho/
minem de filijs trãſmigrationis iude q ſolutio
nẽ regi ãnũciet. Rũdit rex ⁊ dixit danieli cui⁹
nomen erat balthaſar. Putas ne vere potes
mihi indicare ſomniũ qd̃ vidi ⁊ interp̃tationẽ
eius? Et reſpondẽs daniel corã rege ait. My
ſteriũ qd̃ rex interrogat ſapientes magi ⁊ ario
li ⁊ aruſpices nequeunt indicare regi: ſed ẽ de
us in celo reuelans myſteria qui indicauit tibi
rex nabuchodonoſor: que ventura ſint nouiſſi
mis tp̃ibus. Somniũ tuum ⁊ viſiões capitis
tui in cubili tuo huiuſcemodi ſunt. Tu rex co/
gitare cepiſti in ſtratu tuo qd eſſet futurũ poſt
hec: ⁊ q reuelat myſteria oſtẽdit tibi que ventu/
ra ſunt. Mihi q̃ʒ non in ſapiã q̃ eſt in me pluſ/
q̃ʒ in cunctis viuentibus: ſacrm hoc reuelatũ eſt.
ſed vt interpretatio regi manifeſta fieret ⁊ cogi
tationes mentis tue ſcires. Tu rex videbas: ⁊ ec
ce quaſi ſtatua vna grãdis. Statua illa magna
⁊ ſtatura ſublimis ſtabat contra te: ⁊ intuitus
eius erat terribilis. Huius ſtatue caput ex au/
ro optimo erat: pectus autẽ ⁊ brachia de argẽ
to: porro vẽter ⁊ femora ex ere: tibie aũt ferree
pedũ quedam pars erat ferrea: q̃dam aũt fictilis.
Videbas ita. donec abſciſſus eſt lapis de mon
te ſine manibus ⁊ percuſſit ſtatuã in pedibus ei⁹
ferreis ⁊ fictilibus: ⁊ cõminuit eos. Tunc con
trita ſunt pariter: ferrũ teſta es argentũ ⁊ aurum
⁊ redacta quaſi in fauillã eſtiue aree q̃ rapta ſũt
vento: nulluſqʒ locus inuentus eſt eis. Lapis

autem q̄ percuſſerat ſtatuā factus eſt mons ma
gnus: ⁊ impleuit vniuerſam terram. Hoc eſt
ſomniū: interpretationē q̄ȝ eius dicemus corā
te rex. Tu rex regum es: ⁊ deus celi regnum ⁊
fortitudinē ⁊ imperiū ⁊ gloriā dedit tibi: ⁊ oia
in q̄bus hitant filij hoim: ⁊ beſtie agri volu/
cres quoq̄ȝ celi dedit ī manu tua: ⁊ ſub ditione
tuā vniuerſa ꝯſtituit. Tu es ḡ caput aureum.
Et poſt te conſurget regnū aliud minus te ar
genteū: ⁊ regnū tertiū aliud ereum qđ impabit
vniuerſe terre: ⁊ regnū q̄rtum erit velut ferreū
Quō ferrū cōminuit ⁊ domat oia: ſic cōminu/
et ⁊ ꝯteret oia hec. Porro q: vidiſti pedum et
digitoꝝ ptem teſtē figuli ⁊ ptem ferream: re/
gnum diuiſum erit qđ tn̄ de plantario ferri ori
etur. Scđm q̄ vidiſti ferrum mixtum teſte ex
luto ⁊ digitos pedū ex pte ferreos: ⁊ ex pte fcti
les: ex parte regnum erit ſolidū: ⁊ ex parte cō
tritum. Q: autem vidiſti ferrū mixtum teſte ex
luto: cōmiſcebunt̄ q̄dem humano ſemini ſȝ nō
adherebunt ſibi: ſicuti ferrum miſceri non pōt
teſte. In diebus aūt regnoꝝ illoꝝ ſuſcitabit de
us celi regnū qđ in eternū nō diſſipabit̄: ⁊ re/
gnum eius alteri pplō non tradet̄. Cōminuet
autem ⁊ ꝯſumet vniuerſa regna hec: ⁊ ipſū ſta
bit in eternū. Scđm qđ vidiſti q̄ de monte ab
ſciſus eſt lapis ſine manibus ⁊ cōminuit teſtā
⁊ ferrū ⁊ es ⁊ argentū ⁊ auꝝ: deus magnus oſtē
dit regi q̄ ventura ſunt poſtea: ⁊ verum ē ſom
nium ⁊ fidelis interp̄tatio eius. Tunc rex na/
buchodonoſor cecidit in faciem ſuā: ⁊ danielē
adorauit: ⁊ hoſtias ⁊ incenſū p̄cepit vt ſacrifica
rent ei. Loq̄us ergo rex ait danieli. Vere de⁹
veſter deus deoꝝ eſt: ⁊ dn̄s regū reuelans my
ſteria: q̄m tu potuiſti apire hoc ſacrm̄. Tūc rex
danielem in ſublime extulit: ⁊ munera multa ⁊
magna dedit ei. Et ꝯſtituit eū principem ſuper
omnes prouincias babylonis: ⁊ p̄fectū ⁊ ma
giſtrum ſuper cunctos ſapientes babylonis.
Daniel autē poſtulauit a rege: ⁊ conſtituit ſup
opera prouincie babylonis ſidrac miſac ⁊ ab/
denago. Ipſe autem daniel erat in foribus re/
gis.

III

NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuā aureā
altitudine cubitoꝝ ſexagita: latitudine
cubitoꝝ ſex: ⁊ ſtatuit eam in campo du
ran ꝓuincie babylonis. Itaq̄ȝ nabuchodono
ſor rex miſit ad congregandos ſatrapas magi
ſtratus ⁊ iudices: duces ⁊ tyrānos ⁊ prefectos
omneſq̄ȝ principes regionū vt conuenirent ad
dedicationē ſtatue quā erexerat nabuchodono
ſor rex. Tūc ꝯgregati ſūt ſatrape magiſtratus
⁊ iudices duces ⁊ tyranni ⁊ optimates q̄ erant
in ptātibus cōſtituti ⁊ vniuerſi principes regio
nū vt conuenirent ad dedicationē ſtatue quā ere
xerat nabuchodonoſor rex. Stabant autē in cō
ſpectu ſtatue quā poſuerat nabuchodonoſor rex
⁊ preco clamabat valenter. Vobis dicitur po/
pulis tribubus ⁊ linguis in hora qua audieritis
ſonitum tube ⁊ fiſtule ⁊ cythare ſambuce ⁊ pſal
terij ⁊ ſymphonie ⁊ vniuerſi generis muſicoꝝ
cadentes adorate ſtatuam aureā quam cōſtituit
nabuchodonoſor rex. Si quis autē non pſtra
tus adorauerit. eadem hora mittetur in fornacē
ignis ardētis. Poſt hec igitur ſtatim vt audie
runt omnes populi ſonitū tube fiſtule ⁊ cytha
re ſambuce ⁊ pſalterij ſymphonie. ⁊ ois gene/
ris muſicoꝝ: cadentes oēs populi tribus ⁊ lin/
gue adorauerūt ſtatuā aureā quā ꝯſtituerat na/
buchodonoſor rex. Statimq̄ȝ ī ipſo tempore ac
cedentes viri chaldei accuſauerunt iudeos. di/
xeruntq̄ȝ nabuchodonoſor regi. Rex in eternū
viue. Tu rex poſuiſti decretum vt ois homo q̄
audierit ſonitum tube fiſtule ⁊ cythare ſambuce
⁊ pſalterij ⁊ ſymphonie ⁊ vniuerſi generis mu
ſicorum. pſternat ſe ⁊ adoret ſtatuam auream:
ſi q̄s autē nō pcidens adorauerit. mittat̄ in for
nacē ignis ardentis. Sūt ergo viri iudei quos
ꝯſtituiſti ſuper opa regiōis babylonie ſidrac mi
ſac ⁊ abdenago. viri iſti ꝯtempſerūt rex decretū
tuū. Deos tuos nō colūt: ⁊ ſtatuam aureā quā
erexiſti nō adorant. Tunc nabuchodonoſor in
furore ⁊ ira precepit vt adducerētur ſydrac mi
ſac ⁊ abdenago: Qui confeſtim adducti ſunt in
conſpectu regis: pronuncianſq̄ȝ nabuchodono
ſor rex ait eis. Vere ne ſidrac miſac ⁊ abdena/
go deos meos nō colitis: ⁊ ſtatuā aureā quā ꝯſti
tui nō adoratis. Nūc ḡ ſi eſtis pati. q̄cūq̄ȝ hora
audieritis ſonitū tube fiſtule cythare ſābuce pſal
terij ⁊ ſimphōie oiſq̄ȝ generis muſicoꝝ. pſter/
nite vos ⁊ adorate ſtatuā quā feci. q̄ ſi nō ado/
raueritis eadē hora mittemini ī fornacē ignis ar
dētis: Et q̄s eſt de⁹ q̄ eripiet vos de manu mea
Reſpondētes ſidrac miſac ⁊ abdenago. dixe/
runt regi nabuchodonoſor. Non oportet nos
de hac reſpōdere tibi. Ecce enī deus noſter quē
colimus poteſt eripere nos de camino ignis ar
dentis et de manibus tuis o rex liberare. Qđ ſi
noluerit. notū ſit tibi rex q: deos tuos non coli/
mus et ſtatuam auream quam erexiſti nō ado/
ramus. Tūc nabuchodonoſor replet⁹ ē furore
et aſpectus faciei illius immutat⁹ eſt ſuper ſidrac
miſac et abdenago. et precepit vt ſuccenderetur
fornax ſeptuplum q̄ȝ ſuccendi ꝯſueuerat. ⁊ viris

foꝛtiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt ligatis pedi/
bus ſidrac miſac ⁊ abdenago mitterēt eos i foꝛ,
nacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vi
cti cum bꝛachijs ſuis ⁊ thiaris ⁊ calciamentis ⁊
veſtibus miſſi ſunt in medium foꝛnacis ignis
ardentiſ. Nā iuſſio regis vrgebat. Foꝛnax aūt
ſuccenſa erat nimis. Poꝛro viros illos q miſe
rant ſidrac miſac ⁊ abdenago interfecit flāma
ignis. Viri autem hi tres .i. ſidrac miſac ⁊ ab/
denago ceciderunt in medio camino ignis ar/
dentis colligati. Que ſequuntur. in hebꝛeis vo
luminibus non repperi. Et ambulāt in medio
flāme laudantes deum. ⁊ benedicentes domio
Stans autē azarias oꝛauit ſic. Aperienſqꝫ os
ſuū in medio ignis ait. Bñdictus es dñe deus
patrū nroꝝ: ⁊ laudabile ⁊ glorioſū nomen tuū
in ſecula. Quia iuſtus es in oibus q̄ feciſti nob
⁊ vniuerſa opa tua vera. ⁊ vie tue recte. ⁊ omia
iudicia tua vera. Judicia .n. va feciſti iuſta oia
q̄ induxiſti ſuper nos ⁊ ſuper ciuitatē ſanctā pa
trū nroꝝ ir̄lm: qꝛ in veritate ⁊ in iudicio indu/
xiſti oia hec ꝓpter pctā noſtra. Peccauimꝰ eni
⁊ inique egimus recedentes a te. ⁊ deliquimus
in oibus. ⁊ pꝛecepta tua non audiuimus nec ob
ſeruauimus nec fecimus ſicut pꝛeceperas nobiſ
vt bene nobis eſſet. Oia ergo q̄ induxiſti ſuper
nos ⁊ vniuerſa q̄ feciſti nobis. i vero iudicio fe
ciſti. ⁊ tradidiſti nos in manibus inimicoꝝ ini
quoꝝ ⁊ peſſimoꝝ pꝛeuaricatoꝝqꝫ. ⁊ regi iniu
ſto ⁊ peſſimo vltra oēm terram. Et nūc nō poſ/
ſumus apire os. Confuſio ⁊ opprobꝛium facti
ſumus ſeruis tuis. ⁊ his q colebant te. Ne q̄ſu
mus tradas nos i ppetuum ꝓpter nomen tuū
⁊ ne diſſipes teſtamentum tuū neqꝫ auferas mi
ſericoꝛdiā tuā a nobis ꝓpter abꝛahā dilectū tu/
um ⁊ iſaac ſeruū tuū. ⁊ iſrael ſcm̄ tuū qbus locu
tus es pollicēs q multiplicares ſemē eoꝝ ſicut
ſtellas celi. ⁊ ſicut arenā que eſt in littoꝛe maris
qꝛ dñe iminuti ſumus pluſqꝫ oēs gentes: ſumꝰ
qꝫ humiles i vniuerſa terra hodie ꝓpter pecca
ta nr̄a. Et nō eſt in tpe hoc pꝛinceps ⁊ dux ⁊ pꝛo/
pheta neqꝫ holocauſtum. neqꝫ ſacrificiū. neqꝫ
oblatio. neqꝫ incenſum. neqꝫ locus pmitiaꝝ co
rā te. vt poſſimus iuenire miāꝫ tuā. ſed i aīa cō
trita ⁊ ſpū hūilitatis ſuſcipiamur. Sicut i holo/
cauſto arietū ⁊ tauroꝝ ⁊ ſicut in milibus agno/
rū pinguiū: ſic fiat ſacrificium nr̄m in ꝯſpectu
tuo hodie vt placeat tibi. qm̄ nō eſt ꝯfuſio confi
dentibus i te. Et nunc ſequimur te in toto coꝛde ⁊
timemus te. ⁊ q̄rimus faciē tuā. Ne cōfundas
nos: ſed fac nobiſcū iuxta manſuetudinem tuā
⁊ ſm multitudinē miſericoꝛdie tue. ⁊ erue nos

in mirabilibus tuis. ⁊ da gloriā noi tuo dñe. ⁊
ꝯfundant̃ oēs q oſ̄dunt ſeruis tuis mala. Con
fundant̃ in oī potētia ⁊ robur eoꝝ cōteran̄t. ⁊ ſci
ant qꝛ tu es dñs deus ſolus ⁊ glīoſus ſup oꝛbē
terraꝝ. Et nō ceſſabant q miſerāt eos miniſtri re
gis ſuccendere foꝛnacē napta ⁊ ſtuppa ⁊ pice ⁊
malleolꝭ. ⁊ effundebat̃ flāma ſuper foꝛnacem cu
bitis quadraginta nouē. ⁊ erupit ⁊ incēdit quos
repperit iuxta foꝛnacē de chaldeis. Angelꝰ aūt
dñi deſcendit cū azaria ⁊ ſocijs eius in foꝛnacē
⁊ excuſſit flāmā ignis de foꝛnace. ⁊ fecit mediū
foꝛnacis q̄ſi ventum roꝛis flantē. ⁊ non tetigit
eos oio ignis neqꝫ contriſtauit necquicq̄ꝫ mo/
leſtie intulit. Tunc hi tres q̄ſi ex vno oꝛe lauda
bant ⁊ glorificabāt ⁊ bñdicebāt deum in foꝛna/
ce, dicentes. Bñdictus es dñe deus patꝝ nr̄o
rū. ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus i ſe/
cula. Et bñdictū nomē glorie tue ſcm̄: ⁊ laudabi
le ⁊ ſuperexaltatū i oibus ſeculis. Bñdictus es i
tēplo ſcō glorie tue. ⁊ ſuplaudabilis ⁊ ſupglorio
ſus in ſecula. Bñdictꝰ es in thꝛono regni tui: ⁊
ſuplaudabilis ⁊ ſuperexaltatus i ſecula. Bñdictꝰ
es qui intueris abyſſos et ſedes ſup cherubin: et
laudabilis et ſuperexaltatus i ſecula. Benedictꝰ
es in firmamēto celi: et laudabilis et glorioſus
in ſecula. Bñdicite oia opa dñi dño: laudate et
ſupexaltate eum i ſecula. Benedicite angeli do
mini dño. lau. vt ſupꝛa. Bñdicite celi dño: lau.
Benedicite aq̄ oēs q̄ ſuper celos ſunt dño lau.
Benedicite oēs virtutes domini domino. lau.
Benedicite ſol ⁊ luna. lau. Benedicite ſtelle ce
li domio. lau. Benedicite imber ⁊ roꝛ domio.
lau. Benedicite oēs ſpūs dei domio. au. Be
nedicite ignis ⁊ eſtus domio. lau. Benedicite
frigꝰ ⁊ eſtas domio. lau. Bñdicite roꝛes ⁊ prui
na domio. lau. Benedicite gelu ⁊ frigus dño:
lau. Benedicite glacies ⁊ niues dño: lau. Be
nedicite noctes ⁊ dies domio. lau. Benedicite
lux ⁊ tenebꝛe dño. lau. Bñdicite fulgura ⁊ nu/
bes domio. lau. Benedicite tra dñm: laudet ⁊
ſuperexaltet eū i ſecula. Benedicite mōtes ⁊ col/
les domio. lau. Benedicite vniuerſa germināa
tia i tra domio. lau. Benedicite fōtes domino.
lau. Benedicite maria ⁊ flūia domio. lau. Be
nedicite cete ⁊ oia q mouent̃ i aqs domino. lau.
Bñdicite oēs volucres celi domio. lau. Bene
dicite oēs beſtie ⁊ pecoꝛa domio. lau. Benedi
cite filij hoim̄ domio. lau. Benedicite iſrael do
minum: laudet ⁊ ſuperexaltat eū in ſecula. Be
nedicite ſacerdotes domini domino. laudate.
Benedicite ſerui domini domio. lau. Bñdicite
ſpūs ⁊ aīe iuſtoꝝ domino. lau. Bñdicite ſancti

⁊ humiles corde dño: lau. Benedicite anania
açaria miſahel dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eũ
in ſecula: qꝛ eruit nos de inferno ⁊ ſaluos fecit
de manu mortis ⁊ liberauit de medio ardentis
flamme: ⁊ de medio ignis eruit nos. Cõfitemĩ
dño qm̃ bonꝰ: qm̃ in ſeculũ miſericordia eius.
Benedicite oẽs religioſi domino deo deorũ.
laudate ⁊ ꝯfitemi ei: qꝛ i omnia ſecla mĩa eius.
¶ Hucuſqꝫ in hebreo nõ habetur. ⁊ q̃ poſui-
mus de theodotionis editione tranſlata ſunt.
¶ Tũc nabuchodonoſoꝛ rex obſtupuit ⁊ ſurre
xit ꝓpere. ⁊ ait optimatibus ſuis. Nonne tres
viros miſimus in medio ignis compeditos?
Qui rñdẽtes regi dixerũt. Vere rex. Reſpon
dit rex ⁊ ait. Ecce ego video viros q̃ttuoꝛ ſolu
tos ⁊ ãbulantes i medio ignis. ⁊ nihil corrupti
onis ĩ eis ẽ. ⁊ ſpẽs q̃rti ſilis filio dei. Tunc ac-
ceſſit nabuchodonoſoꝛ ad oſtiũ fornacis ignis
ardẽtis ⁊ ait. Sidrac miſac ⁊ abdenago ſui dei
excelſi egredimini ⁊ venite. Statiqꝫ egreſſi ſũt
ſidrac miſac ⁊ abdenago de medio ignis. Et
ꝯgregati ſatrape magiſtratus ⁊ iudices ⁊ poten-
tes regis ꝯtẽplabãt viros illos qm̃ nihil ptãtis
habuiſſet ignis in corporibꝰ eoꝝ: ⁊ capillus ca
pitis eoꝝ nõ eẽt aduſtꝰ ⁊ ſaraballa eoꝝ nõ fuiſ
ſent immutata: ⁊ odoꝛ ignis non trãſiſſet ꝑ eos.
Et erumpẽs nabuchodonoſoꝛ ait. Bñdictus
deꝰ eoꝝ ſidrac videlꝫ miſac ⁊ abdenago q miſ-
ſit angelũ ſuũ ⁊ eruit ſuos ſuos q crediderũt in
eũ: ⁊ vbũ regis immutauerũt: ⁊ tradiderũt cor
corpora ſua ne ſeruirẽt ⁊ ne adorarent oẽꝫ deũ
excepto deo ſuo. A me ẽ poſitũ eſt h̃ decretum
vt ois pplꝰ tribus ⁊ ligua q̃cũqꝫ locuta fuerit
blaſphemiã ꝯ deũ ſidrac miſac ⁊ abdenago diſ
peat: ⁊ domꝰ eius vaſtet. Neqꝫ. n. ẽ alius deꝰ
q poſſit ita ſaluare. Tũc rex ꝓmouit ſidrac mi-
ſac ⁊ abdenago ĩ ꝓuincia babylonis. Nabu-
chodonoſoꝛ rex oibus pplis gentibꝰ ⁊ linguis
q habitant in vniuerſa tra: pax vobis multipli
cetur. Signa ⁊ mirabilia fecit apud me deꝰ ex-
celſus. Placuit ẽ mihi ꝑdicare eius ſigna: qꝛ
magna ſũt: ⁊ mirabilia eiꝰ: qꝛ fortia: ⁊ regnum
eius: qꝛ regnũ ſempiternũ ⁊ ptãs eiꝰ in genera
tionem ⁊ generationẽ.

IIII

Ego nabuchodonoſoꝛ quietus eram in
domo mea. ⁊ florens in palatio meo.
Sõniũ vidi qđ ꝑterruit me. ⁊ cogitatõ
nes i ſtratu meo. ⁊ viſiones capitis mei ꝯtur-
bauerũt me. Et ꝑ me ꝓpoſitũ ẽ decretũ: vt ĩtro
ducerent in ꝯſpectu meo cũcti ſapiẽtes babylo
nis: ⁊ vt ſolutionẽ ſomnij idicarent mihi. Tũc
ingrediebãtur arioli magi chaldei ⁊ aruſpices
⁊ ſomniũ narraui i ꝯſpectu eoꝝ. ⁊ ſolutionem
eius nõ indicauerũt mihi: donec collega igreſ-
ſus ẽ in ꝯſpectu meo daniel. cui nomẽ baltha-
ſar ſm nomen dei mei: q hꝫ ſpm̃ deoꝝ ſcõꝝ in
ſemetipſo. ⁊ ſomniũ coram ipſo locutꝰ ſũ. Bal
thaſar ꝑnceps arioloꝝ: qm̃ ego ſcio q ſpm̃ deo
rũ ſcõꝝ habeas in te. ⁊ oẽ ſacrũ ñ ẽ ipoſſibile ti
bi. viſiones ſomnioꝝ meoꝝ q̃s vidi. ⁊ ſolutio
nẽ eaꝝ narra. Viſio capitis mei in cubili meo.
Videbã. ⁊ ecce arboꝛ i medio terre. ⁊ altitudo
eius nimia. Magna arboꝛ ⁊ fortis. ⁊ ꝓceritas
eius contingens celũ. Aſpectus illius erat vſ
qꝫ ad terminos vniuerſe terre. Folia eius pul
cherrima. ⁊ fructus eius nimius ⁊ eſca vniuer
ſoꝝ in ea. Subter eã habitabant aĩalia et beſtie
et in ramis eius cõuerſabant volucres celi. et
ex ea veſcebat ois caro. Videbã in viſione ca-
pitis mei ſuꝑ ſtratum meũ. et ecce vigil et ſcũs
de celo deſcẽdit: clamauit fortiter. et ſic ait. Suc
cidite arborem et ꝑcidite ramos eius: excutite
folia eius diſꝑgite fructus eius: fugiant beſtie
q̃ ſubter eã ſũt. et volucres de ramis eiꝰ. Ve
tñ germẽ radicũ eius in tra ſinite: et alliget vi
culo ferreo et ereo i herbis q̃ foris ſũt: et roꝛe ce
li tingatur: et cũ feris ps eius i herba ire. Coꝛ
eius ab hũano cõmutet. et coꝛ fere det ei: et ſe-
ptẽ tpa mutent ſuꝑ eũ. In ſnia vigilũ decretũ
eſt. et ſermo ſctõꝝ et petitio: donec cognoſcant
viuentes qm̃ dñatur excelſus i regno hoium.
et cuicũqꝫ voluerit dabit illud. et humillimũ ho
minẽ ꝯſtituet ſuper eũ. Hoc ſomniũ vidi ego
nabuchodonoſoꝛ rex. Tu ergo balthaſar inter
pretationẽ narra feſtinus: qꝛ oẽs ſapientes re-
gni mei nõ queunt ſolutionẽ edicere mihi. Tu
autem potes: qꝛ ſpũs deoꝝ ſctõꝝ in te eſt. Tũc
daniel cuius nomẽ balthaſar cepit intra ſemet-
ipſum tacitus cogitare q̃ſi vna hora. et cogitati
ones eius ꝯturbabant eũ. Rñdens autẽ rex
ait. Balthaſar ſomniũ et interpretatio eius nõ
conturbent te. Rñdit balthaſar et dixit. Domĩ
ne mi ſomniũ his q te oderũt. et interꝑtatio eiꝰ
hoſtibus tuis ſit. Arborem quam vidiſti ſubli
mẽ atqꝫ robuſtã cuius altitudo ꝑtingit ad celũ
et aſpectus illius in oẽm terram. et rami eius
pulcherrimi et fructus eius nimius. et eſca om
nium in ea: ſubter eã habitantes beſtie agri. et
in ramis eius cõmorantes aues celi: tu es rex
qui magnificatus es. et inualuiſti. et magnitu
do tua creuit et peruenit vſqꝫ ad celum: et pote
ſtas tua in terminos vniuerſe terre. Quod au
tem vidit rex vigilem et ſanctũ deſcendere de
celo et dicere: ſuccidite arborem et diſſipate illã

attū germē radicū eius in terra dimittite: ⁊ vi/
ciatur ferro ⁊ ere in herbis foris. ⁊ rore celi cō
ſpgat. ⁊ cū feris ſit pabulū eius: donec ſeptem
tpa mutent̃ ſup eū. Hoc eſt interp̄tatio ſnīe altiſſi/
mi: q̄ puenit ſup dn̄m meū regem. Eijcient te
ab hominibus et cum beſtijs feriſq; erit ha/
bitatio tua: ⁊ fenum vt bos comedes: ⁊ rore ce
li infunderis. Septem q̄z tpa mutabunt̃ ſuper
te: donec ſcias q̄ dn̄et̃ excelſus ſup regnū hoiu;
⁊ cuicūq; voluerit det illud. Quod autē p̄cepit vt
relinqueret̃ germē radicū eius. i. arboris: regnū
tuū tibi manebit poſtq̄z cognoueris p̄tātem eē
celeſtē. Quobrē rex ↄſiliū meum placeat tibi: ⁊
peccā tua elemoſynis redime: ⁊ iniquitates tuas
miſericordijs pauperū: forſitan ignoſcet deus de
lictis tuis. Oia hec venerūt ſup nabuchodono
ſor regē. Poſt finē menſiū duodeci in aula ba
bylonis deambulabat. Reſpōditq; rex ⁊ ait. Nō
ne hec ē babylon ciuitas magna quā ego edifi/
caui in domū regni in robore fortitudinis mee
⁊ in gloria decoris mei? Cūq; ſermo adhuc eēt i
ore regis: vox de celo ruit. Tibi dicitur nabu/
chodonoſor rex. Regnū tuū tranſibit a te: ⁊ ab
hoibus eijcient te ⁊ cū beſtijs ⁊ feris erit habi/
tatio tua: fenū q̄ſi bos comedes: ⁊ ſeptē tpa mu
tabunt̃ ſup te donec ſcias q̄ dn̄et̃ excelſus in re
gno hoium: ⁊ cuicūq; voluerit det illud. Eadē
hora ſermo cōpletus eſt ſup nabuchodonoſor:
⁊ ex hoibus abiectus ē: ⁊ fenū vt bos comedit.
⁊ rore celi corpus eius infectū eſt: donec capilli
eius in ſimilitudinē aquilaꝝ creſcerent: ⁊ vn/
gues eius quaſi vngues auium. Igitur poſt fi
nem dieꝝ ego nabuchodonoſor oculos meos
ad celum leuaui: ⁊ ſenſus meus redditus ē mi
hi: ⁊ altiſſimo benedixi: ⁊ viuētē in ſempiternū
laudaui ⁊ glorificaui q2 p̄tās eius p̄tās ſempi/
terna: ⁊ regnum eius in generatione ⁊ genera
tionē. ⁊ omnes habitatores terre apud eum in
nihilū reputati ſunt. Iuxta voluntatē enim ſuā
facit tam in virtutibus celi q̄z in habitatoribus
terre ⁊ non eſt qui reſiſtat manui eius: ⁊ dicat
ei: quare feciſti? In ipſo tempore ſenſus meus
reuerſus eſt ad me: ⁊ ad honorem regni mei de
coremq; perueni: ⁊ figura mea reuerſa eſt ad
me: ⁊ optimates mei ⁊ magiſtratus mei requi/
ſierūt me: ⁊ in regno meo reſtitutus ſū. ⁊ magni
ficētia āplior addita ē mihi. Nūc igit̃ ego nabu
chodonoſor: laudo ⁊ magnifico ⁊ glorifico re/
gē celi: q2 oia opa ei9 vera: ⁊ vīe ei9 iudicia:
⁊ gradiētes in ſupbia poteſt humiliare. V
BAlthaſar rex fecit grāde cōuiuium op/
timatib9 ſuis mille: ⁊ vnuſquiſq; ſcdm/

dum ſuam bibebat etatem. Precepit ergo ia;
temulentus: vt afferentur vaſa aurea: ⁊ argē
tea: q̄ aſportauerat nabuchodonoſor pater eius
de tēplo quod fuit in irl'm: vt biberet in eis rex
⁊ optimates eius: vxoreſq; eius ⁊ concubine.
Tunc allata ſunt vaſa aurea que aſportauerat
de tēplo quod fuerat in irl'm: ⁊ biberunt in eis
rex ⁊ optimates eius vxores eius ⁊ concubine
illius. Bibebant vinu;: ⁊ laudabāt deos ſuos
aureos ⁊ argenteos ⁊ ereos ferreos ligneoſq;
⁊ lapideos. In eadē hora apparuerunt digiti q̄ſi
manus hominis ſcribentis ↄ̄ candelabꝝ in ſup
ficie parietis aule regie. Et rex aſpiciebat arti/
culos manus ſcribentis. Tunc facies regis cō
mutata eſt: ⁊ cogitationes eius ↄturbabant eū.
⁊ cōpages renū eius ſoluebant̃: ⁊ genua ei9 ad
ſe inuicem collidebantur. Exclamauit itaq; rex
fortiter: vt introducerent magos chaldeos ⁊ a
ruſpices. Et ploquens rex ait ſapientibus ba
bylonis. Quicūq; legerit ſcripturā hanc ⁊ int̃
pretationē; eius manifeſtā mihi fecerit: purpu
ra veſtiet̃: ⁊ torquē auream habebit in collo: ⁊
tertius in regno meo erit. Tunc ingreſſi omēs
ſapientes regis nō potuerūt nec ſcripturā legē.
nec interp̄tationē eius īdicare regi. Unde rex
balthaſar ſatis ↄturbatus eſt: ⁊ vultus illius i/
mutatus eſt. Sed et optimates eius turbaban
tur. Regina autē p re que acciderat regi ⁊ opti
matibus eius: domū ↄuiuij ingreſſa ē: ⁊ plo/
quens ait. Rex in eternū viue. Nō te cōturbē
tur cogitationes tue: neq; facies tua immutet̃.
Eſt vir in regno tuo q ſpm̄ deoꝝ ſanctoꝝ ha/
bet in ſe: ⁊ in dieb9 p̄ris tui ſcia ⁊ ſapiētia iuen
te ſūt in eo. Nā ⁊ rex nabuchodonoſor p̄r tuus
p̄ncipē magoꝝ incātatoꝝ chaldeoꝝ ⁊ aruſpicū
ↄſtituit eū: pater iquā tu9 o rex: q2 ſpūs ampli
or ⁊ prudentia itelligētiaq; ⁊ iterpretatio ſom/
nioꝝ: ⁊ oſtenſio ſecretoꝝ: ac ſolutio ligatoꝝ in
uente ſunt i eo: hoc ē in daniele: cui rex poſuit no
mē balthaſar. Nūc itaq; daniel vocet̃. ⁊ inter
p̄tationē narrabit. Igit̃ introductus ē daniel:
corā rege. Ad quē p̄fatus rex ait. Tu es dani/
el de filijs captiuitatis iude: quē adduxerat p̄r
meus rex de iudea? Audiui de te qm̄ ſpm̄ deoꝝ
habeas: ⁊ ſcia intelligētiaq; ac ſapiētia amplio
res inuente ſunt in te. Et nūc introgreſſi ſunt
in ↄſpectu meo ſapientes magi vt ſcripturam
hanc legerent: ⁊ interp̄tationē eius indicarent
mihi: ⁊ nequiuerunt ſenſū huius ſermonis edi/
cere. Porro ego audiui de te poſſis obſcura in
terp̄tari: ⁊ ligata diſſoluere. Si ḡ vales ſcri/
pturam legere ⁊ iterp̄tationē eius idicare mihi

purpura veſtieris: ⁊ torquē auream circa collum tuū habebis: ⁊ tertius in regno meo princeps eris. Ad q̄ rn̄dens daniel ait coraȝ rege. Munera tua ſint tibi: ⁊ dona domus tue alteri da: ſcripturā aūt legā tibi rex: ⁊ interpretationē eius oſtēdā tibi. O rex: deus altiſſimus: regnū ⁊ magnificētiā gloriā ⁊ honorē dedit nabuchodonoſor pr̄i tuo: ⁊ ꝓpter magnificētiā quā dederat ei: vniuerſi popl'i tribus ⁊ lingue tremebāt ⁊ metuebāt eū. Quos volebat interficiebat quos volebat ꝑcutiebat: quos volebat exaltabat ⁊ quos volebat humiliabat. Qn̄ aūt eleuatū eſt cor eius ⁊ ſpūs illius obfirmatus ē ad ſupbiam depoſitus ē de ſolio regni ſui. ⁊ gl'ia eius ablata eſt ⁊ a filijs hoīum eiectus eſt. Sȝ ⁊ cor eius cū beſtijs poſitū eſt: ⁊ cū onagris erat habitatio eius. Fenū q̄ȝ vt bos comedebat: ⁊ rore celi corpus eius infectū ē: donec cognoſceret ꝙ ptātē haberet altiſſimus in regno hoīum: et quēcūq̄ȝ voluerit ſuſcitabit ſup illū. Tu quoq̄ȝ filius eius balthaſar nō humiliaſti cor tuū cum ſcires hec oīa ſed aduerſum dn̄atorē celi eleuatus es. Et vaſa domus eius allata ſūt corā te: ⁊ tu ⁊ optimates tui ⁊ vxores tue ⁊ cōcubine tue vinū bibiſtis in eis. Deos quoq̄ȝ argenteos ⁊ aureos ⁊ ereos ferreos ligneoſq̄ȝ ⁊ lapideos: q nō vidēt neq̄ȝ audiūt neqȝ ſentiunt. laudaſti: porro deū q habet flatū tuū in manu ſua ⁊ oēs vias tuas: nō glorificaſti. Jcirco ab eo miſſus eſt articulus manus q̄ ſcripſit h̄ qd̄ exaratū eſt. Hec ē aūt ſcriptura q̄ digeſta eſt. Mane thechel phares. Et h̄ interp̄tatio ſmonis. Mane: nūerauit deus regnū tuū: ⁊ cōpleuit illud. Thecel: appēſus es in ſtatera: ⁊ inuent' es minus hn̄s. Phares: diuiſū ē regnuȝ tuū: ⁊ datū ē medis ⁊ pſis. Tunc iubēte rege indutus ē daniel purpura: ⁊ circūdata ē torques aurea collo eius: et p̄dicatū ē de eo ꝙ haberet poteſtatē terti' in regno. Eadē nocte iterfect' ē balthaſar rex chaldeus: ⁊ darius medus ſucceſſit in regnū: ānos natus ſexagintaduos. VI

gurgites tui ⁊ fluctus tui ſup me tranſierūt. Et
ego dixi. Abiectus ſum a ↄſpectu oculoꝝ tuoꝝ.
Verūtn̄ rurſus videbo templū ſcm̄ tuum. Cir
cundederunt me aq̄ vſq; ad aiam abyſſus val/
lauit me: pelag⁹ operuit caput meum. Ad extre/
ma montium deſcēdi: terre vectes ↄcluſerunt me
i eternū: ⁊ ſubleuabis de corruptione vitā meā
dn̄e deus meus. Cū anguſtiaret̄ in me aia mea
dn̄i recordatus ſū: vt veniat ad te orō mea ad tē
plum ſcm̄ tuū. Qui cuſtodiunt vanitates: fru/
ſtra miām ſuam derelinquūt. Ego autē in vo/
ce laudis immolabo tibi: q̄cunq; voui reddā pro
ſalute mea dn̄o. Et dixit dominus piſci. Et euo
muit ionam in aridam. III

ET factum ē v̄bū dn̄i ad ionā ſecundo
dicens. Surge ⁊ vade in niniuen ciui/
tatem magnā. ⁊ p̄dica in ea p̄dicationē
quā ego loquor ad te. ⁊ ſurrexit ionas ⁊ abijt in
niniuen iuxta verbum dn̄i. Et niniue erat ciui/
tas magna itinere triū dieꝝ. Et cepit ionas i
troire ciuitatē itinere diei vnius: ⁊ clamauit ⁊ di
xit. Adhuc q̄draginta dies: ⁊ niniue ſubuertet̄
et crediderunt viri niniuite in dn̄o ⁊ p̄dicaue/
runt ieiunium. ⁊ veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſ
q; ad minorē. Et puenit verbū ad regē niniue
⁊ ſurrexit de ſolio ſuo. ⁊ abiecit veſtimentū ſuū
a ſe: ⁊ indutus eſt ſacco. ⁊ ſedit in cinere: ⁊ cla/
mauit ⁊ dixit in niniue ex ore regis ⁊ principū
eius dicēs. Homines ⁊ iumenta ⁊ boues ⁊ peco
ra non guſtēt qcq̄ nec paſcant̄. ⁊ aquam nō bi
bant: ⁊ operiant̄ ſaccis homines: ⁊ iumēta clamēt
ad dn̄m in fortitudine: ⁊ ↄuertat̄ vir a via ſua
mala ⁊ ab iniqtate que eſt in manibus eorum.
Quis ſcit ſi ↄuertat̄ ⁊ ignoſcat deus. ⁊ reuertat̄
a furore ire ſue: ⁊ nō pibim⁹? Et vidit de⁹ opa
eoꝝ q: ↄuerſi ſunt de via ſua mala. ⁊ miſertus
eſt ſup maliciā quam locut⁹ fuerat vt faceret eis
⁊ non fecit. IIII
ET afflictus ē ionas afflictiōe magna et
iratus ē: ⁊ orauit ad dn̄m. ⁊ dixit. Ob/
ſecro dn̄e: nūqd non h̄ eſt verbū meum
cū adhuc eſſem i tra mea? Propter h̄ p̄occupa
ui vt fugerē in tharſis. Scio. n. q: tu deus cle/
mēs ⁊ miſericors es: patiens ⁊ multe miſeratō
nis ⁊ ignoſcens ſup malitia. Et nunc dn̄e tolle
q̄ſo aiam meā a me: q: melior eſt mihi mors q̄
vita. Et dixit dn̄s. Putas ne bene iraſceris tu
Et egreſſus eſt ionas de ciuitate: ⁊ ſedit ↄ oriē
tem ciuitatis. Et fecit ſibimet vmbraculum ibi
⁊ ſedebat ſubter illud in vmbra: donec videret
quid accideret ciuitati. Et p̄parauit domin⁹ de
us ederā: ⁊ aſcendit ſup caput ione: vt eſſet vm
bra ſuper caput eius: ⁊ ꝓtegeret eū. Laborauē
rat. n. Et letatus ē ionas ſuper edera leticia ma
gna. Et parauit deus vermē aſcenſu diluculi i
craſtinum: ⁊ pcuſſit ederā ⁊ exaruit. Et cū or/
tus fuiſſet ſol p̄cepit dn̄s vento calido ⁊ vrenti
⁊ percuſſit ſol ſuper caput ione: ⁊ eſtuabat. Et
petiuit aie ſue vt moreretur. Et dixit. Melius
eſt mihi mori q̄; viuere. Et dixit dominus ad
ionam. Putas ne bene iraſceris tu ſuper ede/
ram? Et dixit. Bene iraſcor ego vſq; ad mor/
tem. Et dixit dominus. Tu doles ſuper ederā
in qua non laboraſti neq; feciſti vt creſceret: q̄
ſub vna nocte nata eſt ⁊ ſub vna nocte perijt: ⁊
ego non parcam niniue ciuitati magne: in qua

ſunt plus q̄ centū viginti milia hoīum: qui ne
ſciunt quid ſit inter dexterā ⁊ ſiniſtram ſuam
⁊ iumenta multa.
¶ Explicit ionas ꝓpheta. Incipit prologus i
Micheam ꝓphetam.
TEmporibus ioathe ⁊ achaz ⁊ Eze/
chie regum iuda. micheam ꝓphetā
ad hanc ꝓphetiam ſpū ſancto reple
tum fuiſſe lectio ipſa demōſtrat. Sʒ
de ſupradicto numero regū ioathan ⁊ ezechiā
deo ob religionē placuiſſe: hiſtoria libri quarti
regū. ⁊ ſecundi paralypomenon indicat. achaz
vero relicto deo: idola ſamarie quibus etiam fi
lios ſuos in ſacrificium igni concremandos ob
tulerat: coluiſſe conſtat. Quobrem deus ſamari
am q̄ reges iſrael ⁊ iuda memoratoꝝ ſimulacro
rum ſuperſtitione fefellerat increpās indigna/
tionem ſuā i eā ꝑceſſurā cōminatus ē. Po/
pulo etiā iſrael ꝑuaricatori ⁊ ꝑncipibus eius q
eundē poplm fallaci ſuaſione ad colenda idola
impulerant: verbis in ſequētibꝰ captiuitatem ⁊
interitū affuturum denunciauit.
Explicit ꝓlogus. Incipit argumentū.
MIcheas de morasthi coheres chriſti va
ſtationē annūciat filie latronis. ⁊ obſi/
dionem poſuit contra eam: q̄ maxillam
percuſſerit iudicis iſrael.
¶ Explicit argumentū. Incipit Micheas pro
pheta. Capitulum. I
VErbum domini
qd̄ factū ē ad micheā morasthi
tē i diebus ioathan achaz ⁊ eze/
chie regū iuda: qd̄ vidit ſup ſa/
mariā ⁊ irlm. Audite ppli oēs
⁊ attendat tra ⁊ plenitudo eiꝰ: ⁊ ſit dn̄s deꝰ vo/
bis i teſtē dn̄s de tēplo ſcō ſuo. Quia ecce dn̄s
egredietᷣ de loco ſuo: ⁊ deſcēdet ⁊ calcabit ſuper
excelſa tre: ⁊ ꝯſumētᷣ mōtes ſubtꝰ eū: ⁊ valles
ſcindentᷣ ſic cera a facie ignis: ſicut aq̄ q̄ decur/
rūt in ꝓceps. In ſcelere iacob oē iſtud. ⁊ i pctīs
domus iſrael. Quod ſcelus iacob? Nonne ſa/
maria. Et que excelſa iude. Nonne irlm. Et
ponā ſamariā q̄ſi aceruū lapidū i agro cū plāta
tur vinea: ⁊ detrahā in vallē lapides eius. Et
fūdamenta eiꝰ reuelabo: ⁊ oīa ſculptilia eius cō
cidentᷣ. Et oēs mercedes eiꝰ cōburentᷣ igni: et
oīa idola eiꝰ ponā i ꝑditionē: q̄ de mercedibꝰ
meretricis ꝯgregata ſūt: ⁊ vſq; ad mercedē me
retricis reuertētᷣ. Sup h̄ plāgā ⁊ vlulabo: va/
dā ſpoliatꝰ ⁊ nudus. Faciā plāctū velut draco/
nū: ⁊ luctū q̄ſi ſtruthionū: quia deſperata ē plaga
eius: q̄ venit vſq; ad iudā tetigit portā populi
mei vſq; ad irlm. In geth nolite ānunciare la
chrymis ne ploretis. In domo pulueris pulue
re vos ꝯſpgite: ⁊ tranſite: vobis habitatio pul
chra: ꝯfuſa ignominia. Nō ē egreſſa q̄ habitat
in exitu. Planctum domus vicina accipiet ex
vobis q̄ ſtetit ſibimet: q̄ infirmata ē in bonum
q̄ habitat ī amaritudinibꝰ. Quia deſcēdit malū
a dn̄o in portā irlm: tumultu q̄drige ſtuporis
bitanti lachis. Principiū pctī ē filie ſyon: q̄ in
te iuenta ſūt ſcelera iſrl. Propterea dabit emiſ
ſarios ſup hereditatē geth: domos mendacij in
deceptionē regibus iſrael. Adhuc heredē ad/
ducam tibi q̄ habitas i mareſa. vſq; odollā ve
niet gloria iſrael. Decaluare ⁊ tondere ſup fili/
os delitiaꝝ tuaꝝ: dilata caluitiū tuū ſicut aquila
q̄m captiui ducti ſunt ex te. II
VE qui cogitatis inutile: ⁊ opamini malum i
cubilibus vr̄is. In luce matutina faci
unt illud: q̄m ꝯ dn̄m ē manus eoꝝ. Et
ꝯcupierunt agros ⁊ violēter tulerūt ⁊ rapuerūt
domos. ⁊ calūniabantᷣ virū ⁊ domū eius: virū
⁊ hereditatē eius. Idcirco hec dicit dn̄s. Ecce
ego cogito ſup familiā iſtā malū vnde nō aufe
retis colla vr̄a. ⁊ nō ambulabitis ſupbi: q̄m tē/
pus peſſimū eſt. In die illa ſumetᷣ ſup vos pa/
rabola: cātabitᷣ cāticū cū ſuauitate dicentiū. De
populatione vaſtati ſumus. Pars populi mei
ꝯmutata eſt. Quomodo recedis a me cū reuer
tatur q regiones nr̄as diuidat? Propter h̄ nō
erit tibi mittens funiculū ſortis in cetu domini
o iſrael. Ne loq̄mini loquētes. Nō ſtillabit ſu
per iſtos nō ꝯprehendet ꝯfuſio dicit domus ia
cob. Nunqd abbreuiatus ē ſpūs dn̄i: aut tales
ſunt cogitationes eius? Nōne v̄ba mea bona
ſūt cū eo q recte gradit̄? Et e ꝯtrio ppls meus i
aduerſariū cōſurrexit. Deſup tunicā palliū ſu/
ſtuliſtis: ⁊ eos q trāſiebant ſimpliciter ꝯuerti/
ſtis in bellum. Mulieres populi mei eieciſtis
de domo delitiaꝝ ſuaꝝ a paruulis eaꝝ tuliſtis
laudē meā ī ꝑpetuum. Surgite ⁊ ite: q̄ nō ha/
betis hic requiem. Propter immundiciam eius
corrumpetᷣ putredine peſſima. Vtinā non eſſē
vir habens ſpm: ⁊ mendaciū potius loquerer.
Stillabo tibi in vinū ⁊ in ebrietatē: ⁊ erit ſuper
quē ſtillatur populus iſte. Congregatione cō/
gregabo iacob totū te: in vnū ꝯducā reliquias
iſrael. Pariter ponā illum q̄ſi gregē in ouili:
quaſi pecus in medio caulaꝝ. Tumultuabuntᷣ
a multitudine hominum. Aſcendet. n. pandēs
iter ante eos. Diuidet ⁊ tranſibunt portam: et
egredientᷣ ꝑ eam. Et tranſibit rex eoꝝ corā eis

⁊ dominus in capite eorum. III
ET dixi. Audite ꝑncipes iacob: ⁊ duces
domus iſrael. Nunquid nō vr̄m ē ſcire
iudiciū: qui odio habetis bonū. ⁊ diligi
tis malū: q violenter tollitis pelles coꝝ deſuꝑ
eis. ⁊ carnē eoꝝ deſuꝑ oſſib⁹ coꝝ. Qui come/
derūt carnē ppl'i mei: ⁊ pellē eoꝝ d̄ſuꝑ excoria
uerūt: ⁊ oſſa coꝝ ꝯfregerūt: ⁊ cōciderunt ſicut
in lebete ⁊ q̄ſi carnē in medio olle. Tūc clama/
bunt ad dn̄m ⁊ nō exaudiet eos: ⁊ abſcondet fa
ciem ſuā ab eis in tp̄e illo: ſicut nequiter egerunt i
adinuentionib⁹ ſuis. Hec dicit dn̄s. ſuꝑ pro/
phetas q ſeducunt ppl'm meū: q mordēt denti/
bus ſuis ⁊ p̄dicant pacē. Et ſi qs nō dederit in
ore coꝝ quippiā: ſcificāt ſuꝑ eū p̄liū. Propterea
nox vobis ꝓ viſione erit: ⁊ tenebre vobis pro
diuinatōe. Et occūbet ſol ſuꝑ ꝓphas: ⁊ obtene
brabit̃ ſuꝑ eos dies. Et ꝯfundēt̃ q vident viſi
ones: ⁊ ꝯfundent̃ diuini. Et operient oēs vul
tus ſuos: q2 nō ē reſponſū dei. Veruntn̄ ego rē/
pletus ſum fortitudine ſpūs domini: iudicio. et
virtute: vt ānunciem iacob ſcelus ſuum: ⁊ iſrl̃
peccatum ſuum. Audite hoc principes domus
iacob: ⁊ iudices domus iſrael: q abhominamini
iudiciū. ⁊ oīa recta ꝑuertitis. Qui edificatis ſy
on in ſanguinib⁹ ⁊ irl'm in iniq̄tate. Principeſ
eius in muneribus iudicabāt: ⁊ ſacerdotes ei⁹
in mercede docebant. Et ꝓphete eius in pecu/
nia diuinabant: et ſuꝑ dn̄m requieſcebant dicē
tes. Nunquid non dominus in medio noſtrū.
Non venient ſuper nos mala. Propter hoc.
cā veſtri ſyon quaſi ager arabitur: ⁊ hierl'm q̄/
ſi aceruus lapidum erit: et mons templi in ex/
celſa ſiluarum. IIII
ET erit in nouiſſimo dieꝝ: erit mons do
mus dn̄i p̄paratus in v̄tice montiū: et
ſublimis ſuꝑ colles. Et fluēt ad eū po/
puli et ꝓꝑerabunt gētes multe et dicent. Veni
te aſcēdamus ad mōtē dn̄i: et ad domū dei ia/
cob. Et docebit nos de vijs ſuis: et ibimus i ſe
mitis ei⁹. Quia de ſyon egredief lex. et v̄bū
dn̄i de irl'm. Et iudicabit inter ppl'os multos.
et corripiet gētes fortes vſq3 in longinquū. Et
ꝯcidēt gladios ſuos ī vomeres: et haſtas ſuas
ī ligones. Nō ſumet gens aduerſū gentē gla
diū. et nō diſcēt vltra belligerar̃. Et ſedebit vir
ſubtus vineam ſuā: et ſubtus ficū ſuam: et nō
erit qui deterreat: q2 os dn̄i exercituum locutum
eſt. Quia omnes populi ambulabunt vnuſq̄ſ/
q3 in noīe dei ſui: nos aūt ambulabimus i no/
mine dei nr̄i in eternū et vltra. In die illa dicit
dominus ꝯgregabo claudicantē. et eam quam
eieceram colligā: ⁊ quā afflixerā conſolabor. Et
ponā claudicantē i reliq̄as: ⁊ eā q̄ laborauerat
i gētē robuſtā. Et regnabit dn̄s ſuꝑ eos i mō
te ſyon: ex hoc nunc ⁊ vſq3 in eternū. Et tu tur
ris gregis nebuloſa filia ſyon. vſq3 ad te veni/
et: ⁊ veniet ptās prima regnū filie irl'm. Nūc
q̄re merore ꝯtraheris. Nunquid rex nō ē tibi:
aut ꝯſiliarius tuus perijt: q2 ꝯp̄hēdit te dolor: ſi
cut parturientē. Dole ⁊ ſatage filia ſyon q̄ſi par
turiēs: q2 nunc egredieris de ciuitate: ⁊ habita
bis in regione: ⁊ venies vſq3 ad babylonem.
Ibi liberaberis: ibi redimet te dn̄s de manu ini/
micoꝝ tuoꝝ. Et nunc ꝯgregate ſunt ſuꝑ te gē
tes multe: q dicūt lapidet̃: ⁊ aſpiciat in ſyō ocu
lus nr̄. Ipſi aūt nō cognouerunt cogitatiōes dn̄i
⁊ nō intellexerunt ꝯſilium eius. q2 ꝯgregauit
eos q̄ſi fenū aree. Surge ⁊ tritura filia ſyon: q2
cornu tuum ponam ferreū: ⁊ vngulas tuas po
nā ereas. Et cōminues populos multos: ⁊ in
terficies dn̄o rapinas eorum ⁊ fortitudinem eo
rū domino vniuerſe terre. V
NUnc vaſtaberiſ filia latronis. Obſidio
nē poſuerunt ſuꝑ nos: in v̄ga ꝑcutiēt
maxillā iudicis iſrael. Et tu bethleē effra
ta paruulus es in milibus iuda. Ex te mihi egre
diet̃ q ſit dn̄ator in iſrael: ⁊ egreſſus eius ab ini
tio a diebus eternitatis. Propter h̄ dabit eos
vſq3 ad tēpus i q̄ parturiēs pariet. Et reliq̄e fra
trū ei⁹ ꝯuertēt̃ ad filios iſrael. Et ſtabit ⁊ paſ/
cet in fortitudine dn̄i: i ſublimitate noīs dn̄i dei
ſui. Et ꝯuertent̃: q2 nūc magnificabit̃ vſq3 ad
terminos tre. Et erit iſte pax aſſyriis cū venerit
in trā nr̄am: ⁊ qn̄ calcauerit in domibus nr̄is.
Et ſuſcitabimus ſuꝑ eū ſeptē paſtores: ⁊ octo p̄
mates hoīes. Et paſcēt trā aſſur i gladio ⁊ ter
rā nemroth in lāceis ei⁹. Et liberabit ab aſſur
cū venerit in trā nr̄am: ⁊ cū calcauerit in finib⁹
nr̄is. Et erunt reliq̄e iacob in medio populoꝝ
multoꝝ q̄ſi ros a dn̄o: ⁊ q̄ſi ſtille ſuꝑ herbā que
nō expectat virū: ⁊ nō p̄ſtolat̃ filios hoīuꝫ. Et
erūt reliquie iacob in gētibus in medio ppl'oꝝ
multoꝝ q̄ſi leo in iumētis ſiluaꝝ: ⁊ quaſi catul⁹
leonis i gregib⁹ pecoꝝ. Qui cū tranſierit ⁊ cō
culcauerit ⁊ ceperit: nō ē q eruat. Exaltabit̃ ma
nus tua ſuꝑ hoſtes tuos: ⁊ oēs inimici tui inte
ribunt. Et erit in die illa dicit dn̄s: auferā equos
tuos de medio tui: ⁊ diſꝑdam q̄drigas tuas. Et
ꝑdā ciuitates tre tue ⁊ deſtruā oēs munitiones
tuas. Et auferā maleficia de manu tua ⁊ diuina
tiones nō erūt i te. Et ꝑire faciā ſculptilia tua:
⁊ ſtatuas tuas de medio tui. Et nō adorabis vl
tra opera manuū tuaꝝ: ⁊ euellā lucos tuos de

medio tui. Et ↄterã ciuitates tuas. ⁊ faciã i ſu/
roꝛe ⁊ indignatione vltionẽ in oibus gentibus
que non audierunt. VI
AVdite q̃ dñs loquit̃. Surge ↄtẽde iu/
dicio aduerſũ mõtes: ⁊ audiãt colles vo
cẽ tuam. Audiãt mõtes iudiciũ dñi. et
foꝛtia fundamẽta tre: qꝛ iudicium dñi cũ poplõ
ſuo: ⁊ cũ iſrael diiudicabit̃. Popule meus qd
feci tibi: aut qd moleſt⁹ fui tibi. Reſponde mi/
hi. Quia eduxi te de tra egypti: ⁊ de domo ſer
uitutis liberaui te: ⁊ miſi ante faciẽ tuã moyſen
⁊ aaron ⁊ mariã. Popule meus memento q̃/
ſo qd cogitauerit ↄ̈ te balach rex moab: ⁊ quid
reſponderit ei balaã filius beoꝛ de ſethim vſq̃
ad galgalã: vt cognoſcẽs iuſticias dñi. Quid di/
gnum offerã dño. Curuabo genu deo excelſo.
Nunqd offerã ei holocauſtomata ⁊ vitulos an
niculos. Nũquid placari põt dñs in milib⁹ ari
etũ: an in multis milibus hircoꝝ pinguiũ. Nũ
quid dabo primogenitũ meũ ꝓ ſcelere meo: fru
ctum vẽtris mei ꝓ peccato aie mee. Indicabo
tibi o homo quid ſit bonũ. ⁊ quid dñs reqrat a
te. Vtiq̃ facere iudiciũ ⁊ diligere miãm. ⁊ ſol/
licitũ ãbulare cũ deo tuo. Vox domini ad ciui/
tatẽ clamat. ⁊ ſalus erit oib⁹ timẽtibus nomẽ
eius. Audite tribus. Et qs approbabit illud.
Adhuc ignis in domo impij: theſauri iniqtatis ⁊
mẽſura minoꝛ ire plena. Nunqd iuſtificabo ſta
terã impiã ⁊ ſaccelli põdera doloſa. In qb⁹ di
uites eius repleti ſunt iniqtate. ⁊ hitantes in ea
loquebant̃ mẽdaciũ: ⁊ lingua eoꝝ fraudulẽta i
oꝛe eoꝝ. Et ego g̃ cepi pcutere te pditione ſup
pctis tuis. Tu comedes ⁊ nõ ſaturaberis: ⁊ hu
miliatio tua in medio tui. Et apphẽdes ⁊ non
ſaluabis: ⁊ quos ſaluaueris in gladium dabo.
Tu ſeminabis ⁊ nõ metes tu calcabis oliuã ⁊
nõ vngeris oleo: ⁊ muſtũ ⁊ non bibes vinum
Et cuſtodiſti p̃cepta amri ⁊ omnẽ opus domus
achab. ⁊ ãbulaſti in voluptatibus eoꝝ: vt darẽ
te in pditionẽ. ⁊ hitantes i ea i ſibilũ: et oppro
briũ ppl'i mei poꝛtabis. VII
VE mihi: qꝛ factus ſũ ſicut q colligit i au
tũno racemos vindemie. Non eſt bo
trus ad comedendũ: p̃coquas ficus de
ſiderauit aĩa mea. Perijt ſcũs de terra ⁊ rect⁹
in hoĩbus nõ eſt. Oẽs i ſanguine inſidiãt̃ vir
frẽm ſuum ad moꝛtẽ venat̃. Malũ manuũ ſua
rũ dicunt bonũ. Princeps poſtulat: ⁊ iudex i
reddendo ẽ. Et magnus locutus eſt deſideriũ
aĩe ſue: ⁊ ↄturbauerunt eã. Qui optim⁹ in eis
eſt q̃ſi paliur⁹. ⁊ q rectus q̃ſi ſpina de ſepe. Di
es ſpeculatiõis tue viſitatio tua venit. Nũc erit
vaſtitas eoꝝ. Nolite credere amico: ⁊ nolite cõ
fidere in duce. Ab ea q̃ dormit in ſinu tuo cuſto
di clauſtra oꝛis tui: qꝛ filius ↄtumeliam facit pa
tri: ⁊ filia conſurget aduerſus matrẽ ſuã: nur⁹
aduerſus ſocrũ ſuã: ⁊ inimici hominis domeſti
ci eius. Ego aũt ad dñm aſpiciã: expectabo deũ
ſaluatoꝛẽ meũ. Audiet me deus meus. Ne le
teris inimica mea ſup me: qꝛ cecidi. Cõſurgã.
Cũ ſedero in tenebris dñs lux mea eſt. Iram
dñi poꝛtabo: qm̃ peccaui ei. donec cãm meã iu/
dicet. ⁊ faciat iudiciũ meũ. Educet me i lucem.
videbo iuſtitiã eius. Et aſpiciet inimica mea.
⁊ opiet̃ cõfuſione: q̃ dicit ad me. Vbi ẽ domi/
nus deus tu⁹. Oculi mei videbunt in eã. Nũc
erit in conculcatione: vt lutum platearũ. Dies
vt edificentur macerie tue. In die illa longe fi
et lex. In die illa ⁊ vſq̃ ad te veniet aſſur: ⁊ vſ
q̃ ad ciuitates munitas: ⁊ a ciuitatibus munit̃
vſq̃ ad flumẽ: ⁊ ad mare de mari. ⁊ ad montẽ
de monte. Et terra erit ĩ deſolationẽ ꝓpter hi/
tatoꝛes ſuos: ⁊ ꝓpter fructũ cogitationũ eoꝝ.
Paſce ppl'm tuũ in virga tua: gregẽ hereditat̃
tue hitantes ſolos in ſaltu. In medio carmeli
paſcent̃ baſan ⁊ galaad iuxta dies antiquos: ſꝫ
dies egreſſionis tue de terra egypti. Oſtẽdã
ei mirabilia. Videbũt gentes: ⁊ ↄfũdent̃ ſuper
oĩ foꝛtitudine ſua. Ponet manũ ſup os: aures
eoꝝ ſurde erunt. Lingent puluerẽ ſicut ſerpen
tes velut reptilia tre pturbabũt̃ de edibus ſuis
Dñm deũ noſtrum nõ deſiderabũt. ⁊ timebũt
te. Quis deus ſilis tui q aufers iniqtatẽ: ⁊ trãſ
fers pctm̃ reliqaꝝ hereditatis tue. Non immittet
vltra furoꝛẽ ſuũ: qm̃ volens miam ẽ. Reuer/
tetur ⁊ miſerebitur noſtri. Deponet iniqtates
noſtras ⁊ ꝓiciet in ꝓfundũ maris oia pctã no
ſtra. Dabis veritatẽ iacob: miſericoꝛdiã abra
ham: que iuraſti patrib⁹ noſtris a dieb⁹ ãtiqs.

Explicit Micheas propheta. Incipit prolo
gus in Naum ꝓphetam.

NAum ꝓphetam ante aduentũ reg̃
aſſyrioꝝ qui ppl'm iſrael captiuum
in ſuam regionẽ tranſtulerat fuiſſe
hebꝛeoꝝ traditio ↄfirmat. Siquidẽ
in fine h⁹ lectionis: predicti regis aduentũ: idẽ
ꝓpheta annunciare monſtratur. Sꝫ cũ hitato/
res niniue. iona interitũ ciuitatis p̃dicante: ne
diuina ira denunciatum interitum ſuſtinerent
peccatoꝝ ⁊ impietatis pniam egiſſent: accepta
dei miſericoꝛdia: grauioꝛibus ſe criminibus i/
plicuerunt. Qua de cauſa memoratus prophe
ta ſpũ ſcõ plenus: iudicium dei annunciãs. ita

ſpcutus ē. Deus ʒelās: ⁊ vlciſcēs dñs ē ⁊c. Jā
n. decē trib⁹ ab aſſyrijs ducte fuerāt i captiuita
tē ſub ezechia rege iuda: ſub quo etiā nūc in cō
ſolatōe ppl'i trāſmigrati: aduerſū niniuen viſio
cernit. Nec erat pua ↄſolatio: tā his q̄ tam aſſy
rijs ſuiebant: q̄ʒ reliqs qui ſub ezechia de tribu
iuda ⁊ beniamin ab eiſdē hoſtibus obſidebant:
vt audirent aſſyrios quoqʒ a chaldeis eſſe ca/
piendos: ſicut in ſequētibus libri huius demō
ſtrabit. Sciendū q̄ niniue in noſtra lingua de
hebreo ſpecioſa ſonat. Specioſus aūt hic mūd⁹
dicitur. Unde ⁊ apud grecos: coſmos ab orna
tu noīē accepit. Et quicqd nunc aduerſū nini
uen dicitur: de mundo figuraliter pdicari ſen/
tiamus. Quā ob cām ⁊ aſſumptio quā ſeptua/
ginta interpretes dicunt apud
hebreos maſſa ponit. i. graue onus eo q̄ cū ad
uerſus quā ,pphetat p̄mat: nec ſinat eleuare cer
uicē. Simulqʒ hoc attendendū: q̄ hec ipſa vel
aſſūptio onus: vel pōdus ,pphē viſio fit. Nō
eni loquit ,ppheta in extaſi: vt mōtanus ⁊ p̄ſcil
la maxillaqʒ delirant: ſed qḋ ,pphetat liber ē vi
ſionis itelligētis vniuerſa qui loquit: ⁊ pōdus
hoſtiū faciētis ſuo pplo viſionē. De ↄſummatio
ne itaqʒ mundi ſm anagogen ↄſolationē ſcōꝝ
,ppheta texit: vt q̄cūqʒ in mundo videt: quaſi
ptereuntia ⁊ caduca ↄtēnant: ⁊ pparent ſe ad
iudicij diem. Ubi vltor aduerſum vires aſſy/
riorum affuturus eſt dominus.

¶ Explicit prologus. Incipit argumentum.

N Aum ↄſolator orbis interpretatur. In
crepat ciuitatē ſanguinū: ⁊ poſt euer/
ſionē illius loquitur. Ecce ſuper mon/
tes pedes euangelizantis ⁊ ānunciātis pacem.

¶ Explicit argumentum. Incipit
Naum propheta. Capitulum. I

O Nus niniue. Liber
viſiōis
naum helcheſei. Deus emula/
tor: ⁊ vlciſcens dūs vlciſcens
dūs ⁊ habēs furorē: vlciſcens
dūs i hoſtes ſuos ⁊ iraſcēs ipſe inimicis ſuis.
Dñs patiens ⁊ magnus fortitudine: ⁊ mūdās
nō faciet inocentē. Dūs in tēpeſtate ⁊ turbine
vie eius: ⁊ nebule puluis pedū ei⁹. Increpās
mare ⁊ exſiccans illud: ⁊ oīa flumia ad deſertū
deducēs. Infirmatus eſt baſan ⁊ carmelus ⁊
flos libani elanguit. Mōtes cōmoti ſunt ab eo
⁊ colles deſolati ſunt. Et ↄtremuit terra a facie
eius: ⁊ orbis: ⁊ oēs hitantes in eo. Ante facieʒ
indignatiōis eius qs ſtabit: ⁊ qs reſiſtet in ira
furoris eius. Indignatio eius effuſa ē vt ignis
⁊ petre diſſolute ſunt ab eo. Bonus dñs ⁊ cō/
fortans i die tribulatiōis: ⁊ ſciēs ſperātes in ſe.
Et in diluuio ptereunte ↄſummationē faciet loci
eius ⁊ inimicos eius pſequent tenebre. Quid
cogitatis ↄ dūm. Conſummationē ipe faciet. Nō
ↄſurget duplex tribulatio: q2 ſicut ſpine ſe inui
cem coplectunt ſic ↄuiuiū eoꝝ pariter potātiū
Conſumentur qſi ſtipula ariditate plena. Ex te
eni exibit cogitans ↄ dūm malitiā: mente ptra
ctans puaricationē. Hec dicit dñs. Si pfecti
fuerint ⁊ ita plures: ſic quoqʒ attōdent et ptrā
ſibit. Afflixi te: et nō affligā te vltra. Et nūc cō
terā virgā eius de dorſo tuo: et vincula tua di/
rūpā: et pcipiet ſup te dñs. Nō ſemiabit ex no
mie tuo ampli⁹. De domo dei tui iterf clā. Scul
ptile et ↄflatile ponā ſepulchrū tuū. q2 ihonora
tus es. Ecce ſup mōtes pedes euāgelizātis: et
annunciātis pacē. Celebra iuda feſtiuitates tu
as: et redde vota tua: q2 nō adijcet vltra vt p/
tranſeat in belial: vniuerſus interijt. II

A Scēdit q diſpgat corā te: qui cuſtodiat
obſidionē. Contēplare viā: cōforta lū
bos: robora virtutē valde. Quia ſicut
reddidit dñs ſupbiā iacob: ſic ſupbiam iſrael.
Quia vaſtatores diſſipauerunt eos: et ppagi/
nes eoꝝ: corruperunt. Clypeus fortiū ei⁹ igni
tus: viri exercitus in coccineis. Ignee habene
currus in die pparatiōis eius: et agitatores cō
ſopiti ſunt. In itineribus ↄturbati ſunt: q̄dri/
ge colliſe ſunt in plateis. Aſpectus eoꝝ qſi lam
pades qſi fulgura diſcurrentia. Recordabitur
fortiū ſuoꝝ: ruent in itineribus ſuis. Velocit
aſcendēt muros eius: et pparabit vmbraculū.
Porte fluuioꝝ apte ſūt: et tēplū ad ſolū dirutū
Et miles captiuus adductus ē: et ācille ei⁹ mi/
nabant gementes vt colūbe: murmurantes in
cordibus ſuis. Et niniue qſi piſcina aqꝝ aque
eius: ipſi vero fugerūt. State ſtate: et non eſt q
reuertat. Diripite argentū: diripite aurū et nō
eſt finis diuitiaꝝ ex oībus vaſis deſiderabilib⁹
Diſſipata eſt et ſciſſa et dilacerata: et cor tabe/
ſcens et diſſolutio geniculoꝝ: et defectio in cun
ctis renibus: et facies oīum ſicut nigredo olle.
Ubi eſt habitaculū leonū: et paſcua catulorum
leonū. Ad quā iuit leo vt igrederet illuc: catu/
lus leonis: et nō ē q exterreat. Leo cepit ſufficiē
ter catulis ſuis: et necauit leenis ſuis Et imple/
uit preda ſpeluncas ſuas: et cubile ſuū rapina.
Ecce ego ad te dicit dñs exercituū: et ſuccendā
vſqʒ ad ſummum quadrigas tuas: et leunculos
tuos comedet gladius. Et exterminabo de
terra predam tuam: et non audietur vltra vox

munitionum tuorum.

III

Ve ciuitas ſanguinū: vniuerſa menda/
cij: dilaceratione plena. Non recedet a
te rapina. Vox flagelli: et vox impetuſ
rote. et equi frementis: et quadrige feruentis et
equitis aſcendentis: et micantis gladij et fulgurantis
haſte. et multitudinis interfecte. et grauis ruine
nec eſt finis cadauerū. Et corruēt in corporibus
ſuis ꝓpter multitudinē fornicationum meretri
cis ſpecioſe et grate et habētis maleficia: q̄ vēdi/
dit gētes in fornicatōibus ſuis: et familias i ma
leficijs ſuis. Ecce ego ad te dicit dn̄s deus exer
cituū: et reuelabo pudēda tua in facie tua: et oſtē
dam in gētibus nuditatē tuā et regnis ignomi/
niā tuā. Et ꝓijciam ſup te abhominationes: et
contumelijs te afficiam: et ponā te in exemplū.
Et erit ois q viderit te reſiliet a te: et dicet. Vaſta
ta eſt niniue. Quis commouebit ſuper te caput.
Vnde q̄ram conſolatorem tibi. Nunqd melior
es alexandria pplorū: q̄ habitat in fluminibus.
Aque i circuitu eius: cuius diuitie mare: aque
muri eius. Ethiopia fortitudo eius. et egyptus
et nō eſt finis. Affrica et libyes fuerūt in auxilio
tuo: ſed et ipa in trāſmigrationē ducta eſt i capti/
uitatē. Paruuli eius eliſi ſūt in capite oium via
rū: et ſup inclytos eius miſerūt ſortē: et oēs opti
mates eius ↄfixi ſūt i ↄpedibus. Et tu ergo in/
ebriaberis et eris deſpecta. et q̄res tu auxiliū ab
inimico. Oēs munitōes tue ſicut ficus cū groſ
ſis ſuis: ſi ↄcuſſe fuerit cadent i os comedentis
Ecce pplꝯ tuus: mulieres i medio tui. Inimi
cis tuis ad apertionē pandent porte terre tue: de
uorabit ignis vectes tuos. Aquam ꝓpter obſi
dionē hauri tibi. extrue munitiones tuas. In/
tra in lutū et calca: ſubigens tene laterem. Ibi
comedet te ignis: peribis gladio: deuorabit te
vt bruchus. Cōgregare ergo vt bruchus: multi/
plicare vt locuſta. Plures feciſti negociatiōes
tuas: q̄ȝ ſtelle ſunt celi. Bruchus expanſus eſt: et
auolauit. Cuſtodes tui quaſi locuſte. et paruuli
tui q̄ſi locuſte locuſtarū. q̄ ↄſidunt in ſepibus in
die frigoris. Sol ortus eſt et auolauerunt et nō
eſt cognitꝰ locus earum vbi fuerint. Dormi/
tauerunt paſtores tui rex aſſur: ſepelient prin/
cipes tui. Latitauit populus tuus in montibus
et non eſt q ↄgreget. Non eſt obſcura contritio
tua: peſſima eſt plaga tua. Oēs qui audierūt au
ditionē tuam: compreſſerunt manum ſuper te.
Quia ſup quē nō trāſijt malitia tua ſemper.

Explicit Naum propheta. Incipit ꝓ/
logus in Abachuc prophetam.

Quattuor ꝓphete i duodecī ꝓphetarū
volumine ↄtinent: e q̄bus tres i princi
pio lēma. i. pōdus. titulū habēt. nauȝ
abachuc et malachias. Porro zacha
rias in medio et circa finem duos huiuſcemodi
ponit titulos. e quibus vnus eſt onus verbi do
mini i terra adrach: et damaſci requiei eius: alter
in fine. s. onus verbi dn̄i ſup iſrl̄. De nauȝ ora/
tionibꝰ tuis iam liber vnꝰ editus eſt. De zacha
ria et malachia: ſi vita comes fuerit diſſeretur.
Nunc abachuc habemus in manibꝰ q vel ex eo q
amabilis deo eſt vocat amplexatio: vel q in cer
tamē et luctā: et vt ita dicā. amplexū cū deo con/
greditur. āplexantis. i. luctantis ſortitus eſt nomē
Nullus. n. tā audaci voce auſus eſt deum ad di
ſceptationē iuſticie ꝓuocare: et dicere ei. Cur i
rebus hūanis mundi iſtiꝰ pōpa tanta rerū ver/
ſet iniq̄tas. Vociferabor ad te vim patiēs: et nō
ſaluabis. Quare oſtēdiſti mihi iniq̄tatē et laborē
videre. Lacerata eſt lex: et non peruenit vſq; ad
finē iudicium. q2 impius p̄ualet aduerſū iuſtū
ideo egredit iudicium peruerſū. Videns q̄ȝ teme
raria vox ſit. et quodāmodo blaſphemans crea
torē ſuū ad iudiciū prouocare. et vas fragile ad
uerſus figulum. cur tale vel tale factū ſit diſpu
tare. Mecū et hoc aīaduertendum. q2 aſſumptū
vel pondus q̄ grauia iā eē diximꝰ. ꝓphē viſio
eſt. et aduerſū mōtani dogma peruerſū itelligit qd
videt: nec vt amēs loqt. nec more inſanientiū
feminarū dat ſine mente ſonū. Vnde et aplꝯ iu
bet vt ſi ꝓphetātibus alijs: alij fuerit reuelatū
taceāt q prius loq̄bant. Et ſtatim. nō eſt inquit
diſſenſiōis deꝰ. ſȝ pacis. Ex quo intelligit cum
qs ex volūtate reticet: et alijs locū dat ad loquen
dū. poſſit loq et tacere cū velit. Qui aūt i extaſi.
i. inuitus loqt. nec tacere nec loq ī ſua ptāte ha
bet. Illud q̄ȝ diſce. q2 ſemel a me violent exigi
vt q̄ſi q̄ſdā gradus et ſcalas ad altiora intelli. hiſto/
riā tibi iterptēr. ꝓphetiā eſſe circa babylonē et
nabuchodonoſor regē chaldeorū. vt quō prior
ꝓpha naū quē abachuc ſequit: vaticinium ha/
buit ↄtra niniuen et aſſyrios q vaſtauerūt decē
tribus q̄ vocant iſrl̄. ita abachuc ꝓphetiā habe
at aduerſus babylonē et nabuchodonoſor: a q/
bus iudea et ierl̄m tēpl̄ūq; ſubuerſa ſunt. Et vt
ſcias eo tpe fuiſſe abachuc: q iā dne tribus q̄ vo
cabant iuda ducte erāt in captiuitatem: daniel
docere te poterit. ad quē in lacum leonum aba/
chuc cū prandio mittit. q̄ȝ ſȝ apud hebreos hec
ipa nō legat hiſtoria. Igitur ſiue quis recipiat
ſcripturā illā: ſiue nō recipiat: vtrūq; ꝓ nobis
ē. Aut. n. iā recipit: et poſt factā rē lib abachuc

terif: aut ſi nõ recipit: q̃ſi ꝓpheta ſcribit q̃ ven/
tura cognoſcit. Interim ſm litterã cauſat̃ ad/
uerſu dei ꝓpheta: cur nabuchodonoſoꝛ tẽplũ
dei vaſtet ⁊ iudã: cur irl'm quondã vrbs dñi de
ſtruat̃: q̃re clamet ppl's ⁊ nõ audiat̃: vociferet̃
ad dñm oppꝛeſſus a chaldeis ⁊ nõ ſaluet̃: qua/
re etiã ipſe ꝓpheta vel ppl's ex cuius pſona lo/
quit̃: ad hoc vixerit: ⁊ hucuſq; ꝑductꝰ ſit: vt ini
quitatẽ hoſtiũ ⁊ ſuũ laborẽ viderit: cum in iuſti
cia ꝑualeat aduerſũ ſe. Et hoc dicit ꝑmentis an
guſtia: neſciẽs aurũ in igne cõflari: ⁊ tres pue/
ros de camino ignis puriores exiſſe: q̃ã iraue/
rant. Sz ⁊ hoc generaliter accipe poſſumus: q̃
ex pſona humane ipatientie loquat̃: vt in q̃rulã
vocẽ ⁊ plenã doloris erũpat dicẽs. Quare reſ
picis cõtemptores: ⁊ taces conculcante ipio iu/
ſtiorem ſe. Hec aũt loquit̃: neſciẽs iudicia dei
inueſtigabilia: ⁊ ꝓfundũ diuitiaꝝ ſapie ⁊ ſciẽtie
eius q̃ nõ ita videat deus vt videt hõ. Nõ em̃
ꝑſentia reſpicit deus futura ⁊ eterna cognoſcit
Et quõ ſi egrotans ⁊ eſtuans febꝛibus aquam
frigidã poſtulet ⁊ dicat ad medicũ: vim patioꝛ:
crutioꝛ: vroꝛ: exanimoꝛ vſq; quo medice clama
bo ⁊ exaudies: ⁊ reſpõdeat ei ſapiẽtiſſimus ac
clementiſſimus medicus. ſcio quo tpe dare de/
beã qd̃ poſtulas: nõ miſereoꝛ mõ: q2 miſericoꝛ/
dia iſta crudelitas ẽ: ⁊ voluntas tua ꝯ te petit.
Ita ⁊ deus nr̃ ſciens clemẽtie ſue põdera atq;
mẽſuras: interdũ nõ exaudit clamantẽ vt eũ ꝓ
bet: ⁊ magis ꝓuocet eũ ad rogandũ: ⁊ q̃ſi igne
excoctũ iuſtiorẽ ⁊ puriorẽ faciat. Qd̃ itelligens
apl's ſm id q̃ miſericordiã ꝯſecutus ẽ a dño ait
Sz nõ deficimus. Et benedicit dñm in oi tpe.
Et ſcit q̃ qui pſeuerauerit vſq; in finẽ hic ſal/
uus erit: ⁊ gloriat̃ in laborẽ ⁊ doloꝛe. Et cũ hie
remias dicit. Tribulationẽ ⁊ miſeriaz inocabo:
vt quomodo alius inuocat deũ: ſic ſcũs vir ⁊
bellatoꝛ inuictus ad exercẽdũ ſe ⁊ ꝓbandũ tri
bulationem et miſeriam inuenire deſiderat.

¶ Explicit pꝛologus: ſequitur argumentum.

Abachuc luctatoꝛ foꝛtis et rigidus ſtat
ſup̄ cuſtodiã ſuã et figit gradũ ſup̄ mu
nitionẽ: vt xp̃m in cruce ꝯtẽplet̃: et di/
cat. Operuit celos gl'ia eius: et laudis eius ple/
na ẽ terra. Splẽdoꝛ eius vt lux erit: coꝛnua in
manibus eius: ibi abſcõdita eſt foꝛtitudo eius.

¶ Explicit argumentum. Incipit Abachuc
propheta. Capitulum. I

Onus quod vidit aba
chuc pro
pheta. Vſq; quo domine cla/
mabo: et non exaudies. Voci/
ferabor ad te vi patiens: et nõ ſaluabis. Qua
re oſtendiſti mihi iniquitatem et laborem vide
re ꝑdã ⁊ iniuſticiã ꝯ me: Quare reſpicis ꝯtem/
ptores: ⁊ taces ꝯculcante ipio iuſtiorem ſe: Et
facies hõis q̃ſi piſces maris ⁊ quaſi reptilia nõ
hñtia ducem. Et factum ẽ iudiciũ: ⁊ ꝯdictio po
tẽtioꝛ. Propt̃ hᷓ lacerata ẽ lex: ⁊ non peruenit
vſq; ad finem iudicium. Quia impius preualet
aduerſus iuſtum: ꝓpterea egredit̃ iudiciũ per
uerſũ. Aſpicite in gẽtibus et videte et ãmiramĩ
⁊ obſtupeſcite: qa opꝰ factũ ẽ in diebus veſtris
qd̃ nemo credet cũ narrabitur. Quia ecce ego
ſuſcitabo chaldeos gẽtẽ amaram ⁊ velocem am
bulantẽ ſup̄ latitudinem tre. ut poſſideat taber/
nacula non ſua. Horribil' ⁊ teribilis ẽ: ex ſeipſa
iudicium ⁊ onus eius egrediet̃. Leuioꝛes par
dis equi eius. ⁊ velocioꝛes lupis veſpertinis et
diffundent̃ equites eius. Eq̃tes nãq; eiꝰ de lõ
ge veniẽt: volabunt q̃ſi aq̃la feſtinans ad come
dendũ. Oẽs ad ꝑdã veniẽt. facies eoꝝ ventꝰ
vrẽs. Et cõgregabit q̃ſi arenam captiuitatem
⁊ ipſe de regibus triũphabit: ⁊ tyranni ridicu/
li eius erũt. Ipſe ſuper oẽm munitionẽ ridebit
⁊ compoꝛtabit aggerem. ⁊ capiet eã. Tũc muta
bit̃ ſpũs: ⁊ pertranſibit ⁊ coꝛruet. Hec eſt foꝛti
tudo eiꝰ dei ſui. Nũqd non tu a ꝑncipio domie
deꝰ meus ſcẽ meꝰ: ⁊ nõ moꝛiemur. Domie i iu
diciũ poſuiſti eũ: ⁊ foꝛtẽ ut coꝛriperes fũdaſti eum
Mundi ſunt oculi tui ne uideas malum: ⁊ re/
ſpicere ad iniquitatem non poteris. Quare non
reſpicis ſuper inique agentes: ⁊ taces deuoꝛan
te impio iuſtiorem ſe: Et facies hõis quaſi piſces
maris: ⁊ quaſi reptile nõ hñs ꝑncipẽ. Totũ in
hamo ſubleuauit: traxit illud in ſagena ſua: ⁊ ꝯ
gregauit in rete ſuum. Super hᷓ letabit̃ ⁊ exulta
bit: propterea immolabit ſagene ſue. ⁊ ſacrifica
bit reti ſuo. Quia in ipſis i craſſata eſt pars eiꝰ
⁊ cibꝰ eiꝰ electꝰ Propt̃ hᷓ ergo expãdit ſagenã
ſuã: ⁊ ſemp̄ interficere gẽtes nõ ceſſat. II

Super cuſtodiam meam ſtabo: ⁊ figam gra
dum ſuper munitionẽ. Et ꝯtẽplaboꝛ:
ut videam qd dicat̃ mihi: ⁊ qd rñdeam
ad arguentẽ me. Et rñdit mihi dominꝰ ⁊ dixit
Scribe viſũ ⁊ explana eũ ſuper tabulas ut per
currat q legerit eum. Quia adhuc viſus ꝓcul
⁊ apparebit in finẽ ⁊ nõ mentiet̃. Si moꝛam fe
cerit expecta illũ: qa veniẽs veniet ⁊ nõ tarda/
bit. Ecce q incredulus ẽ nõ erit recta aĩa eius i
ſemetipſo. Iuſtus autẽ i fide ſua viuet. Et q̃io
vinum potantem decipit: ſic erit vir ſuperbus ⁊
non decoꝛabitur. Qui dilatauit quaſi infernus
aĩam ſuam: ⁊ ipſe q̃ſi moꝛs ⁊ non adimplet̃. Et

Congregauit ad ſe oēs gētes. ⁊ coaceruauit ad ſe oēs populos. Nūqd nō oēs iſti ſuper eū parabolā ſument: ⁊ loquelā enigmatū eius. Et dicet Ve ei. q multiplicat nō ſua. Vſqꝫquo ⁊ aggrauat ↄtra ſe denſum lutū. Nūqd nō repente cōſurgent q mordeāt te. Et ſuſcitabunt lacerātes te: ⁊ eris in rapinam eis. Quia tu ſpoliaſti gentes multas: ſpoliabunt te oēs q reliqui fuerit d̓ populis: ꝓpter ſanguinem hois ⁊ iniquitatem terre ciuitatis. ⁊ oīum hitantiū in ea. Ve q cōgregat auaritiā malā domui ſue: vt ſit in excelſo nidus ei⁹. ⁊ liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti ↄfuſionē domui tue: concidiſti populos multos. ⁊ peccauit aīa tua. Quia lapis d̓ pariete clamabit. ⁊ lignū qd̓ inter iuncturas edificiorꝫ eſt rn̄debit. Ve q edificat ciuitatē in ſanguinibus. ⁊ pparat vrbē in iniqtate. Nūquid nō hec ſūt a dn̄o exercituū. Laborabunt .n. ppli in multo igni: ⁊ gentes i vacuū ⁊ deficient. Quia replebit terra vt cognoſcāt gloriā dn̄i: q̄ſi aque operientes mare. Ve q potū dat amico ſuo mittens fel ſuū: ⁊ inebriās vt aſpiciat nuditatē ei⁹. Repletus ē ignominia pro gloria. Bibe tu q̄ꝫ ⁊ ↄſopire. Circūdabit te calix dextere dn̄i. ⁊ vomitus ignominie ſup gloriā tuā. Quia iniqtas libani operiet te ⁊ vaſtitas aīaliū deterrebit eos de ſanguinibus hois ⁊ iniquitate ire ⁊ ciuitatis. ⁊ oium hitantium i ea. Quid ꝓdeſt ſculptile quia ſculpſit illud fictor ſuus ↄflatile ⁊ imaginē falſā q: ſperauit in figmēto fictor ei⁹ vt faceret ſimulacra muta. Ve qui dicit ligno. expgiſcere ſurge lapidi tacenti. Nūquid ipſe docere poterit. Ecce iſte coopertus eſt auro ⁊ argēto: ⁊ ois ſpūs nō eſt in viſcerib⁹ eius. Dn̄s aūt in templo ſcō ſuo ſileat a facie eius omnis terra.

¶ Oratio abacuc prophete pro ignorantijs.

Domine audiui auditionē III
tuam: ⁊ timui. Dn̄e opus tuū: i medio annorꝫ viuifica illud. In medio anorū notum facies: cū iratus fueris mie recordaberis. Deus ab auſtro veniet: ⁊ ſāctus de monte pharan. Operuit celos gloria ei⁹: ⁊ laudis ei⁹ plena eſt terra. Splēdor eius vt lux erit cornua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes ei⁹. ſtetit ⁊ menſus eſt terrā. Aſpexit ⁊ diſſoluit gentes: ⁊ ↄtriti ſunt montes ſeculi. Incuruati ſunt colles mundi: ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tētoria ethiopie: turbabuntur pelles terre madian. Nūquid i fluminibus iratus es dn̄e. aut in fluminibus furor tuus. vel in mari idignatio tua. Qui aſcendes ſup equos tuos: ⁊ q̄drige tue ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcū tuū: iuramenta tribubus q̄ locutus es. Fluuios ſcindes terre viderunt te ⁊ doluerunt montes: gurges aq̄rū tranſijt. Dedit abyſſus vocē ſuā: altitudo manus ſuas leuauit. Sol ⁊ luna ſteterūt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarū tuarū ibunt: in ſplendore fulgurantis haſte tue. In fremitu ↄculcabis terram: ⁊ in furore obſtupefacies gentes. Egreſſus es in ſalutē ppli tui. in ſalutē cū xp̄o tuo. Percuſſiſti caput de domo impij. denudaſti fundamētū eius vſqꝫ ad collū. Maledixiſti ſceptris eius. capiti bellatorꝫ eius: venientib⁹ vt turbo ad diſpgendum me. Exultatio eorum: ſicut eius q deuorat pauperē in abſcondito. Viā feciſti in mari equis tuis: in luto aquarū multarū. Audiui ⁊ ↄturbatus eſt venter meus. a voce ↄtremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis ⁊ ſubter me ſcateat. Vt requieſcā in die tribulationis: vt aſcendam ad pplm accinctū nrm. Ficus .n. nō florebit. ⁊ nō erit germen in vineis. Mentietur opus oliue: ⁊ arua nō afferent cibum. Abſcidetur de ouili pecus: ⁊ non erit armentū in p̄ſepibus. Ego aūt in dn̄o gaudebo: ⁊ exultabo in deo ihesu meo. Deus dn̄s fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa mea deducet me victor i pſalmis canentem.

¶ Explicit abacuc propheta. Incipit prologus in Sophoniam prophetam.

Tradunt hebrei: cuiuſcūqꝫ ꝓphete pat ⁊ auus ponatur in titulo: ipſos quoqꝫ ꝓphetas fuiſſe. Vnde ⁊ amos vnum de duodecim ꝓphis qui dixit. nō ſum ꝓpheta nec fili⁹ ꝓphete: ſed paſtor caprarꝫ vellicās ſycomoros pr̄is nomē in titulo nō hr̄e. Hoc ſi verꝫ eſt ſophonias ꝓpheta: qui noie. vt ita dicā. ꝓphetico ⁊ glorioſa maiorꝫ ſuorꝫ ſtirpe generatus ē Habuit .n. patrē chuſi. auū godoliā. ꝓauum amariā. attauū ezechiā. ⁊ talē q̄drigā ipſe velut extremus auriga ↄpleuit. Nomē ſophonie alij ſpeculam: alij archanū dn̄i tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula ſiue abſconditum dn̄i interpretetur. vtrūqꝫ ꝓphe ↄuenit. Dicitur .n. ad ezechielē Fili hois: ſpeculatorem te poſui domui iſrael. Iſte ergo ꝓpheta qui erat i ſpecula ⁊ i ſublimibus ↄſtitutus. ⁊ nouerat myſteria dn̄i fili⁹ erat chuſi qui interp̄tatur hūilitas. Habebat q̄ꝫ auū godoliā: q dr̄ magnitudo dn̄i. ⁊ ꝓauū amariā q ⁊ ipſe vertitur in ſermonē dn̄i: attauū ezechiā qui ſonat fortitudo domini. De fortitudine itaqꝫ dn̄i nat⁹ ē ſermo dn̄i. ⁊ de ſermone dn̄i nata eſt

magnitudo domini: et de magnitudine dñi na-
ta eſt humilitas. ut cū ꝑuenerit aliqs ad perfe-
ctum. dicat: qa non ſum dignus vocari aplus.
Et illud in pſalmis. Dñe non eſt exaltatū cor
meū. neqꝫ elati ſunt oculi mei. Joſiam regem
iude cuius tꝑibus ſophonias ꝓpl'etaſſe inueni-
tur deo pre oībus regibus iude placuiſſe hiſto-
ria q̄rti libri regū ⁊ ſecundi paralypomenon
demonſtrat. Joſias ſimulacra q̄ pater ſuꝰ amō
vel auꝰ manaſſes i tēplo dei collocauerat deie-
cta cōminuiſſe mōſtrat. In qbus etiā ſerpētē
eneū a moyſe factū cui error inductus ppl's ſu-
ꝑſtitione idoloꝝ detētus adiūſerat. Idem cu-
ſtodiſſe paſca: ⁊ intermiſſis tꝑibus multis ſolꝰ
celebraſſe mōſtraf. Jō deꝰ p ꝓpbāꝫ tēporibꝰ
memorati regiſ q̄ ꝓuentura erant oſtendēs gē-
tibus q̄dem lectione ꝯphēſis affutuꝝ iudiciū.
Populo vo iſrl' ſalutē: et ciuitati irlm raſtau-
ratione tūc tꝑis tribuēdaꝫ tertu lectionis denū-
ciauit. Explicit ꝓlogus. Incipit argumētū

Sophonias ſpeculator et archanorum
dei cognitor audiuit clamorē a porta pi-
ſcium: et ululatū a ſecunda: et cōtritionē
a collibus. Indicat quoqꝫ vlulatū hitatoribus
pile qi ꝯticuit oīs ppl's chanaan: diſperierunt
vniuerſi qui inuoluti erant argento.

¶ Explicit argumentum. Incipit Sophoni-
as propheta. Capitulum. I

Verbum domini
qđ factū eſt ad ſophoniā filium
chuſi filij godolie filij amaſie fi-
lij ezechie: in diebus ioſie filij
amon regis iuda. Congregās
congregabo omnia a facie terre dicit dñs: con-
gregans hominem et pecus cōgregans vola-
tilia celi et piſces maris. Et ruine impioꝝ erūt
et diſperdam homines a facie terre dicit domi-
nus. Et extendam manum meam ſuper iudā
et ſuper omnes habitantes hieruſalē: et diſper-
dam de loco hoc reliquias baal: et noīa edituo-
rū cum ſacerdotibus: et eos q adorant ſup te-
cta militiā celi: et adorāt et iurant in dño et iu-
rant in melchon: et qui auertunf de poſt tergū
dñi: et qui nō queſierunt dñm: nec inueſtigaue-
runt eum. Silete a facie dñi dei: quia iuxta ē di-
es domini. Quia ꝑparauit dominus hoſtiam
ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtie
dñi viſitabo ſup ꝑncipes ⁊ ſup filios regis ⁊ ſu-
ꝑ oēs q induti ſunt veſte ꝑegrina. Et viſitabo
ſup oēm q arrogāt igrediḟ ſup limen in die illa
q ꝯplēt domū dñi ſui in iquitate ⁊ dolo. Et erit
i die illa diē dñs vox clamoriſ a porta piſciū. et
vlulatus a ſecūda. et ꝯtritio magna a collibus.
Vlulate habitatores pile. Cōticuit oīs popl's
chanaā: diſpierūt oēs inuoluti argēto. Et erit: i
tpe illo ſcrutabor irlm in lucernis. et viſitabo
ſup viros defixos in fecibꝰ ſuis: q dicūt in cor-
dibꝰ ſuis. Nō faciet bene dñs: et nō faciet ma-
le. Et erit fortitudo eoꝝ in direptionē et domꝰ
eoꝝ i deſertū. Et edificabūt domos et nō hita-
bunt: et plātabunt vineas: et nō bibēt vinū ea-
rū. Juxta ē dies dñi magnꝰ: iuxta eſt et velox
nimis. Vox diei dñi amara: tribulabiḟ ibi for-
tis. Dies ire dies illa: dies tribulationis et an-
guſtie: dies calamitatiſ et miſerie. dies tenebraꝝ
et caliginis. dies nebule. et turbinis dies tube et
clāgoris ſup ciuitates munitas et ſup angulos
excelſos. Et tribulabo hoīes: ⁊ ābulabūt ut ce-
ci: qa dño peccauerūt. Et effūdeḟ ſanguis eoꝝ
ſicut humus ⁊ corpora eoꝝ ſicut ſtercora. Sed
⁊ argētū eorū: ⁊ aurū eoꝝ nō poterit liberare
eos: i die ire dñi. In igne zeli eius deuorabiḟ
omnis terra: quia conſummationē cū feſtinatio-
ne faciet cunctis habitantibus terram. II

Conuenite ꝯgregamini gens non ama-
bilis. priuſqꝫ pariat iuſſio q̄ſi puluerem
tranſeuntē diem antequā veniat ſup
vos ira furoris dñi: añqꝫ veniat ſuper vos ira
indignatiōis dñi. Querite dñm oēs manſueti
terre: qa iudiciū eiꝰ eſtis opati. Querite iuſtū
q̄rite māſuetū. ſi q modo abſcondamini in die
furoris dñi. Quia gaza deſtructa erit: ⁊ aſcalō
i deſertum. Azotū in meridie eiciēt. ⁊ accharō
eradicabiḟ. Ve q hitatis funiculū mariſ: gens
ꝑditoꝝ. Verbum dñi ſup vos chanaan terra
philiſtinoꝝ. ⁊ diſꝑdā te ita ut non ſit hitator.
Et erit funiculꝰ maris reges paſtorū. ⁊ caule
pecoꝝ. Et erit funiculus eius q remanſerit de
domo iuda. Ibi paſcentur in domibus aſcalo-
nis ad veſperam requieſcent: qa viſitabit eos
dñs deus eoꝝ. ⁊ auertet captiuitatem eorum.
Audiui opprobriū moab. ⁊ blaſphemias filio-
rum āmon q̄ exprobrauerūt popl'o meo. ⁊ ma-
gnificati ſunt ſuper terminos eorum. Propte-
rea viuo ego diē dñs exercituū: deꝰ iſrl. Quia
moab ut ſodoma erit. ⁊ filij āmon q̄ſi gomorra
ſiccitas ſpinaꝝ et acerui ſalis. et deſertum vſqꝫ
in eternum. Reliquie popl'i mei diripient eos
⁊ reſidui gentis mee poſſidebunt illos. Hoc eis
eueniet ꝓ ſupbia ſua: quia blaſphemauerunt ⁊
magnificati ſūt ſup ppl'm dñi exercituū. Hor-
ribilis dñs ſup eos: et attenuabit oēs deos ter-
re. Et adorabunt eū viri de loco ſuo oēs inſule

gẽtiũ. Sꝫ et vos ethiopes: īnfecti gladio meo
eritꝭ. Et extẽdet manũ ſuã ſup aquilonẽ et ꝑdet
aſſur. Et ponet ſpecioſã ī ſolitudinẽ et ī inuiũ ⁊
q̄ſi deſertũ. Et accubabũt in medio eiꝰ greges.
oẽs beſtie gentiũ. et onocrotalus et hericius in
liminibꝰ eiꝰ morabunꝭ. Uox cantantis in fene/
ſtra. coruus in ſuꝑliminari: q̄m atenuabo ro/
bur eiꝰ. Hec ē ciuitas glorioſa habitãs in ꝯfi/
dẽtia: q̄ dicebat ī corde ſuo. Ego ſũ: et eꝰ ĩpe nõ
ē alia ampliꝰ. Quõ facta ē in deſertum: cubile
beſtie. Oĩs qui tranſit per eam ſibillabit: et mo
uebit manum ſuam. III

Ue ꝓuocatrix ⁊ redempta ciuitas, co/
lũba. Nõ audiuit vocẽ: ⁊ nõ ſuſcepit
diſciplinã. In dño non eſt confiſa: ad
deũ ſuũ non appropinquauit. Principes eius
in medio eiꝰ: q̄ſi leones rugiẽtes. Iudices eiꝰ
lupi veſꝑe: nõ relinq̄bant in mane. Prophete
eiꝰ veſani viri infideles. Sacerdotes eiꝰ pol/
luerũt ſcũ: iniuſte egerũt ꝯ legẽ. Dñs iuſtus
ī medio eiꝰ: nõ faciet iniq̄tatem. Mane mane
iudiciũ ſuũ dabit in luce. ⁊ non abſcondetꝭ. Ne
ſciuit aũt iniquꝰ confuſionẽ. Diſꝑdidi gentes
⁊ diſſipati ſũt ãguli earum. Deſertas feci vias
eoꝝ: duꝫ non ē q̄ trãſeat. Deſolate ſũt ciuitates
eoꝝ: non remanente viro neq̧ vllo habitato/
re. Dixi attamen timebis me ſuſcipies diſcipli
nã. Et nõ ꝑibit habitaculũ eiꝰ. ꝓpt oĩa ī q̄bꝰ vi/
ſitaui eã. Uerũtñ diluculo ſurgẽtes corruperũt
oẽs cogitationes ſuas. Qua ꝓpter expecta me
dic dñs ī die reſurrectiõis mee ī futuꝝ: q̄a iudi/
ciũ meũ ut cõgregem gentes. ⁊ colligã regna.
Et effũdã ſuꝑ eos īdignationẽ meam: oẽm irã
furoris mei. In igne. n. ꝣeli mei deuorabitꝭ oĩs
tra. Quia tũc reddã ppl'is labiũ electũ. vt inuo/
cẽt oẽs nomẽ dñi. ⁊ ſuiant ei hũero vno. Ul/
tra flumina ethiopie: inde ſupplices mei: filij diſ
perſorum meoꝝ deferẽt munus mihi. In die
illa non confunderis ſuꝑ cunctis adinuentio/
nibus tuis: quibus ꝑuaricata es ī me. Q: tunc
auferã de medio tui magniloquos ſuꝑbie tue:
⁊ nõ adijcies exaltari ãpliꝰ ī mõte ſcõ meo. Et
derelinquã in medio tui ppl'in pauperẽ ⁊ egenũ
⁊ ſperabũt in noĩe dñi. Relique iſrl' nõ faciẽt ini
quitatẽ nec loquenꝭ mendaciũ: ⁊ nõ inuenietꝭ ī
oĩe eoꝝ lingua doloſa. Qm̄ ipſi paſcenꝭ ⁊ accu
babunt: ⁊ nõ erit qui exterreat. Lauda filia ſyõ
iubila iſrael. Letare ⁊ exulta ī omni corde filia
hierl'm. Abſtulit dñs iudicium tuũ: auertit ini
micos tuos. Rex iſrl' dñs in medio tui nõ time
bis malum vltra. In die illa dicetꝭ hierl'ꝫ. No
li timere ſyon: nõ diſſoluanꝭ manus tue. Dñs
deus tuꝰ in medio tui fortis ipſe ſaluabit. Gau
debit ſuꝑ te ī leticia: ſilebit ī dilectiõe tua ⁊ exul/
tabit ſuꝑ te ī laude. Nugas q̄ a lege receſſerant
ꝯgregabo q: ex te erãt: vt nõ vltra habeas ſuꝑ
eis opprobriũ. Ecce ego interficiã oẽs q̄ afflixe
runt te ī tꝑe illo. ⁊ ſaluabo claudicantẽ ⁊ eã que
eiecta fuerat ꝯgregabo. Et ponã eos in laudẽ.
⁊ in nomẽ in oĩ terra ꝯfuſionis eoꝝ in tꝑe illo
quo adducã vos: ⁊ ī tꝑe q̄ ꝯgregabo vos. Da
bo. n. vos in nomẽ ⁊ in laudẽ oĩbus ppl'is ter/
re: cũ ꝯuertero captiuitatẽ veſtram coram oculis
veſtris dicit dominus.

¶ Explicit ſophonias ꝓpha. Incipit ꝓlogus
in Aggeum ꝓpham.

Hieremias ꝓpha ob cãm plurij ſe/
decie regis: vt hiſtoria libri ſecun
di paralypomenõ īdicat: q̄ fidẽ ꝓmiſ
ſã nabuchodonoſor regi chaldeorũ
nõ ſuauerat: ppl'm iſrael refert ꝯ memoratõ re/
ge irl'm expugnata irl'm: captiuũ in babylonẽ
fuiſſe ꝑductum. Sed cũ memoratus ppl's mul
tis tꝑibus idolis ſuiẽdo. etiam effuſione ſagui
nis innocentũ ſe grauiter impiaſſet: nolẽs deus
gnãtionẽ vniuerſam eiuſdẽ ppl'i ob cãs memo
ratas penitus deꝑire: ſeptuaginta ãnoꝝ capti/
uitatẽ eundẽ ppl'ꝫ in regno chaldeoꝝ ſtatuit ſu
ſtinere: hac rõne vt ꝯpleto numero annoꝝ: no
uus ppl's a memoratis pctĩs īmunis ad reno/
uationẽ irl'm ꝑueniret. Sexageſimo itaq̧ ſecũ
do ãno: regno chaldeoꝝ ſubuerſo q̄ adhuc oc
to ãni reſtabãt ad regnãdũ: quod etiã ſexta vi/
ſio danielis oñdit: eũ ꝓpter cãm ſacrilegij: q̄d ī
eadẽ viſione ꝯtinetꝭ fuiſſe extinctum: darius q̄
medis imꝑabat: vt ſeptima viſio danielis oſtẽ
dit: memoratus in regno ſucceſſit. Cuius ꝑmo
anno regni: vt decima viſio danielis mãifeſtat
daniel ſuppũtatis ãnis fidẽs appropinq̄re tꝑs
reuerſionis q̄ ꝑ hieremiã fuerat ꝓmiſſa: orans
tã ꝓ ſe ipſo ꝓ pplo: eandẽ ꝓmiſſionẽ a deo poſtu
labat impleri: cui ꝑ gabrielẽ archãgelũ in ea
dẽ viſione iuxta preces eiuſdem vniuerſa com
pleta eẽ: deꝰ dixit. nã moriẽte ſupradicto dario
rege medoꝝ: ⁊ ſuccedente ī regno cyro rege ꝑ
ſaꝝ ꝓmiſſione dei ꝯpleta ꝑ eundẽ regẽ ppl'ꝫ q̧
iſrael in irl'm reductũ: hiſtoria ſecũdi libri paly
pomenon: ⁊ initiũ eſdre ꝓphete ꝯfirmãt. Cũ/
q̧ a pplo iſrael ⁊ ſenioribus tẽplũ dei edificari
cepiſſet: mortuo cyro rege ac regnãte dario re/
ge ꝑſaꝝ q̄ memorato cyro ſucceſſerat vicine gẽ
tes ciuitatis irl'm. vt idẽ eſdras refert: reſtaura
tionẽ tẽpli ⁊ ciuitatis reſiſtẽdo ipedire ceperũt
Qua rõe deterritus ppl's iſrael reꝑationẽ ſu/

ꝑadicti tēpli dñi nec dū iuxta ꝑmiſſionē ↄceſ/
ſā eē credebat. Propt̃ qḋ in ſecūdo āno regni
memorati darij regis pſarū: aggeus ꝓpheta a
deo miſſus. ʒorobabel q de tribu erat iuda qui
ptātē regni ſuſcepturus erat: ⁊ ieſū filiū ioſe/
dech ſūmum ſacerdotē āmonet: vt credāt com
pleto numero annoꝝ tēpus reſtaurañis irlm
adueniſſe: hoc etiā addito: ne icredulitatē ppl̃i
vellent imitari: de quo deus ꝑ eū dixit. Ppl̃s
hic dicit. Nundū venit tēpus vt edificet̃ dom⁹
dei. O ia aūt q̃ textu huius ꝓphetie continent̃:
reuerſionē populi: edificationē tēpli: renoua/
tionē ciuitatis: obſeruantiā ſacerdotalē: ⁊ inte/
ritū regnoꝝ gentium ceterarū ſignificant.

¶ Explicit ꝓlogus. Incipit argumentum.

Aggeus feſtiu⁹ ⁊ letus: q ſeminauit in
lachrymis vt in gaudio meteret: deſtru
ctum templum reedificat: deūq; patreʒ
iducit loquentē. Adhuc vnū modicū eſt: ⁊ ego
cōmouebo celum ⁊ terrā: mare ⁊ aridam ⁊ mo
uebo omnes gentes: ⁊ veniet deſideratus cun
ctis gentibus.

¶ Explicit argumentum. Incipit
Aggeus propheta. Capitulum. I

In anno ſecundo
darij regis in mēſe ſexto in die
vna mēſis: factū ē ꝟbuʒ dñi in
manu aggei ꝓphe ad ʒoroba/
bel filiū ſalathiel ducem iuda: ⁊
ad ieſū filiū ioſedech ſacerdotē magnū: dicens.
Hec ait dñs exercituū dicēs. Ppl̃s iſte dicit.
Nōdū venit tps domus dñi edificādē. Et fa/
ctū ē verbū dñi i manu aggei ꝓphe dicēs. Nū
quid tps vobis ē: vt hitetis i domibus laq̄atis
⁊ domus iſta deſerta. Et nūc hec dicit dñs exer
cituū. Ponite corda veſtra ſup vias vřas. Se
minaſtis multū: ⁊ intuliſtis parū. Comediſtis: ⁊
nō eſtis ſatiati. Bibiſtis ⁊ nō eſtis iebriati. Ope
ruiſtis vos. ⁊ nō eſtis calefacti. Et qui merce/
des ↄgregauit: miſit eas i ſacculū ptuſū. Hec
dicit dñs exercituū. Ponite corda veſtra ſup
vias veſtras. Aſcēdite in montē: portate ligna
⁊ edificate domū: ⁊ acceptabilis mihi erit ⁊ glo
rificabor: dicit dñs. Reſpexiſtis ad amplius: ⁊
ecce factū eſt minus. Et intuliſtis in domuʒ: ⁊
exſufflaui illud. Quā ob cām dicit dñs exerci/
tuū. Quia domus mea deſerta eſt: ⁊ vos feſti/
naſtis vnuſquiſq; in domū ſuā. Propt̃ h̃ ſup
vos ꝓhibiti ſunt celi ne darent rorem: ⁊ terra
ꝓhibita ē ne daret germen ſuuʒ. Et vocaui ſic
citatē ſup terrā ⁊ ſup mōtes: ⁊ ſup triticum: ⁊
ſup vinū ⁊ ſup oleū: ⁊ q̄cūq; pfert humus. ⁊ ſu
per hoīes ⁊ ſup iumēta ⁊ ſup oēm laborē ma/
nuū. Et audiuit ʒorobabel filius ſalathiel ⁊ ie/
ſus filius ioſedech ſacerdos magnus. ⁊ oēs re
liqui ppl̃i vocē dei ſui: ⁊ ꝟba aggei ꝓphete ſicꝫ
miſit eū dñs deus eoꝝ ad eos: ⁊ timuit oīs po/
pulus a facie dñi. Et dixit aggeus nūcius dñi:
de nūcijs dñi: pplo dicēs. Ego vobiſcū ſū dicit
dñs. Et ſuſcitauit deus ſpm̄ ʒorobabel filij ſala
thiel ducis iuda ⁊ ſpm̄ ieſu filij ioſedech ſacer/
dotis magni: ⁊ ſpm̄ reliquoꝝ de omni populo
⁊ ingreſſi ſunt ⁊ faciebant opus in domo domi
ni exercituum dei ſui. II.

In die viceſima ⁊ quarta menſis i ſexto
menſe in āno ſecūdo darij regis i ſepti
mo mēſe viceſima ⁊ pma menſis: factuꝫ
ē ꝟbū dñi in manu aggei ꝓphe dicens. Loq̄/
re ad ʒorobabel filiū ſalathiel ducē iuda: ⁊ ad ie
ſum filiū ioſedech ſacerdotem magnū: ⁊ ad reli
quos ppl̃i dicens. Quis i vobis ē derelictus q
vidit domū iſtā in gl̃ia ſua pma. Et qd vos vi
detis hanc nūc. Nūqd non ita eſt q̃ſi non ſit in
oculis. vr̃is. Et nunc ↄfortare ʒorobabel dicit
dñs: ⁊ ↄfortare ieſu fili ioſedech ſacerdos ma/
gne: ⁊ confortare oīs ppl̃s terre dicit dñs exer
cituū. ⁊ facite: qm̄ ego vobiſcū ſū dicit dñs exer
cituū. Verbū qḋ pepigi vobiſcū cū egrederē/
mini de tra egypti. et ſpūs meus erit in medio
vr̃m. Nolite timere: q: hec dicit dñs exercituū
Adhuc vnū modicū eſt: et ego cōmouebo celuꝫ
⁊ terrā et mare et aridā. Et mouebo oēs gētes
et veniet deſideratus cūctis gentibus. Et iplebo
domū iſtā gloria. dicit dñs exercituum. Meuꝫ
ē argentū et meū ē aurū. dicit dñs exercituum.
Magna erit gloria dom⁹ iſtius nouiſſime plus
q̄ pme: dicit dominus exercituum. Et in loco
iſto dabo pacē dicit dominus exercituū. In vi
ceſima et q̄rta noni mēſis in āno ſecundo darij
regis: factū ē ꝟbū domini ad aggeū ꝓphetam
dicens. Hec dicit dominus exercituū. Inter/
roga ſacerdotes legē: dicens. Si tulerit homo
carnē ſcificatā in ora veſtimenti ſui: et tetigerit
de ſūmitate eius panē aut pulmentū aut vinuꝫ
aut oleum aut oēm cibū: nunqd ſcificabit̃: Rn̄
dentes aūt ſacerdotes dixerunt. Non. et dixit
aggeus. Si tetigerit pollutus in aīa ex oibus
his: nunquid ↄtaminabitur. et reſponderūt ſa
cerdotes. et dixerunt. Contaminabitur. et reſ/
8.9.f. re noſtri fili dauid. Turba aūt icrepabat
eos vt tacerēt. At illi magis clamabāt di
cētes. Dñe. ¶ miſerere noſtri fili dauid.
⁊ ſtetit ieſus: ⁊ vocauit eos ⁊ ait. Quid
vultis vt faciā vobis. Dicūt illi. Dñe vt
apiant oculi noſtri. Miſertus autē eoꝝ
Mr.8.d ieſus: tetigit oculos eorum. ¶ Et cōfeſtiꝫ
c.10.g. viderunt: ⁊ ſecuti ſunt eum. XXI

Mr.11.a ET cū appropinquaſſet hieroſo
Luc.19.d lymis ⁊ veniſſet bethphage ad mō
Jo.12.b tē oliueti: tūc ieſus miſit duos di
ſcipulos dicēs eis. Jte in caſtellū qd con
tra vos eſt ⁊ ſtatiꝫ inuenietis aſinā alliga
tā ⁊ pulluꝫ cū ea: ſoluite ⁊ adducite mihi
Et ſi qs vobis aliquid dixerit: dicite: qa
dñs his opꝰ habet: ⁊ cōfeſtī dimittet eos
Hoc aūt factū ē vt adipleret qd dictū eſt
Zach.9. p ꝓphetā dicētē. ¶ Dicite filie ſion: ecce
Eſa.62. rex tuꝰ venit tibi māſuetꝰ ſedēs ſup aſinā
Jo.11.b. ⁊ pulluꝫ filiū ſubiugalis. ¶ Eūtes aūt di
Mr.11.b ſcipuli fecerunt ſicut precepit illis ieſus.
Luc.19.c. Et adduxerunt aſinā ⁊ pulluꝫ: ⁊ impo
ſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: ⁊ eum
deſuper ſedere fecerunt. Plurima autē
B turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via:

Alij autē cedebant ramos de arboribus Mar.11.b
⁊ ſternebant in via. ¶ Turbe autem que Luc.19.f
precedebant ⁊ que ſequebantur: clama Jo.12.b
bant dicentes. Oſanna filio dauid: bene
dictus qui venit in nomine domini: oſā
na in altiſſimis. Et cum intraſſet hiero
ſolymam cōmota eſt vniuerſa ciuitas di
cens. Quis eſt hic populi autem dicebāt
Hic eſt ieſus propheta a nazareth gali Mar.11.d
lee. ¶ Et intrauit ieſus in templum dei: Luc.19.g.
⁊ eijciebat omnes vendentes ⁊ emen Jo.2.d.
tes in templo: ⁊ menſas nūmulariorum Eſa.56.
⁊ cathedras vendentium colūbas euer Hiere.7.
tit: ⁊ dicit eis. ¶ Scriptuꝫ eſt domus mea 2 Reg.5.
domus orationis vocabit: vos autēꝫ fe Luc.19.f.
ciſtis illam ſpeluncam latronum. Et ac E
ceſſerunt ad eum ceci ⁊ claudi in templo
⁊ ſanauit eos. Videntes autē principes
ſacerdotum ⁊ ſcribe mirabilia que fecit: ⁊
pueros clamantes in templo ⁊ dicentes
oſanna filio dauid: indignati ſunt ⁊ dixe
runt ei. Audis quid iſti dicūt. Jeſus au Ps.8.
tem dixit eis. Vtiqꝫ: nunqꝫ legiſtis. ¶ qꝛ
ex ore infantium ⁊ lactantium pfeciſti lau
dem. Et relictis illis abijt foras extra ci
uitatem in bethaniam: ibiqꝫ manſit. Ma
ne autem reuertens in ciuitatem: eſurijt. Mr.11.c.
¶ Et videns fici arborem vnam ſecus vi Luc.13.b
am venit ad eā: ⁊ nihil iuenit ī ea niſi fo
lia tantuꝫ ait illi. Nunqꝫ ex te fructus na
ſcatur in ſempiternum. Et areſacta ē cō
tinuo ficulnea. Et videntes diſcipuli: mi
rati ſunt dicentes. Quomodo continuo
aruit. Reſpondens autem ieſus ait eis. 8.17.c. L.17
¶ Amen dico vobis: ſi habueritis fidem b. Mr.11.d.
⁊ non heſitaueritis non ſoluꝫ de ficulnea Ja.a.
facietis: ſed ⁊ ſi monti huic dixeritis: tol D
le ⁊ iacta te in mare: fiet. Et omnia que M.11.c. Jo
cunqꝫ petieritis in oratione credētes: ac 4.d.⁊.16.f.K
cipietis. Et cum veniſſet in templum: ac
ceſſerunt ad eum docentem principes ſa
cerdotū ⁊ ſeniores populi dicētes. ¶ Jn Mar.11.f.
qua poteſtate hec facis. Et quis tibi de Lu.20.a.
dit hanc poteſtatem. Reſpondens ieſus
dixit eis. Jnterrogabo vos ⁊ ego vnū ſer
monē quē ſi dixeritis mihi: ⁊ ego vobis
dicā i q poteſtate hec facio. Baptiſmum
iohānis vñ erat: e celo: an ex hoibus. At
illi cogitabāt iter ſe dicētes. Si dixerimꝰ
e celo: dicet nobis. Quare ergo nō credi
diſtis illi. Si aūt dixerimꝰ ex hoibꝰ: time
mus turbā. Oēs eni habebāt iohānē ſicut 8.14.a.

S.

ꝓphetā. Et reſpondētes ieſu: dixerunt.
Neſcim⁹. Ait illis et ipſe. Nec ego dico
vobis i q̄ poteſtate hec facio. Quid autē
vobis videt̄: Homo quidā habebat du
os filios et accedens ad primū dixit. Fili:
vade hodie opari in vineā meā. Ille aūt
rñdēs ait Nolo. Poſtea aūt pnīa mo/
tus abijt. Accedēs aūt ad alteꝝ dixit ſilr.
At ille rñdens ait: Eo dñe. Et non iuit.
Quis ex duob⁹ fecit voluntatē pr̄is. Di
cūt ei: Prim⁹. Dicit illis ieſus. Amē di
co vobis q: publicani et meretrices p̄cce
dent vos in regno dei. Venit enim ad vos
iohānes i via iuſticie: et nō credidiſtis ei.
Publicāi aūt et meretrices crediderūt ei.
F vos aūt videntes nec pnīam habuiſtis po
Ma.12.a. ſtea vt crederetis ei. ¶ Aliā pabolaꝫ audite.
Luc.20.b. Homo erat pr̄ familias q plātauit vineā
Eſaie.5. et ſepē circūdedit ei: et fodit i ea torcular et
edificauit turrī: et locauit eā agricolis: et p
egre pfectus ē. Cū aūt tp̄s fructuū appro
pinquaſſet: miſit ſuos ſuos ad agricolas
vt acciperent fructus eius. ¶ Et agricole
J.22.a. appreheñſis ſuis eius: aliū ceciderūt: aliū
occiderūt: aliū vero lapidauerūt. Iteruꝫ
miſit alios ſeruos plures priorib⁹: et fece
runt illis ſilr. Nouiſſime aūt miſit ad eos
filiū ſuum dicens: verebunt̄ filiuꝫ meum
Agricole aūt vidētes filium dixerūt intra
Mar.12.b. ſe. ¶ Hic eſt heres: venite occidam⁹ euꝫ:
Gen.37. et habebim⁹ hereditatē eius. Et apprehē
B ſum eū eiecerūt extra vineā: et occiderunt
Cū ergo venerit dñs vinee: qd faciet agri
colis illis? Aiūt illi. Malos male pdet et
vineam ſuā locabit alijs agricolis: q red
dant ei fructum tēporibus ſuis. Dicit ill'
Ma.12.b. ieſus. Nunq̃ legiſtis in ſcripturis. ¶ La
Luc.20.c. pidē quē reprobauerūt edificātes: hic eſt
i.Pe.2.a. factus in caput anguli. A dño factum eſt
Act.4.b. iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris. Jdō
dico vobis q: auferet̄ a vobis regnū dei:
et dabitur genti facienti fructus eius. Et
qui ceciderit ſuper lapidem iſtum cōfrin/
getur: ſuper quem vero ceciderit: cōteret
eum. ¶ Et cū audiſſent principes ſacerdo
Mr.12.b.L. tum et pharisei parabolas eius: cognoue
19.g.et.20.c. runt q de ipſis diceret: et querentes eum
et.22.a. tenere timuerunt turbas: quoniam ſicut
Jo.7.c.et.g. prophetam eum habebant. Et reſpon/
dens ieſus dixit iterum in parabolis eis
dicens. XXII

Simile factū eſt regnuꝫ celoꝝ hoi A
regi qui fecit nuptias filio ſuo. ¶ Et Lu.14.d.
miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos Apo.19.b.
ad nuptias: et nolebant venire. Iterū mi
ſit alios ſeruos dicens: Dicite inuitatis.
Ecce prandiū meum paraui: tauri mei et
altilia occiſa ſunt: et oīa parata venite ad
nuptias. Illi aūt neglexerunt et abierunt
alius in villā ſuā: alius vero ad negocia/
tionē ſuam. ¶ Reliq vero tenuerūt ſuos Z.21.f.
eius: et contumelijs affectos occiderunt.
Rex autē cuꝫ audiſſet iratus eſt: et miſſis B
exercitibus ſuis pdidit homicidas illos:
et ciuitatē illoꝝ ſuccendit. Tunc ait ſeruis
ſuis. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui
inuitati erant nō fuerunt digni. Ite ergo
ad exitus viaꝝ: et q̄ſcūq inueneritis: vo
cate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius i vi
as congregauerunt oēs quos inuenerūt
malos et bonos: et implete ſunt nuptie diſ
cūbentiū. Intrauit aūt rex vt videret diſ/
cūbētes: et vidit ibi hoīeꝫ nō veſtitū veſte
nuptiali. Et ait illi. Amice: quō huc itra/
ſti nō habens veſtē nuptialē? At ille ob/ C
mutuit. Tunc dixit rex miniſtris. ¶ Liga J.25.c.ō.13.g.
tis manibus et pedibus eius mittite eū in J.24.g.ō.20.
tenebras exteriores ¶ ibi erit fletus et ſtri d.3.eſdr.g.
dor dentiū. ¶ Multi aūt ſunt vocati pauci Mar.12.b.
vero electi. ¶ Tunc abeūtes pharisei con Lu.20.d.
ſiliū inierūt vt caperent eū in ſmōe. Et mit
tūt ei diſcipulos ſuos: cum herodianis di
centes. ¶ Magiſter ſcimus q: verax es et Mar.12.c.
viā dei in veritate doces: et nō ē tibi cura
de aliq̃. ¶ Nō eni reſpicis perſonā hoīuꝫ. Act.10.c.
Dic ḡ nobis: qd tibi videt̄. Licet cenſuꝫ
dari ceſari: aut nō? Cognita aūt ieſus ne/
q̄tia coꝝ ait. Quid me tēptatis hypocrite D
Oſtēdite mihi nūmiſma cenſus. At illi ob
tulerunt ei denariū. Et ait illis ieſus. Cu
ius eſt imago hec et ſuperſcriptiō? Dicunt ei
Ceſaris. Tunc ait illis. ¶ Reddite ergo Ro.13.b.
que ſunt ceſaris ceſari et que ſunt dei deo.
Et audientes mirati ſunt: et relicto eo abie
runt. ¶ In illo die acceſſerunt ad eum ſa/ Ac.23.a.
ducei: q dicunt nō eſſe reſurrectionem: et
interrogauerunt eum dicentes. Magi/
ſter moyſes dixit: ſi quis mortuus fuerit
non habens filium: vt ducat frater eius
vxorem illius et ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
¶ Erant autēꝫ apud nos ſeptem fratres: et Mar.12.d.
primus vxore ducta defunctus eſt: et non
habens ſemen reliquit vxorē ſuā frī ſuo.

E Similiter ſecundus ⁊ tertius vſq3 ad ſe-
ptimū. Nouiſſime aūt oīum: ⁊ mulier
defuncta eſt. In reſurrectiōe ergo cuius
erit de ſeptē vxor. Omnes eni hūerūt eā
Rūdēs autē ieſus ait illis. ¶ Erratis ne-
Tim.3.b. ſcientes ſcripturas: neq3 virtutē dei. In
reſurrectiōe eni neq3 nubent neq3 nubē-
tur: ſed erunt ſicut angeli dei in celo. De
reſurrectiōe aūt mortuoꝝ nō legiſtis qd̄
dictū eſt a deo dicēte vobis. ¶ Ego ſū de-
Exo.3. us abraham: ⁊ deus yſaac: ⁊ deus iacob.
Mar.12.c Nō eſt deus mortuoꝝ: ſed viuentiū. Et
F audiētes turbe mirabant̄ in doctrina ei⁹
Mar.12.c ¶ Phariſei aūt audiētes q̄ ſilentium im-
Luc.10.f poſuiſſet ſaduceis cōuenerūt in vnū: ⁊ in-
terrogauit eū vnus ex eis legis docto: tē-
ptans eū. Magiſter. qd̄ eſt mandatū ma-
gnū in lege. Ait illi ieſus. ¶ Diliges dn̄3
Deut.6. deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ in tota aīa tua
⁊ in tota mente tua. Hoc eſt maximū ⁊ p-
G mū mandatū. Secūdū aūt ſimile ē huic.
Leui.19. ¶ Diliges proximum tuū ſicut teipm̄. In
Mar.12.c his duobus mādatis vniuerſa lex pēdet
Ro.13.c ⁊ ꝓphete. Congregatis aūt phariſeis in-
a.7.c. Lu terrogauit eos ieſus dicēs. Quid vobis
10.g. Ja.2.b videt̄ de xp̄o: cuius filius eſt. Dicunt ei
Mar.12.f Dauid. Ait illis ¶ Quomodo ergo da-
Luc.20.g uid in ſpiritu vocat eū dn̄m dicēs. ¶ Dixit
Ps.109. dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. donec
ponā inimicos tuos: ſcabellum pedū tuo-
rū. Si ergo dauid vocat eū dn̄3. quomō
filius ei⁹ eſt. ¶ Et nemo poterat ei reſpō-
Mar.12.f dere verbū: neq3 auſus fuit quiſq3 ex illa
Luc.20.g die eum amplius interrogare.

Capitulum. XXIII.

A Tunc ieſus locutus eſt ad turbas
Luc.11.f. ⁊ ad diſcipulos ſuos dicēs. ¶ Sup
Mar.12.g cathedrā moyſi ſederūt ſcribe et
phariſei. Omnia ergo quecūq3 dixerint vo-
bis ſeruate ⁊ facite: ſecundū opera vo eo-
rum nolite facere. Dicūt eni ⁊ nō faciunt
Luc.11.g. ¶ Alligant aūt onera grauia ⁊ importa-
bilia: ⁊ imponūt in humeros hominū di-
o.6.c. gito autē ſuo nolunt ea mouere. ¶ Omnia
vero opera ſua faciūt vt videant̄ ab hōi-
bus. Dilatant eni phylateria ſua: ⁊ ma-
gnificant fimbrias. ¶ Amāt aūt primos
Mar.12.g recubitus i cenis: ⁊ primas cathedras in
Luc.14.b ſynagogis: ⁊ ſalutationes in foro ⁊ voca-
ri ab hominibus rabbi. Vos autē noli-
te vocari rabbi. Vnus eſt eni3 magiſter

veſter: omnes autē vos fratres eſtis. Et
patrē nolite vocare vobis ſuper terram:
vn⁹ eſt eni pater veſter q̄ i celis ē. ¶ Nec Ja.3.a
vocemini magiſtri: quia magiſter vnus
eſt xp̄s. Qui maior eſt veſtrū: erit mini-
ſter veſter. ¶ Qui aūt ſe exaltauerit humi- Luc.14.c
liabit̄: ⁊ qui ſe humiliauerit exaltabitur. Jac.4.c
¶ Ve autē vobis ſcribe ⁊ phariſei hypo- Luc.11.g
crite qui clauditis regnum celorum ante
homines. Vos enim non intratis nec in-
troeuntes ſinitis intrare. Ve vobis ſcri- C
be ⁊ phariſei hypocrite qui comeditis do-
mus viduarum: orationes longas ora-
ntes: ꝓpter hoc amplius accipietis iudi-
ciū. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite
qui circuitis mare ⁊ aridam: vt faciatis
vnum proſelitum: ⁊ cum fuerit factus:
facitis eum filium gehēne duplo q̄3 vos.
Ve vobis duces ceci q̄ dicitis quicunq3
iurauerit ꝑ tēplū nihil eſt: q̄ aūt iurauerit
in auro tēpli debito: eſt. Stulti ⁊ ceci: qd
eni maius eſt: aurū an templū qd̄ ſanctifi-
cat aurū. Et q̄cunq3 iurauerit i altare ni- D
hil eſt: q̄cūq3 aūt iurauerit in dono qd̄ eſt
ſuper illud: debet. Ceci quid eni maius
eſt: donum: an altare qd̄ ſanctificat donū
Qui ergo iurauerit in altari iurat in eo ⁊
in oibus que ſup illud ſunt. Et q̄cūq3 iu-
rauerit in tēplo: iurat in illo ⁊ in eo q̄ ha-
bitat in ipſo. Et qui iurat in celo iurat in
throno dei ⁊ in eo qui ſedet ſup eū. ¶ Ve Luc.11.f.
vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite qui de-
cimatis mentā ⁊ anethū ⁊ ciminū: ⁊ reliq- E
ſtis que grauiora ſunt legis iudiciū ⁊ mi-
ſericordiā: ⁊ fidē. Hec oportuit facere: ⁊
illa nō omittere. Duces ceci excolātes cu-
licē. camelū aūt glutiētes: ¶ Ve vobis ſcri- Luc.11.f
be ⁊ phariſei hypocrite: qui mūdatis qd̄
de foris eſt calicis ⁊ parapſidis: intus aūt
pleni eſtis rapina ⁊ imunditia. ¶ Phari- o.15.b.
ſee cece mūda prius qd̄ intus eſt calicis ⁊
parapſidis: vt fiat ⁊ id qd̄ de foris ē mū-
dū. ¶ Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypo-
crite: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealba- Luc.11.f.
tis: que a foris parent hominibus ſpecio- Ac.23.a
ſa. intus vero plena ſunt oſſibus mortuo-
rū ⁊ omni ſpurcitia. ¶ Sic ⁊ vos a foris
quidē parētis hominibus iuſti: intus au- Ro.1.c.a
tem pleni eſtis hypocriſi ⁊ iniquitate. 7.d.
¶ Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite:
qui edificatis ſepulchra prophetarum et Luc.11.g
ornatis monumēta iuſtoꝝ ⁊ dicitis. Si fuiſ- F

ſēmus in diebus patrum noſtroꝝ: nō ēē
mus ſocij eoꝝ in ſanguine prophetaruꝫ.
Luc.xi.g. ¶ Itaqꝫ teſtimonio eſtis vobiſmetipſis:
i.Theſ.2.d. qꝛ filij eſtis eoꝝ qui ꝓphetas occiderunt
Et vos iplete menſuraꝫ patrꝝ veſtroꝝ.
S.3.c.L.3.b ¶ Serpentes genimia viperaꝝ: quomo
do fugietis a iudicio gehenne? Ideo di/
Mr.12.g. co vobis. ¶ Ecce ego mitto ad vos ꝓphe
tas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occide/
Act.5.d. tis ⁊ crucifigetis ¶ ⁊ ex eis flagellabitis in
2.Cor.xi.e. ſynagogis veſtris: ⁊ pſequimini de ciui
tate in ciuitatē vt veniat ſup vos ois ſan
Heb.xi.a. guis iuſtus qui effuſus ē ſup terrā ¶ a ſan
B guine abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinē zacha/
rie filij barachie: quē occidiſtis inter tem
plum ⁊ altare. Amen dico vobis veniēt
Luc.13.g. hec oia ſup generationē iſtā. ¶ Hieruſa
lem hieruſalē: q̄ occidis ꝓphetas ⁊ lapi/
das eos q ad te miſſi ſunt quotiēs volui
congregare filios tuos quēadmodū galli
na cōgregat pullos ſuos ſub alas: ⁊ no/
luiſti. Ecce relinquetꝛ vobis dom⁹ veſtra de
ſerta. Dico enim vobis non me videbi/
tis amodo donec dicatis. Bñdictus qui
venit in noīe domini. XXIIII.

A ¶ ET egreſſus ieſus de tēplo ibat.
Mar.13.a.L Et acceſſerūt diſcipuli eius vt oſ̄
19.g.⁊.21.b. derēt ei edificatiōes tēpli. Ipſe aūt
reſpondēs: dixit illis. Videtis hec oia?
Amē dico vobis: nō relinquetꝛ hic lapis
ſuper lapidē qui nō deſtruatꝛ. Sedēte aūt
eo ſuper montē oliueti: acceſſerunt ad eū
diſcipuli ſecreto dicētes: Dic nobis quā/
do hec erunt: ⁊ qđ ſignū aduentus tui et
cōſumationis ſeculi. Et reſpōdens ieſus
Mar.13.b.L dixit eis. ¶ Videte ne quis vos ſeducat.
21.b.Eph.5. Multi enim venient in noīe meo dicētes
b.i.Cor.3.d. Ego ſū chriſtus: ⁊ multos ſeducēt. Au
Col.2.d. B dituri eni eſtis ꝓlia ⁊ opiniōes ꝓlioꝝ: vi
Mr.13.b. dete ne turbemini. ¶ Oportet eni hec fieri:
Luc.21.c. ſed nōdū eſt finis. Cōſurget eni gēs i gē
tem: ⁊ regnū in regnū: ⁊ erunt peſtilētie
⁊ fames ⁊ iremot⁹ p loca. Hec aūt omnia
Mar.13.b. initia ſunt doloꝝ. ¶ Tunc tradēt vos i tri
Lu.21.c.Io. bulationē: ⁊ occidēt vos: ⁊ eritis odio oi
15.f. bus gētibus ꝓpter nomē meū. Et tunc
ſcādalizabuntꝛ multi: ⁊ inuicem tradēt: ⁊
odio habebunt inuicē: Et multi pſeudo ꝓ
phete ſurgēt ⁊ ſeducēt multos: ⁊ qm̄ abū
dabit iniqtas: refrigeſcet charitas multo
rū. ¶ Qui autē pſeuerauerit vſqꝫ in finē
S.10.c.Mr. hic ſaluus erit. Et ꝑdicabit h̄ euangeliū
.13.c.Ro.10.

regni i vniuerſo orbe i teſtimoniū oībus c.Ac.1.b.
gētibus: ⁊ tūc veniet ꝯſumatio. ¶ Cum ḡ Mr.13.d.L
videritis abhominationē deſolatōis: que
dicta eſt a daniele ꝓpheta ſtātē in loco ſā
cto: q legit intelligat. ¶ Tunc q i iudea ſūt Mr.13.d.
fugiant ad mōtes: ⁊ qui i tecto nō deſcen Lu.21.d.
dat tollere aliqđ de domo ſua: ⁊ q i agro: Mr.13.d.L
nō reuertatꝛ tollere tunicā ſuā. ¶ Ve autē 21.d.Eſa.13.
pregnātibus ⁊ nutriētibus in illis dieb⁹ Ezechiel.13.
¶ Orate aūt vt nō fiat fuga vr̄a in hyeme Mar.13.d.
vel ſabbato. ¶ Erit enim tunc tribulatio Mar.13.d.
magna q̄lis nō fuit ab initio mundi vſqꝫ Lu.21.e.
modo: neqꝫ fiet. ¶ Et niſi breuiati fuiſſet Mar.13.e.
dies illi: nō fieret ſalua ōis caro: ſed ꝓpt Mar.13.e.
electos breuiabūtꝛ dies illi. ¶ Tunc ſiquis Luc.17.e.
vobis dixerit: ecce hic ē xp̄s aut illic: noli Mar.13.e.
te credere. ¶ Surgent enim pſeudo chri/
ſti ⁊ pſeudo prophete ⁊ dabunt ſigna ma
gna ⁊ prodigia: ita vt in errorem inducā
tur ſi fieri poteſt etiam electi. Ecce predi/ D
xi vobis. ¶ Si ergo dixerint vobis ecce i Luc.17.e.
deſerto eſt: nolite exire: ecce in penetrali
bus: nolite credere. ¶ Sicut enim fulgur Lu.17.e.Eſa.
exit ab oriente ⁊ paret vſqꝫ in occidentem 5.⁊.13.Iob
ita erit ⁊ aduentus filij hominis. ¶ Vbi/ 26.Dan.7.
cunqꝫ fuerit corpus: illuc congregabuntꝛ Luc.17.g.
⁊ aquile. Statim autem poſt tribulationē
dierū illoꝝ ¶ ſol obſcurabitur: ⁊ luna nō Iohel.2.
dabit lumen ſuum: ¶ ⁊ ſtelle cadent de ce Mar.13.f.
lo ⁊ virtutes celoꝝ ꝯmouebuntur: ⁊ tūc
parebit ſignū filij hominis in celo. Et tūc E
plangent oēs tribus terre ⁊ videbunt fili
um hoīs venientē i nubibus celi cū vir/
tute multa ⁊ maieſtate. ¶ Et mittet āgelos Mr.13.f.
ſuos cū tuba ⁊ voce magna: ⁊ ꝯgregabūt
electos eius a quattuor ventis: a ſummis
celoꝝ vſqꝫ ad terminos eoꝝ. ¶ Ab arbo Mar.13.f.
re aūt fici diſcite parabolā: cū iam ramus Luc.21.f.
eius tener fuerit ⁊ folia nata: ſcitis qꝛ pro
pe eſt eſtas. Ita ⁊ uos cum videritis hec
oia: ſcitote qꝛ ꝓpe eſt in ianuis. ¶ Amen Mar.13.g.
dico vobis: qꝛ nō ꝑteribit generatio hec Luc.21.f.
donec oia fiant. Celū ⁊ terra tranſibunt:
verba autē mea non preteribunt. De die
aūt illa ⁊ hora nemo ſcit: neqꝫ angeli celo
rū: niſi pater ſolus. ¶ Sicut aūt in diebus Lu.17.f.
noe: ita erit ⁊ aduentus filij hoīs. Sicut 1.Pe.3.b.
enim erant in diebus añ diluuiū comedē
tes ⁊ bibētes nubētes ⁊ nuptui tradentes
vſqꝫ ad eum diem quo intrauit noe in ar F
cam ⁊ non cognouerunt donec venit di/
luuium ⁊ tulit omnes ita erit ⁊ aduentus

Lu.17.g. filij hois. ¶ Tūc duo erūt in agro: vnus
aſſumetur τ vnus relinquetur. Duc molen/
tes i mola: vna aſſumetur τ vna relinquetur
Duo i lecto vn⁹ aſſumetur: τ vn⁹ relinquetur
Mar.13.g ¶ Vigilate ergo q: neſcitis qua hora dn̄s
Luc.12.e veſter ventur⁹ ſit. Illud autē ſcitote: qm̄
Apo.3.a ſi ſciret pr̄familias q̄ hora fur venturus eēt
vigilaret vtiqz: τ nō ſineret pfodi domū
ſuā. Ideo τ vos eſtote parati: q: q̄ neſci
Lu.12.e tis hora fili⁹ hois ventur⁹ eſt. Quis pu
B taſ eſt fidelis ſeruus τ prudēs: quē p̄ſtitu
it dn̄s ſupra familiā ſuā: vt det illis cibū
Lu.c. Apo. 16.d. in tpe. ¶ Btūs ille ſeruus: quē cū venerit
dn̄s ei⁹ inuenerit ſic facientē. Amen dico
2.Cor.5.a vobis: qm̄ ſup oia bona ſua p̄ſtituet eū
Si aūt dixerit malus ſer⁹ ille i corde ſuo:
morā facit dn̄s meus venire: τ cepit per
cutere p̄ſeruos ſuos: mādūcet aūt τ bibat
cū ebrioſis: veniet dn̄s ſerui illius in die
q̄ non ſperat: τ hora q̄ ignorat: τ diuidet
eū: partemq; ei⁹ ponet cū hypocritis. ¶ Illic
8.22.f.25.c fletus τ ſtridor dentiū. XXV

A Nunc ſimile erit regnū celoꝝ de/
cē virginibus: q̄ accipiētes lam
pades ſuas exierūt obuiā ſponſo
τ ſponſe. Quinqz aūt ex eis erāt fatue: et
qnqz prudētes. Sed qnqz fatue acceptis
lampadibus nō ſumpſerūt oleum ſecum
Prudentes vero acceperūt oleū i vaſis
ſuis cū lampadib⁹. Morā aūt faciēte ſpō
ſo: dormitauerunt omnes τ dormierūt.
1.Theſ.5.a. ¶ Media autem nocte clamor factus eſt
ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Tūc
ſurrexerunt omnes virgines ille: τ orna
uerunt lampades ſuas. Fatue autem ſa/
B pientibus dixerunt. Date nobis de oleo
veſtro: quia lampades noſtre extinguntur
Reſponderunt prudentes dicētes. Ne
forte non ſufficiat nobis τ vobis. ite po
tius ad vendētes τ emite vobis. Dū aūt
irēt emere: venit ſpōſus: τ q̄ parate erāt
intrauerunt cū eo ad nuptias: τ clauſa ē
ianua. Nouiſſime vero veniūt τ relique
3.7.c. Luce. 13.c. virgines dicētes. ¶ Domine dn̄e: aperi
nobis. At ille rn̄dens ait. Amē dico vo
J.16.d. bis: neſcio vos. ¶ Vigilate itaqz qa ne/
Luc.19.b. ſcitis diē neqz horā. ¶ Sicut enim homo
Mr.13.g peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſu/
os: τ tradidit illis bona ſua. Et vni de/
dit qnqz talenta: alij autem duo: alij ve
ro vnum vnicuiqz ſecundū p̄priam vir
E. tutem: τ p̄fectus eſt ſtatim. Abijt autem

qui quinqz talenta acceperat: τ operatus
eſt in eis: et lucratus eſt alia quinqz. Si/
militer qui duo acceperat: lucratus ē alia
duo. Qui autem vnum acceperat: abiēs Luc.16.a
fodit in terram: et abſcondit pecuniā do
mini ſui. ¶ Poſt multum vero tpis ve/
nit dn̄s ſeruoꝝ illoꝝ et poſuit ratione cū
eis. Et accedens qui quinqz talenta acce
perat: obtulit alia quinqz talenta. dicens
Domine quinqz talenta tradidiſti mihi ec Luc.19.c.
ce alia quinqz ſuperlucratus ſum. Ait il D
li dominus eius. ¶ Euge ſerue bone τ fi
delis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſup
multa te conſtituam intra in gaudiū do
mini tui. Acceſſit autem et qui duo talen
ta acceperat: et ait. Domine duo talenta
tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſū.
Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone
et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis
ſupra multa te cōſtituam: intra in gaudi
um domini tui. Accedens autem et qui
vnum talentū acceperat ait. Domine ſcio
q: homo durus es: metis vbi non ſemina
ſti: et congregas vbi nō ſparſiſti et timēs
abij et abſcondi talentum tuum in terra.
Ecce habes quod tuū eſt. Reſpondens
autem dominus eius dixit ei: Serue ma E
le et piger: ſciebas quia meto vbi non ſe
mino: et congrego vbi nō ſparſi. Opor
tuit ergo te cōmittere pecuniam meā nu/
mularijs: τ veniens ego recepiſſem vti
qz quod meum eſt cum vſura. Tollite ita
qz talentum: τ date ei qui habet decem ta 8.13.b. L.8
lenta. ¶ Omni enim habenti dabitur τ abū c.τ.19.d.
dabit: ei autem qui non habet: τ quod vi Mar.4.c.
detur habere auferetur ab eo: τ inutilem Luc.13.f.
ſeruū eijcite in tenebras exteriores. ¶ Il/
lic erit fletus τ ſtridor dentium. Cum au
tem venerit filius hominis in maieſtate
ſua τ omnes angeli cum eo: tunc ſedebit
ſuper ſedem maieſtatis ſue. τ congrega/
buntur ante eum omnes gentes τ ſepa/
rabit eos ab inuicem: ſicut paſtor ſegre/
gat oues ab edis. Et ſtatuet oues quidē F
a dextris: hedos autem a ſiniſtris. Tūc Apo.19.d
dicet his qui a dextris eius erunt. ¶ Ve/
nite benedicti pris mei. poſſidete paratū Eph.1.a
vobis regnū. ¶ a conſtitutione mundi.
Eſuriui enim τ dediſtis mihi manduca
re. Sitiui. τ dediſtis mihi bibere. Ho/
ſpes eram: τ collegiſtis me. Nudus: et
operuiſtis me. Infirmus. τ viſitaſtis me

In carcere eram: ⁊ veniſtis ad me. Tūc
reſpondebunt ei iuſti dicentes. Domine
quando te vidimus eſurientem: ⁊ paui/
mus ſitientem: et dedimus tibi potum.
Quando autem te vidimus hoſpitem: ⁊
collegimus te: aut nudū ⁊ cooperuim⁹
te: Aut quando te vidimus infirmum:
aut in carcere ⁊ venimus ad te. Et reſpō
dens rex dicet illis. Amen dico vobis:
quamdiu feciſtis vni de his fratrib⁹ meis
minimis mihi feciſtis. Tunc dicet et his
s.7.f. L.13.f qui a ſiniſtris erunt. ¶ Diſcedite a me
B maledicti in ignem eternum qui paratus
eſt diabolo et angelis eius. Eſuriui enī
et non dediſtis mihi manducare. Sitiui
et non dediſtis mihi potū. Hoſpes erā
⁊ non collegiſtis me. Nudus. et nō ope
ruiſtis me. Infirmus et in carcere. ⁊ nō
viſitaſtis me. Tunc reſpondebūt ei ⁊ ip
ſi dicentes. Domine quando te vidim⁹
eſurientem: aut ſitientem: aut hoſpitem:
aut nudum: aut infirmum. aut in carce/
re: et non miniſtrauimus tibi. Tunc re
ſpondebit illis dicens. Amen dico vo/
bis: quādiu non feciſtis vni de minori/
bus his: nec mihi feciſtis. ¶ Et ibunt hi
Jo.5.e in ſupplicium eternum: iuſti autem in vi
tam eternam.

XXVI

A Et factum eſt cū conſumaſſet ie
ſus ſermones hos omnes: dixit
Mr.14.a discipulis ſuis. ¶ Scitis quia p⁹
Luc.22.a. biduum paſca fiet: et filius hominis tra/
Joh.12.a. detur vt crucifigatur. Tunc congregati
ſunt principes ſacerdotū: et ſeniores po
puli in atrium principis ſacerdotū: qui
dicebatur cayphas: et conſilium fecerunt
vt ieſum dolo tenerent et occiderent. Di
cebant autem. Non in die feſto. Ne for
te tumultus fieret in populo. Cum autē
eſſet ieſus in bethania in domo ſimonis
leproſi. acceſſit ad eū mulier habēs alaba
ſtrum vnguenti precioſi: et effudit ſuper
caput ipſius recumbentis. Videntes au
tem diſcipuli: indignati ſunt dicētes: Vt
quid perditio hec. Potuit enī illud vē
nundari multo: et dari pauperibus. Sci
ens autem ieſus ait illis. Quid moleſti
eſtis huic mulieri. Opus enī bonū ope
B rata eſt in me. Nā ſemper pauperes ha
betis vobiſcum: me autem non ſemp ha
Mr.14.a bebitis. ¶ Mittens enim hec vnguentū

hoc in corpus meum: ad ſepeliendū me Luc.7.f
fecit. Amen dico vobis vbicunq; predi Joh.12.a.
catum fuerit hoc euangelium in toto mū
do: dicetur et q̄ hec fecit in memoriā
eius. ¶ Tunc abijt vnus de duodecim q̄ Mr.14.b
dicebatur iudas ſcarioth: ad principes ſa Luc.22.a
cerdotum et ait illis. Quid vultis mihi
dare: et ego vobis eum tradam. At illi
conſtituerunt ei triginta argenteos: Et
exinde querebat opportunitatem vt eum
traderet. Prima autem die azymorum
acceſſerunt diſcipuli ad ieſum dicentes.
Vbi vis paremus tibi comedere paſca.
At ieſus dixit. Ite in ciuitatem ad quen
dam: ⁊ dicite ei. Magiſter dicit: tempus
meum prope eſt: apud te facio paſca cum
diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſi/
cut conſtituit illis ieſus. ⁊ parauerunt pa Mr.14.b
ſca: ¶ Veſpere autem facto: diſcumbebat Jo.13.c.
cum duodecim diſcipulis ſuis. Et eden/
tibus illis dixit. Amen dico vobis: quia Mar.14.b
vnus veſtrum me traditurus eſt. ¶ Et Luc.22.c.
contriſtati valde ceperunt ſinguli dicere Joh.13.c
Nunquid ego ſum domine. At ipſe re/
ſpondens ait. Qui intingit mecum ma/
num in parapſide: hic me tradet. Filius
quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt s.15.b.
de illo. ¶ Ve autem homini illi: per quē Mr.14.c
filius hominis tradetur. Bonum erat Luc.22.c.
ei: ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpō
dens autem iudas qui tradidit eum dixit C
Nūquid ego ſum rabbi. Ait illi. Tu di Mr.14.c
xiſti. ¶ Cenantibus autem eis accepit ie/ Luc.22.b
ſus panem ⁊ benedixit ac fregit: deditq; Jo.6.f.
diſcipulis ſuis ⁊ ait: Accipite ⁊ comedite Mar.14.c
hoc eſt corpus meum. ¶ Et accipiens ca Luc.22.b
licem gratias egit: ⁊ dedit illis dicēſ. Bi i.Cor.11.c
bite ex hoc omnes. Hic eſt enī ſanguis Heb.9.c
meus noui teſtamēti: qui pro multis effū Mr.14.c
detur in remiſſionem peccatorum. ¶ Di
co autem vobis: non bibam amodo de
hoc genimine vitis vſq; in diem illā cū
illud bibam vobiſcum nouum in regno Mr.14.c.
patris mei. ¶ Et hymno dicto. exierunt Job.13.a
in montem oliueti. Tunc dicit illis ieſus Mar.14.c
¶ Omnes vos ſcandalum patiemini in Zach.13.
me in iſta nocte. ¶ Scriptum eſt enim. Mr.14.c.
Percutiam paſtorem: ⁊ diſpergentur o Job.16.g.
ues gregis. Poſtquam autem reſurre/ Mr.14.c.
xero: precedam vos in galileam. ¶ Re/ Luc.22.d
ſpondens autem petrus ait illi. Et ſi om
nes ſcādalizati fuerint in te: ego nūq; ſcā

daliȥabor. Ait illi ieſus: Amen dico tibi
q: in hac nocte anteq̄ gallus cātet: ter me
Mr.i4.d. negabis. ¶ Ait illi petrus. Etiam ſi opor
Ro.9.d. D tuerit me mori tecum: non te negabo. Si
Mr.i4.d. militer ⁊ omnes diſcipuli dixerūt. ¶ Tūc
Luc.22.d. venit ieſus cum illis in villam que dicit
Job.i8.a. gethſemani. Et dixit diſcipulis ſuis. ¶ Se
Mr.i4.d. dete hic: donec vadam illuc ⁊ orez. Et aſ
ſumpto petro ⁊ duobus filijs ȥebedei ce
pit contriſtari: ⁊ meſtus eſſe. Tunc ait illis
Mr.i4.d. ¶ Triſtis eſt anima mea vſq̄ ad mortem
Job.i2.d. Suſtinete hic: ⁊ vigilate mecum. ¶ Et ꝓ
Mr.i4.d. greſſus puſillum: procidit in faciem ſuā
Luc.22.d. orans ⁊ dicens. ¶ Pater mi: ſi poſſibile
Mr.i4.d. eſt tranſeat a me calix iſte. Veruntamen
Luc.22.c. non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. ¶ Et venit
Mr.i4.d. ad diſcipulos ſuos ⁊ inuenit eos dormiētes
Luc.22.c. ⁊ dicit petro. Sic non potuiſtis vna hora
vigilare mecum: Vigilate ⁊ orate: vt nō
Mr.i4.d. intretis in temptationem. ¶ Spiritus qui
Job.6.g. dem promptus eſt. caro autem infirma.
Mr.i4.d. ¶ Iterum ſecundo abijt: ⁊ orauit dicens
i.6.c. Pater mi ſi nō poteſt hic calix tranſire ni
ſi bibam illum: ¶ Fiat voluntas tua. Et ve
nit iterū: ⁊ inuenit eos dormientes. Erāt
enim oculi eorum grauati. Et relictis illis
iterum abijt ⁊ orauit tertio eundem ſermo
Mr.i4.e. nem dicens. ¶ Tunc venit ad diſcipulos
ſuos: ⁊ dicit illis: Dormite iam ⁊ requie
ſcite. Ecce appropinquabit hora ⁊ filius
hominis tradetur in manus peccatorum
E Surgite eamus. Ecce appropinquabit q
Mr.i4.e. me tradet. ¶ Adhuc eo loquēte: ecce iudas
Luc.22.e. vnus de duodecim venit: ⁊ cum eo turba
Jo.i8.a. multa cum gladijs ⁊ fuſtibus miſſi a prin
cipibus ſacerdotum ⁊ ſenioribus populi
Mr.i4.e. ¶ Qui autē tradidit eū: dedit illis ſignū
dicens: Quēcunq̄ oſculatus fuero ipſe
eſt tenete eum. Et confeſtim accedens ad
ieſum dixit: Aue rabbi. Et oſculatus eſt
eū. Dixitq̄ illi ieſus. Amice ad quid ve
niſti: Tunc acceſſerunt ⁊ manus iniece
Mr.i4.e. runt in ieſum: ⁊ tenuerunt eum. ¶ Et ec
Luc.22.e. ce vnus ex his qui erant cum ieſu: exten
Jo.i8.b. dens manum exemit gladium ſuum: ⁊ ꝑ
cutiens ſeruum principis ſacerdotum am
putauit auriculam eius. Tunc ait illi ihs
Conuerte gladium tuum in locum ſuū.
Ben.9. ¶ Omnes enim qui acceperint gladium:
Apoc.i3.c. gladio peribunt. An putas quia non poſſū
rogare patrem meum: ⁊ exhibebit mihi

modo pluſq̄ duodecim legiones angelo
rum: Quomodo ergo implebuntur ſcri
pture: Quia ſic oportet fieri. In illa hora
dixit ieſus turbis. ¶ Tanq̄ ad latronē exi Mr.i4.e.
ſtis cum gladijs ⁊ fuſtibus comꝓhende Luc.22.e.
re me. Quotidie apud vos ſedebam do F
cens in templo ⁊ non me tenuiſtis. Hoc
autē totū factū eſt: vt adimplerent̄ ſcriptu
re ꝓphetarum. ¶ Tunc diſcipuli oēs relicto Mr.i4.e.
eo fugerunt. ¶ At illi tenentes ieſum du Mr.i4.f. L
xerunt ad caypham principem ſacerdotū 22.f. Jo.i8.c
vbi ſcribe ⁊ ſeniores conuenerant. ¶ Pe Mr.i4.f. L
trus autem ſequebatur eū a longe: vſq̄ 22.f. Jo.i8.c
in atrium principis ſacerdotū. Et ingreſ
ſus intro ſedebat cum miniſtris: vt vi
deret finem. ¶ Principes autem ſacerdo Mr.i4.f.
tum ⁊ omne concilium querebant falſum Lu.22.g.
teſtimoniū contra ieſum: vt eū morti tra
derent: ⁊ nō inuenerunt: cum multi falſi
teſtes acceſſiſſent. ¶ Nouiſſime autē ve Mr.i4.f.
nerunt duo falſi teſtes ⁊ dixerūt: Hic di
xit. Poſſum deſtruere templum dei: et
poſt triduū reedificare illud. Et ſurgens
ꝑnceps ſacerdotum ait illi: Nihil reſpon
des ad ea que iſti aduerſum te teſtificant̄
Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacer
dotum ait illi. ¶ Adiuro te per deū viuū Mr.i4.f.
vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei Luc.22.g.
Dicit illi ieſus: Tu dixiſti. ¶ Veruntamē Mr.i4.g.
dico vobis. amodo videbitis filiū hois Lu.22.g. Jo
ſedentē a dextris virtutis dei ⁊ venientē 6.g. G
in nubibus celi. ¶ Tunc princeps ſacer Mr.i4.g.
dotū ſcidit veſtimenta ſua dicens. Blaſ
phemauit. Quid adhuc egemus teſtibus
Ecce nūc audiſtis blaſphemiā: Quid vo
bis videtur. At illi reſpondentes dixerūt
Reus eſt mortis. ¶ Tunc expuerūt in fa Mr.i4.g.
ciem eius: ⁊ colaphis eū ceciderūt. Alij au Lu.22.g. Jo
tem palmas in faciē eius dederunt dicen i8.d. Eſa.50.
tes: prophetiȥa nobis chriſte. Quis eſt q Job.30.
te percuſſit. ¶ Petrus vero ſedebat foris i Mr.i4.g.
atrio: ⁊ acceſſit ad eū vna ancilla dicens. Luc.22.f.
Et tu cū ieſu galileo eras. At ille negauit Job.i8.c.
corā oibus dicens: neſcio quid dicis. Ex
eunte aūt illo ianuā: vidit eū alia ancilla:
⁊ ait his qui erant ibi. ⁊ hic erat cum ieſu
naȥareno. Et iterū negauit cū iuramento
quia non noui hominē. Et poſt puſillū
acceſſerunt qui ſtabant: ⁊ dixerunt petro.
Vere ⁊ tu ex illis es: Nam ⁊ loquela tua
te manifeſtū facit. Tūc cepit deteſtari ⁊ iu

fare quia non nouiſſet hominem. Et cō
Mr.14.g. tinuo gallus cantauit. ¶ Et recordatus ē
Luc.22.g. petrus verbi ieſu qđ dixerat: priuſq̄ gal/
lus cantet ter me negabis. Et egreſſus fo
ras fleuit amare. XXVII
A ¶ Mane autem facto: conſiliuꝫ inie
Mr.15.a. runt omnes principes ſacerdotū
Luc.23.a. ⁊ ſeniores populi aduerſus ieſuꝫ
vt eum morti traderent. ¶ Et vinctum ad
Mr.15.a. duxerunt eum: ⁊ tradiderunt pōtio pila/
Luc.23.a. to preſidi. Tunc videns iudas qui eū tra
Jo.18.c. didit q̄ dānatus eſſet penitētia ductus re
tulit triginta argēteos principibus ſacer
Bcū.4. dotū ⁊ ſenioribus dicens. ¶ Peccaui tra
dens ſanguinem iuſtuꝫ. At illi dixerunt.
Quid ad nos: Tu videris. Et proiectis
argenteis in templo receſſit: ⁊ abiens la/
queo ſe ſuſpendit. Principes autēꝫ ſacer
dotum acceptis argenteis dixerunt. Nō
licet eos mittere in corbonam quia preci
um ſanguinis eſt. Concilio autem inito:
emerunt ex illis agrum figuli in ſepultu/
Act.1.c. ram peregrinorum: ¶ propter hoc voca/
tus eſt ager ille acheldemach: hoc ē ager
B ſanguinis: vſqꝫ in hodiernum diē. Tūc
impletum eſt quod dictum ē per hieremi
Hie.32. am prophetam dicentem. ¶ Et acceperūt
Zach.11. triginta argenteos: preciū appreciati quē
appreciauerunt a filijs iſrael: ⁊ dederunt
Mr.15.a. L eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi
23.a. Jo.18.f dominus. ¶ Jeſus autem ſtetit ante preſi
dem: ⁊ interrogauit eum preſes dicens.
Tu es rex iudeorū: Dicit illi ieſus. Tu di
cis. ¶ ⁊ cum accuſaretur a principibus ſa
Mr.15.a. cerdotum ⁊ ſenioribus: nihil reſpondit.
Joh.19.b. Tunc dicit illi pilatus: Non audis quan
ta aduerſum te dicunt teſtimonia. et non
reſpondit ei ad vllum verbum: ita vt mi/
raretur preſes vehementē. ¶ Per diē aūt
Mr.15.a. ſollennē cōſueuerat preſes populo dimit
Luc.23.c. tere vnum vinctū quem voluiſſet. ¶ Ha
Mr.15.b. bebat autem tunc vinctum inſignē quī di
Jo.18.g. cebatur barrabas. Cōgregatis ergo illis
dixit pilatus: Quem vultis dimittā vobis
barrabam: an ieſuꝫ q̄ dicit̄ chriſtus. Scie
bat enim q̄ per inuidiā tradidiſſent eum
Sedente autē illo pro tribunali. miſit ad
eum vxor eius: dicens. Nihil tibi ⁊ iuſto
illi. Multa enim paſſa ſum hodie p̄ viſuꝫ
Mr.15.b. L propter eum. ¶ Principes aūt ſacerdotū
23.c. Jo.18.g ⁊ ſeniores perſuaſerunt populis vt pete/

rent barrabam: ieſum vero pderent. Res Act.3.c.
pondens autē preſes ait illis. Quē vul/ E
tis vobis de duobus dimitti: At illi di/
xerunt. Barrabam. ¶ Dicit illis pilatus. Mr.15.b.
Quid igitur faciam de ieſu qui dicit̄ xp̄s Lu.23.c.
Dicunt omnes. Crucifigat̄. Ait illis pre
ſes. Quid enim mali fecit: At illi magis
clamabant dicentes crucifigatur. Vidēs
autēꝫ pilatus quia nihil proficeret ſed ma
gis tumult⁹ fieret: accepta aqua lauit ma
nus corā populo dicens. Innocens ego
ſum a ſanguine huius iuſti: vos videritis
⁊ reſpondens vniuerſus populus dixit.
Sanguis eius ſuper nos: ⁊ ſuper filios
noſtros. ¶ Tūc dimiſit illis barrabam: ie Mr.15.c. L.
ſum aūt flagellatum tradidit eis vt cruci/ 23.d. Jo.19.c
figeretur. ¶ Tūc milites p̄ſidis ſuſcipien Hie.11.⁊.26.
tes ieſuꝫ in pretorio: cōgregauerūt ad eū Mr.15.c.
vniuerſam cohorteꝫ: ⁊ exuentes eū: chla Jo.19.a.
mydeꝫ coccineam circumdederunt ei. Et
plectentes coronam de ſpinis poſuerunt
ſuper caput eius: ⁊ harundinē in dexte/
ra eius ⁊ genuflexi ante eū: illudebant ei D
dicētes. ¶ Aue rex iudeorū. Et expuentes Mr.15.c.
in eum: acceperunt harundinem ⁊ percu
tiebant caput eius. Et poſtq̄ illuſerunt ei:
exuerūt eum chlamydem ⁊ induerunt eū
veſtimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt cru
cifigerent. ¶ Exeuntes autē inuenerūt ho Mr.15.c.
minē cyreneū: nomine ſimonē: hunc an Luc.23.d.
gariauerunt vt tolleret crucem eius. ¶ Et Mr.15.d. L
venerunt i locū qui dicitur golgotha: qđ 23.e. Jo.19.c
eſt caluarie locus. ¶ Et dederunt ei vinuꝫ Mr.15.b.
bibere cum felle mixtum. Et cū guſtaſſet Jo.19.c.
noluit bibere. ¶ Poſtq̄ autem crucifixe/ Mr.15.d. L
runt eum diuiſerunt veſtimēta eius ſortē 23.e. Jo.19.d
mittentes: vt impleretur quod dictū eſt p̄ Ps.21. E
prophetam dicentē. ¶ Diuiſerunt ſibi ve
ſtimenta mea: ⁊ ſuper veſtem meā miſe/
runt ſortem. Et ſedentes ſeruabant euꝫ.
¶ ⁊ impoſuerunt ſuper caput eius cauſam Mr.15.d.
ipſius ſcriptam: hic eſt rex iudeorum. Luc.23.c.
Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones Jo.19.d.
vnus a dextris ⁊ vn⁹ a ſiniſtris. ¶ Pre Mr.15.d.
tereuntes autem blaſphemabant euꝫ: mo s.26.e.
uentes capita ſua ⁊ dicentes. Vah qui de
ſtruis templum dei: ⁊ in triduo illud ree/
dificas. ¶ Salua temetipſuꝫ: ſi filius dei es Sapien.2.
deſcēde de cruce. ¶ Silr ⁊ p̄ncipes ſacer/ Mr.15.e.
dotū illudētes cū ſcribis ⁊ ſenioribus dice Luc.23.e.
bant. Alios ſaluos fecit: ſeipſuꝫ non poteſt

 34 a

Mr.15.e. ſaluum facere. ¶ Si rex iſrael eſt: deſcen/
dat nūc de cruce: ꝛ credim⁹ ei. Cōfidit in
deo: liberet nūc eū ſi vult. Dixit. n. q2 fili
Mr.15.c. us dei ſum. ¶ Idipſm autē ꝛ latrones qui
Luc.23.f. crucifixi erāt cū eo īproperabāt ei. A ſex/
ta autē hora tenebre facte ſunt ſup vniuer/
ſam terrā: vſqꝫ ad horā nonam. Et circa
horā nonā clamauit ieſus voce magna di
F cens: Heli: heli lamaçabathani. Hoc ē.
Mr.15.e. ¶ Deus meus: deus meus: vt qd dereli/
quiſti me? Quidā autē illic ſtantes: ꝛ au
Mr.15.f. dientes dicebant. Heliā vocat iſte. ¶ Et
Luc.23.c. cōtinuo currēs vnus ex eis acceptā ſpon
Jo.19.e. giam impleuit aceto: ꝛ impoſuit harundi
Mr.15.f. ni: ꝛ dabat ei bibere. ¶ Ceteri vo dicebāt
Sine: videam⁹ an veniat helias liberās
eum. Jeſus autē iterū clamans voce ma
Mr.15.f. gna: emiſit ſpiritum. ¶ Et ecce velū tēpli
Luc.23.f. ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſqꝫ
Apo.6.c. deorſum. ¶ ꝛ terra mota eſt: ꝛ petre ſciſſe
ſunt: ꝛ monumenta aperta ſunt: ꝛ multa
corpora ſanctoꝝ qui dormierant ſurrere/
Heb.11.d. runt. ¶ ꝛ exeuntes de monumētis poſt re
ſurrectionē eius venerunt in ſcām ciuita
Mr.15.f. tē ꝛ appuerunt multis. ¶ Centurio autē
Luc.23.g. ꝛ q cū eo erant cuſtodientes ieſū: viſo ter
remotu ꝛ his que fiebant: timuerunt val
Mr.15.f. de dicentes. Vere fili⁹ dei erat iſte. ¶ Erāt
aūt ibi mulieres multe a longe: que ſecu/
te erāt ieſum a galilea miniſtrātes ei: inter
quas erat maria magdalene: ꝛ maria ia/
B cobi: ꝛ ioſeph mat: ꝛ mater filioꝝ zebedei
Mr.15.g. ¶ Cū aūt ſero factū eēt: venit qdaꝫ homo
Luc.23.g. diues ab arimathia: noie ioſeph: qui ꝛ ip
Jo.19.g. ſe diſcipulus erat ieſu. Hic acceſſit ad pi/
latū: ꝛ petijt corpus ieſu. Tunc pilat⁹ iuſ
Mr.15.g. ſit reddi corp⁹. ¶ ꝛ accepto corpore ioſeph
Lu.23.g. īuoluit illud in ſyndone munda: ꝛ poſuit il
Jo.19.g. lud in monumēto ſuo nouo: qd exciderat
i petra. ꝛ aduoluit ſaxū magnū ad oſtium
Mr.15.g. monumēti et abijt. ¶ Erat autē ibi maria
magdalene ꝛ altera maria: ſedentes ꝯ ſepul
chꝝ. Altera aūt die que ē poſt paraſceue:
cōuenerunt pncipes ſacerdotū ꝛ phariſei
ad pilatum dicētes. Dñe recordati ſum⁹
q2 ſeductor ille dixit adhuc viuens: p⁹ tres
dies reſurgā. Jube ḡ cuſtodiri ſepulchꝝ
vſqꝫ in diē tertium: ne forte veniāt diſci/
puli eius ꝛ furēt eum: ꝛ dicant plebi. ſur
rexit a mortuis. et erit nouiſſimus error
peior priore. Ait illis pilatus. Hētis cuſto
diam. ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem
abeuntes. et munierunt ſepulchrum ſi/
gnantes lapidē cū cuſtodib⁹. XXVIII
¶ Veſpere autem ſabbati que lu/ A
ceſcit in prima ſabbati. venit ma/ Mar.16.a.
ria magdalene et altera maria vi Lu 24.a.
dere ſepulchrum. Et ecce terremotus fa Jo.20.a.
ctus eſt magnus. Angelus enim domini
deſcendit de celo. et accedens reuoluit la
pidem. et ſedebat ſuper eum. Erat autē
aſpectus eius ſicut fulgur. et veſtimenta
eius ſicut nix. Pre timore autem eius ex
territi ſunt cuſtodes. Et facti ſunt velut
mortui. Reſpondens autem angelus di
xit mulierib⁹. ¶ Nolite timere vos. Scio Mr.16.c.
enim q ieſum qui crucifixus eſt queritis. Lu.24.a.
non eſt hic. ſurrexit enim. ſicut dixit. Ve
nite et videte locum vbi poſitus erat do/
minus. Et cito eūtes dicite diſcipulis ei⁹
quia ſurrexit. et ecce precedet vos in gali
leam. Ibi eum videbitis. ecce predixi vo B
bis. ¶ Et exierunt cito de monumento cū Mar.16.e.
timore ꝛ gaudio magno: currentes nun/ Lu.24.b.
ciare diſcipulis eius. Et ecce ieſus occur/
rit illis dicens: Auete. Ille autem acceſſe
runt ꝛ tenuerunt pedes eius: ꝛ adoraue/
runt eum. Tunc ait illis ieſus. Nolite ti/
mere. ¶ Ite nūciate fratribus meis vt eāt. Heb.2.c.
in galileam: ibi me videbunt. Que cum C
abijſſent: ecce quidam de cuſtodibus ve/
nerunt in ciuitatem ꝛ nunciauerunt prin
cipibus ſacerdotum omnia que facta fue/
rant. Et congregati cum ſenioribus con
ſilio accepto: pecuniam copioſam dederūt
militibus dicentes. Dicite quia diſcipuli
eius nocte venerunt: ꝛ furati ſunt eū nobis
dormientibus. Et ſi hoc auditum fue
rit a preſide: nos ſuadebim⁹ ei ſecuros vos
faciemus. At illi accepta pecunia: fecerūt
ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt ver
bum iſtud apud iudeos vſqꝫ in hodier/
nam diem. Vndecim autem diſcipuli abi
erunt in galileam in montem vbi conſti/ D
tuerat illis ieſus. ¶ Et videntes eum ado Mar.16.f.
rauerunt: quidam autem dubitauerunt.
Et accedens ieſus: locutus eſt eis dicens
Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ꝛ i
terra. Euntes ergo docete omnes genteſ Z.11.g.
baptiçantes eos in nomine patris ꝛ filij: Luc.10.f.
ꝛ ſpiritusſancti. docentes eos ſeruare oia
quecūqꝫ mandaui vobis. Et ecce ego vo
biſcum ſum omnibus diebus: vſqꝫ ad cō
ſummationem ſeculi.

Explicit euangelium ſm Matheum.

Incipit prologus ſancti hieronymi in euangelium ſm marcum.

Marcus euãgeliſta dei electus ⁊ petri in baptiſmate filius: atqȝ in diuino ſermone diſcipulus ſacerdotium in iſrael agens ſecundum carnem leuita: ad fidem chriſti conuerſus: euangelium in italia ſcripſit: oſtendens in eo quid et generi ſuo deberet ⁊ chriſto. Nam initiũ principij in voce prophetice exclamationis inſtituens: ordinem leuitice electiõis oſtendit: vt predicans predeſtinatum iohannem filiũ zacharie in voce angeli annunciantis emiſſum: non ſolum verbũ carnem factum: ſed ⁊ corpus domini in omnia per verbum diuine vocis animatum in initio euangelice p̄dicationis oſtẽderet vt qui hec legens ſciret cui initium carnis in domino: ⁊ ieſu aduenientis habitaculum caro deberet agnoſcere: atqȝ ĩ ſe verbum vocis quod in cõſonantibus perdiderat: inueniret: Deniqȝ cum perfecti euangelij opus intrans: ⁊ a baptiſmo domini predicare deuȝ incohoans: nõ laborauit natiuitatem carnis quã in prioribus viderat dicere: ſȝ totius exprimẽs expoſitionem deſerti: ieiunium numeri: temptationem diaboli: congregationem beſtiarum: ⁊ miniſterium protulit angelorum: ⁊ inſtituens nos ad intelligendũ ſingula in breui compingens ne auctoritatẽ facte rei demeret: ⁊ perficiendi operis plenitudinem non negaret. Deniqȝ amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dicit: vt ſacerdotio reprobus haberetur: ſed tãtum conſentiens fidei predeſtinata potuit electio: vt nec ſic in opere verbi perderet quod prius meruerat in genere. Naȝ alexandrie epiſcopus fuit. Cuius per ſingula opus ſcire ⁊ euãgelij in ſe dicta diſponere: ⁊ diſciplinam legis in ſe agnoſceret: ⁊ diuinam in carne domini intelligere naturam. Que in nos primum requiri oportet: dehinc inquiſita volumus agnoſci habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat ⁊ qui rigat: vnum ſunt: qui autem incrementum preſtat deus eſt.

Explicit prologus. Incipit Regiſtrũ in euangelium marci.

Sancto iohanne ba- 1
ptiſta ⁊ victu ⁊ habi-
tu: iuſdem: baptiȝat
ieſus ⁊ temptatus vi-
cit: predicans penitẽ-
tiam. Petrum ⁊ cete-
ros ſequi iubet: hoiẽ
ab immundo ſpiritu
eripuit: ſocrum petri a febribus liberat: le-
proſum mundat.
Paralyticum iubet tollere grabatum: le- 2
ui alphei ſequi ſe iubet ⁊ dicit non eſſe o-
pus ſanis medicũ: diſcipuli ſabbato ſpi-
cas euellunt.
In ſynagoga ſabbato curat habentẽ ari- 3
dã manum: ⁊ multos ſanat: ⁊ ſpiritus im-
mundi clamabant: Tu es filius dei: duo-
decim nomina apoſtolorũ. Scribe dice-
bãt q͂ i principe demonioꝝ eijceret demo-
nia: matrẽ et fratres dicit q faciũt volun-
tatem dei.
Parabolam ſeminantis dicũ de menſu- 4
ra: de ſemine iactato in terrã: de grano ſi-
napis: nauigãs tẽpeſtateȝ ſedat.
Demoniorum legionẽ ab homine expel- 5
lit ſanat mulierẽ a profluuio ſanguinis:
archiſynagogi filiam mortuam ſuſcitauit
Dicebãt ieſum fabri filium: prophetã nõ 6
ſine honore eſſe niſi in patria ſua: vocat
duodecim: ⁊ cepit eos mittere binos cum
preceptis: herodes dixit ieſum iohannem
baptiſtã. Alij vero dicebant quia helias
ẽ: alij quia propheta: de capite iohannis:
de regreſſu apoſtolorum ad ieſum: de qn-
qȝ panibus ⁊ duobus piſcibus. Ieſus ſu-
pra mare ambulat ⁊ infirmos ſanat: ⁊ qt-
quot tangebant eum ſalui fiebant.
De manibus non lotis: ⁊ ea magis co- 7
inquinare hominem que exeunt de ore: fi-
liam ſyrophenisse a demonio liberat di-
cens: non eſt bonum ſumere panem filio-
rum ⁊ mittere canibus: ſurdum ⁊ mutũ
curat dicens ei effeta.
De ſeptem panibus ⁊ piſciculis paucis 8

ſatiauit quattuoꝛ milia hominum: de ſi/
gno ione: pꝛecepit caueri a fermēto pha
riſeoꝛum ⁊ herodis: ⁊ veniunt bethſaida
⁊ de ſputo ⁊ impoſitione manus: ceci ocu
los aperit: petrum poſt confeſſionem: q2
chriſtus filius dei eſſet dure increpat: di/
cens: vade retro ſathanas. Et turbe cuȝ
diſcipulis dixit. Siquis vult me ſequi de
neget ſemetipſum: ⁊ qui me cōfeſſus fue/
rit: ⁊ verba mea in generatione iſta ⁊c̄.
9 Jeſus in monte transfiguratur: dixit q2
helias venit. Eiecto ſurdo ⁊ muto ſpiri/
tu dicit diſcipulis: hoc genus in nullo po
teſt exire niſi oratione ⁊ ieiunio: pꝛedicit
paſſionem ſuam humilitatem docet: ⁊ nō
eſſe pꝛohibenduȝ qui in nomine eius vir
tutem facit de calice aque: de ſcandalo ma
nus: pedis oculi: de ſale.
10 Vxoꝛem non dimittendā niſi ob foꝛnica
tionem: ieſus dixit: ſinite paruulos veni
re ad me: dixit. Nemo bonus niſi vnus
deus: dixit. vade vende quecunq3 habes
⁊ da pauperibus: difficile qui pecunias
habent in regnum dei introibunt: qui ſi
ſuis renunciauerit centuplum accipiet.
Erunt pꝛimi nouiſſimi: ⁊ venturam ſibi
paſſionem: petitio filioꝛum ȝebedei: q vo
luerit in vobis pꝛimus eſſe: erit omniuȝ
ſeruus: filius hominis non venit vt mi/
niſtraretur ei: ſed vt miniſtraret: de ceco
mendicante curato.
11 De pullo aſine: de ficu quam dominus
maledixit cum eſuriſt: de templo eijcit vē
dentes ⁊ ementes. Sacerdotes ⁊ ſcribe
querebant quomodo eum perderent: fi/
cum aridam factam radicitus: non heſitā
dum in coꝛde: credite: quia accipietis que
petitis: dimittite ſiquid habetis aduerſus
aliquem in oratione. Interrogatus in q̈
poteſtate hec facis.
12 Parabolam de vinea ⁊ colonis: de dena
rio ceſaris: de muliere que ſepteȝ fratres
habuit: de pꝛimo mandato interrogatur
⁊ interrogantem dicit non eſſe longe a re
gno dei: dicit. Quomodo dicunt ſcribe
chriſtuȝ eſſe filiuȝ dauid cuȝ ſit dominus
dicit cauere a ſcribis: de vidua ⁊ gaȝophy
lacio.
13 De templi ſtructura: de vēturis ante diē
iudicij: de paſſione martyrum: de abho/
minatione ⁊ fuga ⁊ pꝛegnantibus: de tri
bulationibus: abbꝛeuiatio dierū: de pſeu
do chriſtis ⁊ pꝛophetis: ſol obtenebꝛatur
⁊ luna non dabit ſplendoꝛem ſuum: ſtel/
le erunt decidentes ⁊c̄. De aduentu chꝛi
ſti: parabola ficus: diem ⁊ horā nemo ſcit
vigilate ⁊ orate neſcitis tempus.
De vnguento effuſo ſuper caput ieſu: pꝛo 14
ditio iude: cuȝ diſcipulis manducauit pa
ſca: dicit vnus veſtrum tradat me: de ſa/
cramento coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis ⁊c̄. ⁊ ca/
ptio ieſu.
Vinctum ieſum duxerunt ad pilatum: ⁊ 15
illuſio: ⁊ crucifixio: ⁊ moꝛs: ⁊ ſepultura
ieſu chꝛiſti.
Reſurrectio ⁊ oſtenſio eius: ⁊ q2 pꝛedica 16
re iubet euangelium.

Explicit Regiſtrum. Incipit
euangelium ſcḋm marcum. Capitulum I

INitium
euāgelij ieſu chꝛi A
ſti filij dei: ſicut ſcri
ptum eſt in Eſaia
pꝛopheta. ¶ Ecce Malach. 3.
mitto angeluȝ me Mt. 11. c.
um ante facieȝ tu Luc. 7. d.
am: qui pꝛepara/ Eſa. 40.
bit viam tuam an Mat. 3. a.
te te. ¶ Vox cla/ Jo. 1. c.
mantis in deſerto. Parate viam domi/
ni: rectas facite ſemitas eius. Fuit in de/
ſerto iohānes baptiȝans ⁊ pꝛedicans ba/
ptiſmum penitentie in remiſſionem pec/
catoꝛum. ¶ Et egrediebatur ad eū omnis Mat. 3. b.
iudee regio: ⁊ hieroſolymite vniuerſi ⁊ Luc. 3. a.
baptiȝabantur ab illo in ioꝛdanis flumi/ Jo. 3. c.
ne: ⁊ confitentes peccata ſua. ¶ Et erat io Mt. 3. a.
hannes veſtitus pilis cameloꝛum: ⁊ ȝo/
na pellicea circa lumbos eius: ⁊ locuſtas:
⁊ mel ſilueſtre edebat: ⁊ pꝛedicabat dicēs B
¶ Venit foꝛtioꝛ me poſt me: cuius non ſū Mt. 3. c. Lu
dignus pꝛocumbens ſoluere corrigiā cal 3. d. Jo. 1. d.
ciamentoꝛum eius. ¶ Ego baptiȝaui vos Mt. 3. c. L.
in aqua: ille vero baptiȝabit vos ſpiritu 3. d. Jo. 1. d.
ſancto. ¶ Et factum eſt in diebus illis ve Act. 19. a.
nit ieſus a naȝareth galilee ⁊ baptiȝatus eſt Mat. 3. f.
a iohanne in ioꝛdane. Et ſtatim aſcendēs Eſa. 42. M.
de aqua: vidit celos apertos: ⁊ ſpiritum 3. g. ⁊ 17. b.
ſanctum tanquam columbam deſcenden L. 3. c.
tem ⁊ manentem in ipſo. Et vox facta eſt

2.Pe.i.d. de celis. ¶ Tu es filius meus dilectus: in
Mt.4.a. te cõplacui. ¶ Et statim spiritꝰ expulit eũ
Luc.4.a. in desertum. Et erat in deserto quadra-
Esa.43. ginta diebus ꝛ quadraginta noctibus: ꝛ
Mt.4.c. temptabať a sathana. ¶ Eratq; cũ bestijs
Mt.4.d. ꝛ angeli ministrabant illi. ¶ Postq̃ aũt
traditus est iohãnes: venit iesus in galile
am. ¶ Predicans euangelium regni dei:
ꝛ dicens. Quoniam impletum est tempꝰ
Mt.4.c. ꝛ appropinquabit regnum dei. ¶ Peni-
Ac.3.d. temini ꝛ credite euangelio. Et preteriens
secus mare galilee vidit simonem ꝛ an-
dream fratrem eius mittentes retia i ma
Mat.4.c. re. Erant enim piscatores. ¶ Et dixit eis
ꝛ.8.c.L.5.b iesus. Venite post me ꝛ faciam vos fieri
Mar.4.f. piscatores hominum. Et protinus relictis
retibus secuti sunt eum. ¶ Et progressus
inde pusillum vidit iacobum zebedei ꝛ io
hannem fratrez eius ꝛ ipsos componen-
tes retia in naui: et statim vocauit illos.
D Et relicto patre suo zebedeo in naui cum
Luc.4.c. mercenarijs secuti sunt euz. ¶ Et ingre
diuntur capharnaum: ꝛ statim sabbatis i
Mt.7.g. gressus in synagogam docebat eos. ¶ Et
Luc.2.g. stupebãt super doctrina eius. Erat enim
Luc.4.c. docens eos quasi potestatem habens: ꝛ
non sicut scribe. ¶ Et erat in synagoga eo
rum homo in spiritu immundo: ꝛ exclama
uit dicens. Quid nobis ꝛ tibi iesu naza-
Luc.4.f. rene. ¶ Venisti perdere nos. Scio q̃ sis
sanctus dei. Et comminatus est ei iesus di-
cens. Obmutesce: et exi de homine. Et
discerpens eum spiritus immundus: et ex
clamans voce magna: exijt ab eo. Et mi
rati sunt omnes: ita vt conquirerent inter
se dicentes. Quid nam est hoc. Que nã
E doctrina hec noua. Quia in potestate spi
ritibus immundis imperat: et obediunt ei
Et processit rumor eius statim in omnem
Mt.8.c. L. regionem galilee. ¶ Et protinus egredië
4.f. tes de synagoga: venerunt in domum si
monis et andree cum iacobo ꝛ iohanne.
Recumbebat autez socrus simonis febri
citans: ꝛ statim dicunt ei de illa. et acce-
dens eleuauit eam apprehensa manu eius
ꝛ continuo dimisit eam febris ꝛ ministra-
Luc.4.g. bat eis. ¶ Vespere autem facto cum occi-
disset sol afferebant ad eum omnes male
habentes ꝛ demonia habentes erat ois
i.3.c. ciuitas congregata ad ianuam ¶ Et cura
uit multos qui vexabantur varijs lãguo
F ribus. Et demonia multa eijciebat ꝛ non
sinebant ea loqui quoniam sciebant eum
Et diluculo valde surgẽs egressus abijt
in desertum locum: ibiq; orabat. et prose-
cutus est eum simon: ꝛ qui cum illo erant
et cum inuenissent eum dixerunt ei: quia
omnes querunt te: ꝛ ait illis. Eamus in
proximos vicos ꝛ ciuitates vt ꝛ ibi predi
cem. Ad hoc enim veni. et erat predicãs
in synagogis eorum ꝛ in omni galilea ꝛ B
Vos ergo videte. Ecce p̃dixi vobis oia
Sed in illis diebus poſt tribulatiõeʒ illã
¶ Sol ꝯtenebrabif. ꝛ luna nõ dabit ſplen Johel.3. F.
dorẽ ſuũ. ¶ Et ſtelle celi erunt decentes: ꝛ Eſa.5.ꝛ.13.
virtutes q̃ in celis ſũt mouebunf. Et tũc Mat.24.d
videbũt filiũ hoīs venientẽ i nubibus cũ Luc.21.e
ꝟtute multa ꝛ gloria. Et tũc mittet ãgelos Daniel.7.
ſuos: ꝛ congregabit electos ſuos a quat-
tuor ventis a ſũmo terre vſqꝫ ad ſũmum
celi. ¶ A ficu aũt diſcite parabolã. Cũ iã ra Mat.24.e
mus eius tener fuerit ꝛ nata fuerint folia Luc.21.f
cognoſcitis qꝫ in p̃ximo ſit eſtas. Sic et
vos cũ videritis hec fieri ſcitote qꝫ i p̃xio
ſit in hoſtijs. Amen dico vobis qm̃ non
trãſibũt generatio hec donec oia iſta fiant B
¶ Celũ ꝛ terra tranſibunt verba aũt meã Mat.24.e
non tranſibunt. De die aũt illo vel hora Luc.16.d
nemo ſcit neqꝫ angeli in celo neqꝫ fili᷒ ni ꝛ.21.f.
ſi pater. Videte: vigilate ꝛ orate. Neſci-
tis eni quando tempus ſit. ¶ Sicut hõ q̃ Mat.25.b
pegre p̃fectus reliquid domũ ſuã: ꝛ de- Luc.19.b
dit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ opis: ꝛ
ianitori p̃cepit vt vigilet ¶ Vigilate ergo Mat.24.f
Neſcitis enim qñ dominus domus ve- Luc.12.e
niat: ſero an media nocte: an galli cantu:
an mane: ne cum venerit repente iueniat
vos dormientes. Quod autẽ vobis di-
co: oibus dico vigilate

Capitulum. XIIII. A

Mat.26.a
¶ Rat autem paſca ꝛ azyma p᷒ Luc.22.a
biduum ꝛ querebant ſummi ſa- Joh.12.a.
cerdotes ꝛ ſcribe quomodo eum
dolo tenerent ꝛ occiderent. Dicebant au Mat.26.a
tem. Non in die feſto ne forte tumultus
fieret in populo: ¶ Et cum eſſet bethanie
in domo ſimonis leproſi ꝛ recumberet:
venit mulier habens alabaſtrum vnguẽ
ti nardi ſpicati p̃cioſi ꝛ fracto alabaſtro
effudit ſuper caput eius. Erant autem q̃
dam indigne ferentes intra ſemetipſos
ꝛ dicentes. Vt quid perditio iſta vnguẽ
ti facta eſt ¶ Poterat enim vnguẽtum Mat.26.a.
iſtud venundari plusqꝫ trecẽtis denarijs
ꝛ dari pauperibus. Et fremebant in eã.
Jeſus autem dixit Sinite eam. Quid il
li moleſti eſtis. ¶ Bonum opus opera- Mat.26.b
ta eſt in me. ¶ Semper enim pauperes
habetis vobiſcum. Et cum volueritis po
teſtis illis benefacere. Me autem non

Mt.26.b. Luc.7.f. Joh.12.a. ſemp habebitis. ¶ Quod habuit hec fecit
ꝓuenit vngere corpus meū in ſepulturā.
Amē dico vobis: vbicūqȝ ꝑdicatū fuerit
B rit euāgeliū iſtud in vniuerſo mūdo: et
Mt.26.b. qd̄ fecit hec: narrabitur in memoriam eius.
Luc.22.a. ¶ Et iudas ſcariothis vnus de duodecim
abijt ad ſūmos ſacerdotes vt ꝓderet eū
illis. Qui audiētes gauiſi ſūt: et ꝓmiſerūt
ei pecuniā ſe daturos. Et querebat quo/
modo illū opportune traderet. Et primo
die azymoꝝ quādo paſca immolabāt: dicūt
ei diſcipuli. Quo vis eamus et paremus
tibi vt mādūces paſca? Et mittit duos ex
Mt.26.b. diſcipulis ſuis et dicit eis. ¶ Ite in ciuita/
Luc.22.a. tē: et occurret vobis hō lagenā aque baiu
lans. Sequimini eū: et quocūqȝ introierit
dicite dn̄o domus: quia mgr̄ dicit. Vbi eſt
refectio mea vbi paſca cū diſcipulis meis
mādūcē? Et ipſe vobis demōſtrabit cena
culū grande ſtratū: et illic parate nobis. et
abierunt diſcipuli eius: et venerūt in ciui
tatē: et inuenerunt ſicut dixerat illis: et pa
Mt.26.b. rauerunt paſca. ¶ Veſpe aūt facto: venit
Joh.13.c. cum duodecī. Et diſcūbentibus eis et mā
ducātibus ait ieſus. Amē dico vobis: quia
vnus ex vobis tradet me: q mādūcat me
cum. At illi ceperunt contriſtari: et dicere ei
ſigillatī: Nūqd ego. Qui ait illis. Vnus
ex duodecim q intingit mecū manum in ca
C tino. Et filius quidē hoīs vadit: ſicut ſcri
Mt.26.b. ptum ē de eo. ¶ Ve aūt hoī illi: ꝑ quē filius
Luc.22.c. hoīs tradetur. Bonum erat ei: ſi non eſſet
Mt.26.c. natus homo ille. ¶ Et mādūcātibus illis
Luc.22.b. accepit ieſus panē: et benedicēs fregit: et
dedit eis et ait. Sumite hoc eſt corpus me
um. Et accepto calice: gr̄as agens dedit
eis. Et biberunt ex illo omnēs. et ait illis.
Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti: q
Mt.26.c. ꝓ multis effundetur. ¶ Amē dico vobis: quia
iā nō bibam de genimine vitis: vſqȝ in diem
illum cum illud bibā nouū in regno dei.
Mt.26.c. ¶ Et hymno dicto: exierunt in mōtē oliuaꝝ.
Joh.18.a. et ait eis ieſus. Oēs ſcādalizabimini in no
Zach.13. cte iſta: quia ſcriptum eſt ¶ percutiam paſto
rē et diſpergentur oues. Sed poſtea ꝙ re/
Mt.26.c. ſurrexero ꝓcedā vos in galileā. ¶ Petrus
Luc.22.d. autē ait illi. et ſi oēs ſcādalizati fuerint: ſed
D nō ego. et ait illi ieſus. Amen dico tibi: quia
tu hodie in nocte hac priuſqȝ gallus vocem
bis dederit: ter me es negaturus. At ille
Mt.26.c. amplius loquebatur. ¶ Et ſi oportuerit me ſi
mul cōmori tibi: nō te negabo. Similiter autē

et oēs dicebāt. ¶ Et veniūt in ꝑdium cui no Mt.26.d.
men Gethſemani: et ait diſcipulis ſuis.
¶ Sedete hic donec orē. et aſſumit petrum Mt.26.d.
et iacobū et iohānē ſecum: et cepit pauere Mt.26.d.
et tedere. ¶ Et ait illis. Triſtis eſt aīa mea Joh.12.d.
vſqȝ ad mortē. Suſtinete hic et vigilate. Mt.26.d.
¶ Et cum ꝓceſſiſſet paululū ꝓcidit ſup terrā Luc.22.d.
et orabat vt ſi fieri poſſet trāſiret ab eo ho Mt.26.d.
ra. et dixit. ¶ Abba pr̄ oīa tibi poſſibilia ſūt Luc.22.e.
trāſfer calicē hunc a me. Sed nō qd̄ ego Jo.6.c.
volo: ſed qd̄ tu. ¶ Et venit et inuenit eos dor Mt.26.d.
mientes. et ait petro. Simō dormis? Non Luc.22.e.
potuiſti vna hora vigilare. Vigilate et ora
te: vt nō intretis in tētationē. ¶ Spūs quidē Mt.26.d.
ꝓmptus eſt caro vero infirma. et iterū abi Jo.6.g.
ens orauit eūdē ſmonē dicēs. et reuerſus Mt.26.d.
denuo: inuenit eos dormiētes. erant enim
oculi eoꝝ grauati: et ignorabāt qd reſpon
derent ei. et venit tertio: et ait illis: Dor/ E
mite iā et requieſcite. Sufficit. Venit hora
ecce filius hoīs tradetur in manus peccatoꝝ
Surgite eamus. ecce q me tradet ꝓpe ē.
¶ Et adhuc eo loquēte: venit iudas ſcarioth Mt.26.e.
vnus de duodeci et cū eo turba multa: cū Luc.22.e.
gladijs et lignis miſſia ſummis ſacerdo Jo.18.a.
tibus et ſcribis et ſenioribus. ¶ Dederat Mt.26.e.
aūt traditor eis ſignū dicens. Quēcunqȝ
oſculatus fuero ipſe eſt tenete eū: et ducite
caute. et cū veniſſet ſtatī accedēs ad eū ait
Aue rabbi. et oſculatus ē eū. At illi manus
iniecerunt in illum: et tenuerunt eū. ¶ Vnus Mt.26.e.L.
aūt qdā de circūſtātibus educēs gladium 22.c.Jo.18.b
ꝑcuſſit ſuū ſummi ſacerdotis: et amputauit
illi auriculā. ¶ Et rūdēs ieſus ait illis. Tā Mt.26.e.
ꝙ ad latronē exiſtis cū gladijs et lignis cō Lu.22.e.
ꝓhēdere me. ¶ Quotidie erā apud vos in Jo.18.d.
tēplo docēs et nō me tenuiſtis. Sed vt im/
pleantur ſcripture. ¶ Tūc diſcipuli eius re/ Mt.26.f.
linquētes eum oēs fugerunt. Adoleſcēs
aūt qdā ſeqbatur eum amictus ſyndone ſu
per nudo: et tenuerūt eum. At ille reiecta F
ſyndone nudus ꝓfugit ab eis. ¶ Et addu Mt.26.f.
xerunt ieſum ad ſummū ſacerdotē: et cōue Luc.22.f.
nerūt omnēs ſacerdotes et ſcribe ſeniores. Mt.26.f.
¶ Petrus aūt a longe ſecutus ē eū vſqȝ in Luc.22.f.
tro in atrium ſummi ſacerdotis: et ſedebat Joh.18.c.
cum miniſtris ad ignem et calefaciebat ſe. Mt.26.f.
¶ Sūmi vo ſacerdotes et oē cōcilium q̄re Luc.22.g.
bant aduerſus ieſū teſtimoniū: vt eū morti
traderēt nec inueniebāt. Multi āt teſtimoniū
falſum dicebāt aduerſus eū: et cōueniētia te/
ſtimōia nō erāt. ¶ Et qdā ſurgētes: falſum Mt.26.f.

teſtimoniū ferebant aduerſus eū dicētes
Quā nos audiuimus eū dicentem. Ego
diſſoluā tēplū hoc manufactū: ⁊ poſt tri/
duū aliud nō manufactū edificabo. Et nō
erat ꝯueniēs teſtimoniū illoꝝ. Exurgēs
aūt ſūmus ſacerdos ī mediū īterrogauit ie
ſū dicēs. Nō rñdes quicq̄ ad ea q̄ tibi obij
ciunt ab his. Ille aūt tacebat: ⁊ nihil re/
Mt.26.f. ſpōdit. ¶ Rurſū ſummus ſacerdos interro
Lu.22.g B gabat eū: ⁊ dixit ei. Tu es xp̄s filius dei
Mt.26.f. bn̄dicti. ¶ Jeſus aūt dixit illi. Ego ſū: ⁊ vi
Luc.22.g debitis filiū hoīs ſedentē a dextris vir/
Joh.6.g. tutis dei ⁊ venientē cū nubib⁹ celi. ¶ Sū
Mt.26.g mus aūt ſacerdos ſcindēs veſtimēta ſua
Mt.26.g ait. ¶ Quid adhuc deſideram⁹ teſtes. Au
Luc.22.g diſtis blaſphemiā. Quid vobis vr̄. Qui
Mt.26.g oēs ꝯdēnauerūt eū eē reū mortis. ¶ Et
Luc.22.g ceperūt qdam ꝯſpuere eū ⁊ velare faciē
Joh.19.a eius: ⁊ colaphis eū cedere ⁊ dicere ei: ꝓ
Mt.26.g phetiza. Et miniſtri alapis eū cedebant.
Luc.22.f. ¶ Et cū eēt petrus in atrio deorſū: venit
Joh.13.c vna ex ancillis ſūmi ſacerdotis: ⁊ cum vi
diſſet petrū calefacientē ſe: aſpiciēs illum
ait. Et tu cū ieſu nazarēo eras. At ille ne
Mt.26.g gauit dicēs. Neq̄ ſcio: neq̄ noui qd di/
Luc.22.f cas. ¶ Et exijt foras añ atriū: ⁊ gallus cā
Joh.13.e tauit. Rurſus aūt cū vidiſſet illū ancilla
cepit dicere circūſtātibus: q: hic ex illis ē
At ille iterū negauit. Et poſt puſillū rur
ſus q aſtabāt dicebāt petro. Vere ex illis
es. Nā ⁊ galileus es. Ille aūt cepit ana/
thēatizare ⁊ iurare: q: neſcio hoīem iſtū
quē dicitis. Et ſtatim gallus iterū cātauit
Mt.26.g ¶ Et recordatus ē petrus verbi qd dixerat
Luc.22.g ei ieſus: priuſq̄ gallus cantet bis: ter me
A negabis. Et cepit flere. XV.
Mt. 7.a ¶ ET confeſtim mane ꝯſiliū faciētes ſū
Luc.23.a. mi ſacerdotes cū ſenioribus et ſcri
Joh.13.c bis ⁊ vniuerſo ꝯcilio: vincientes
Mt.27.b. ieſū duxerūt ⁊ tradiderūt pilato. ¶ Et īterro
Luc.23.a. gauit eū pilat⁹. Tu es rex iudeoꝝ. At il/
Joh.18.f le rñdēs ait illi. Tu dicis. ¶ Et accuſabāt
Mt.27.b eū ſūmi ſacerdotes ī multis. Pilat⁹ aūt
Jo.19.b. rurſū īterrogauit eū dicēs. Nō rñdes
quicq̄. Vides ī quātis te accuſāt. Jeſus aūt
amplius nihil rñdit: ita vt miraret̄ pilatus
Mt.27.b ¶ Per diē aūt feſtum ſolebat dimittere
Luc.23.c. illis vnū ex vinctis quēcūq̄ petiſſent
Jo.18.g B ¶ Erat aūt q dicebat̄ barrabas: qui cum
Mt.27.b ſeditioſis erat vinct⁹ q in ſeditiōe fecerat
Jo.18.g homicidiū. Et cū aſcendiſſet turba cepit
rogare ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pilatus aūt

rñdit eis ⁊ dixit. Vultis dimittā vobis re Mt.27.b
gē iudeoꝝ. Sciebat enī q̄ ꝑ inuidiā tradi Luc.23.c.
diſſēt eū ſūmi ſacerdotes. ¶ Pōtifices aūt Jo.18.g
ꝯcitauerunt turbā: vt magis barrabā di Act.3.c
mitteret eis. ¶ Pilat⁹ autē iterū rñdens
ait illis. Quid ḡ vultis faciā regi iudeoꝝ C
at illi iterū clamauerūt. Crucifige eū. Pila Mt.27.c
t⁹ vo dicebat illis. quid enī mali fecit. At Luc.23.d
illi magis clamabāt crucifige eū. ¶ Pi/ Joh.19.c
latus aūt volēs populo ſatiſfacere dimi Mt.27.c
ſit illis barrabam: ⁊ tradidit ieſum flagel Joh.16.a
lis ceſum vt crucifigeret̄. ¶ Milites aūt
duxerunt eum in atrium ꝑtorij ⁊ ꝯuocāt
totam cohortem ⁊ induunt eū purpura
⁊ imponūt ei plectentes ſpineam coronā
⁊ ceperunt ſalutare eū. ¶ Aue rex iudeo Mt.27.d
rum. Et percutiebant caput eius harundi
ne: ⁊ conſpuebant eum: ⁊ ponētes genua
adorabant eum. Et poſtq̄ illuſerunt ei:
exuerunt illum purpura: ⁊ induerūt eū
veſtimentis ſuis ⁊ educunt illum vt cru/
cifigerent eum. ¶ Et āgariauerunt ꝑter/ Mt.27.d
euntē quēpiam ſimonē cyreneum veniē Luc.23.d
tem de villa: prēm alexandri ⁊ rufi vt tol D
leret crucem eius. ¶ Et ꝑducunt illum in Mt.27.d
golgotha locū qd eſt interꝑtatū caluarie Luc.23.e.
locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vi/ Joh.19.e
nū: ⁊ non accepit. ¶ Et crucifigentes eū Mt.27.d
diuiſerunt veſtimēta eius mittentes ſor/ Joh.19.e
tē ſuꝑ eis qs quid tolleret. Erat autē ho Mt.27.d
ra tertia: ⁊ crucifixerunt eum. ¶ Et erat ti Luc.23.e.
tulus cauſe eius inſcript⁹ rex iudeorum. Joh.19.d
Et cum eo crucifigūt duos latrones: vnū Mt.27.e
a dextris ⁊ aliū a ſiniſtris eius. ¶ Et im Luc.23.e
pleta eſt ſcriptura q̄ dicit: ⁊ cum iniquis Joh.19.d
reputatus eſt. Et ꝑtereuntes blaſphema/ Eſa.53.
bant eum: mouentes capita ſua ⁊ dicen/ Mt.27.e
tes. ¶ Vah qui deſtruis templum dei: ⁊ Sapien.2 E
in tribus diebus reedificas. ¶ Saluū fac Mt.27.e
temetipſum deſcendens de cruce. ¶ Simili Luc.23.e.
ter ⁊ ſūmi ſacerdotes illudentes ad alter Mt.27.e
utrum cū ſcribis dicebant. Alios ſaluos Mt.27.e
fecit ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Luc.23.f.
¶ Chriſtus rex iſrael: deſcendat nunc de Mt.27.e
cruce: vt videamus ⁊ credamus. ¶ Et qui
cum eo crucifixi erant conuitiabantur ei
Et facta hora ſexta: tenebre facte ſunt per
totam terram vſq̄ in horam nonā: ¶ Et
hora nona exclamauit voce magna dicēs
Heloy: Heloy lamazabathani. Quod
eſt interpretatum. Deus meus: Deus
meus vt quid dereliquiſti me. Et quidā

F de circumſtantibus audientes dicebant.
Mt.27.f. Ecce heliã vocat. ¶ Currens aũt vnus
Luc.23.e. ⁊ implẽs ſpõgiã aceto circũponenſq; ca/
Joh.19.e. lamo: potum dabat ei dicẽs. ¶ Sinite vi/
Mt.27.f. deamus ſi veniat helias ad deponẽdũ eũ.
Joh.19.f. Jeſus aũt emiſſa voce magna expirauit.
Mt.27.f. Et velũ tẽpli ſciſſum ẽ in duo: a ſũmo vſq;
Luc.23.f. deorſũ. ¶ Videns aũt centurio q ex aduer
Mt.27.f. ſo ſtabat: q2 ſic clamãs expiraſſet: ait. Ve
Luc.23.g. re hic hõ filius dei erat. ¶ Erant aũt ⁊ mu
Mt.27.f. lieres de longe aſpiciẽtes: inter quos erat ma/
B ria magdalene: ⁊ maria iacobi minoris: ⁊
ioſeph mr̃ ⁊ ſalome ⁊ cũ eẽt in galilea ſeq̃
bant̃ eũ ⁊ miniſtrabant ei ⁊ alie multe que
ſimul cum eo aſcenderant hieroſolymã.
Mt.27.g. ¶ Et cũ iã ſero eẽt factũ: q2 erat paraſceue
Luc.23.g. qd eſt ante ſabbatũ: venit ioſeph ab arima
Jo.19.g. thia nobilis decurio: q ⁊ ipſe erat expectãs
regnũ dei. Et audacter introiuit ad pila/
tum ⁊ petijt corpus ieſu. Pilatus aũt mi
rabat̃ ſi iam obijſſet. Et accerſito centuri
one interrogauit eũ ſi iã mortuus eſſet. Et
cũ cognouiſſet a centurione: donauit cor/
Mt.27.g. pus ioſeph. ¶ Joſeph aũt mercatus ſyn/
Luc.23.g. donẽ: ⁊ deponẽs eum inuoluit ſyndone: ⁊
Joh.19.g. poſuit eũ in monumẽto qd erat exciſũ de
petra: ⁊ aduoluit lapidẽ ad oſtiũ monumẽ
Mt.27.g. ti. ¶ Maria aũt magdalene ⁊ maria ioſeph
aſpiciebãt vbi poneret̃. XVI
A ET cum tranſiſſet ſabbatum: ma/
ria magdalene ⁊ maria Jacobi ⁊
ſalome emerũt aromata: vt veniẽ
Mt.28.a. tes vngerẽt ieſum. ¶ Et valde mane vna
Luc.24.a. ſabbatorum veniunt ad monumentum: orto
Joh.20.a. iam ſole. Et dicebãt ad inuicẽ. Quis re/
B uoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti?
Et reſpicientes viderũt reuolutum lapi/
dem. Erat quippe magnus valde. Et in
troeuntes i monumentum viderunt iuue
nem ſedentẽ in dextris coopertum ſtola
C candida: ⁊ obſtupuerunt. Qui dicit illis
Mt.28.a. ¶ Nolite expaueſcere. Jeſum queritis na
Luc.24.a. zarenum crucifixum: ſurrexit: non ẽ hic.
Ecce locus vbi poſuerunt eum. Sed ite
dicite diſcipulis eius ⁊ petro: quia prece/
det vos in galileam. Ibi eum videbitis:
Mt.28.b. ſicut dixit vobis. ¶ At ille exeuntes fuge/
Luc.24.b. runt de monumento. Inuaſerat enim eas
D tremor ⁊ pauor: ⁊ nemini quicquam dixe
runt. Timebant enim. Surgens autem
ieſus mane prima ſabbati apparuit primo
marie magdalene de q̃ eiecerat ſeptẽ de/
monia. Illa vadens nũciauit his q̃ cũ eo
fuerant lugẽtibus ⁊ flentibus: et illi au/ E
dientes quia viueret ⁊ viſus eẽt ab ea: nõ Luc.24.c.
crediderũt. ¶ Poſt hec autem duobus ex
his ambulantibus oſtẽſus eſt in alia effi.
gie euntibus i villam: et illi euntes nun
ciauerunt ceteris: nec illis crediderunt.
Nouiſſime aũt recũbentibus illis vnde/
cim apparuit: et exprobrauit incredulita/
tem eorum ⁊ duriciã cordis: q2 his qui vide F
rant eum reſurrexiſſe non crediderunt. Mt.10.b.
¶ Et dixit eis. Euntes in mundum vni/
uerſum: predicate euangelium omni crea
ture. Qui crediderit ⁊ baptiçatus fuerit:
ſaluus erit: qui vero non crediderit con/ G
demnabitur. Signa autem eos qui cre/ Luc.10.c.
diderint hec ſequẽtur. ¶ In nomine meo
demonia eijcient: linguis loquentur no/
uis: ſerpentes tollent. Et ſi mortiferum
quid biberint: non eis nocebit. Super e/
gros manus imponent: ⁊ bene habebũt Act.1.b.
¶ Et dominus quidem ieſus poſtquã lo/ Luc.24.g.
cutus eſt eis. Aſſumptus eſt in celum: ⁊ Apoc.11.c.
ſedet a dextris dei. Illi autem profecti p̄/
dicauerunt vbiq;: domino cooperante: ⁊
ſermonem confirmante: ſequentibus ſi/
gnis.

¶ Explicit euangelium ſm Marcum.

¶ Incipit p̄fatio beati hieronymi preſ/
byteri in euangelium ſm Lucam.

LVcas ſyrus natione
antiocẽſis: arte medi
cus: diſcipulus apo/
ſtolorum poſtea pau
lum ſecutus vſq; ad
conſũmationem eius
ſeruiens domino ſine
crimine. Nam neq;
vxorẽ vnquã habens neq; filios ſeptuagin
ta ⁊ quattuor annorum obijt in bithynia plen⁹
ſpũſcõ. Qui cũ iam ſcripta eſſent euãgelia
p mattheũ quidem in iudea: p marcũ autẽ in
italia ſcõ inſtigãte ſpũ in achaie partibus
hoc ſcripſit euãgeliũ: ſignificãs etiã ipſe in
p̃ncipio ante ſuũ: alia eẽ deſcripta. Cui ex
ea q ordo euangelice diſpoſitiõis expoſcit
ea maxime neceſſitas laboris fuit: vt pri/
mum grecis fidelibus oĩ prophetatiõe vẽ
turi in carnẽ dei xpi manifeſtata humani

tate:ne iudaicis fabulis attendi: i ſolo le/
gıs deſiderio tenerentᷣ: uľ ne hereticiſ fa
bulis ꝛ ſtultis ſollicitationibus ſeducti ex
ciderēt a veritate elaboraret: dehinc ut ī
ꝓnc.pio euangelij: iohānis natiuitate pre
ſumpta: cui euangelium ſcriberet: ꝛ in q̂
electus ſcriberet indicaret: ꝯteſtans in ſe
completa eſſe: que eſſent ab alijs ichoata.
Cui ideo poſt baptiſmū filij dei a perfectō
ne generationis in xp̄o implete: repeten
de a principio natiuitatis humane pote/
ſtas ꝑmiſſa eſt vt requirentibus demon/
ſtraret in quo apprehendens erat per na
than filiū dauid introitu recurrentis ī de
uz generatiōis admiſſo: īdiſſepabilis dei
predicans in hōibus xp̄m ſuum: perfecti
opus hois redire in ſe per filiū faceret: q
per dauid patrē venientibus iter p̄bebat
in xp̄o. Cui luce nō īmerito etiam ſcribē
doꝝ actuū apoſtoloꝝ ptās in miniſterio
datur: vt deo in deū pleno: ꝛ filio perditi
onis extincto: oratiōe ab ap̄lis facta: ſorte
dn̄i electionis numerus cōpleretᷣ. Sicqꝫ
paulus ꝯſūmationem ap̄licis actibus da
ret: quē diu cōtra ſtimulum recalcitrantē
dn̄s elegiſſet. Quod ꝛ legentibus ac req
rentibus deum: ꝛ ſi per ſingula expediri
a nobis vtile fuerat: ſciens tamē ꝙ opan
tem agricolam oporteat ꝑmum de fructi
bus ſuis edere: vitauimus publicā curio
ſitatem: ne non tam volentibus deum de
monſtraſſe videremur: q̄ꝫ faſtidientibus
prodidiſſe.
Explicit p̄fatio. Incipit regiſtrū ī Lucā.
Q mmēdatio çacharie ꝛ eliſa
1 bet. Angelus ait çacharie ex
audita ē orō tua: ꝛ eliſabet pa
riet tibi filiū ꝛ vocabis nomē
eius iohānez: çacharias nō credens ga/
brieli obmutuit. Eliſabet poſt hec ꝯcepit
ꝛ occultabat ſe menſibus qnqꝫ. In mēſe
ſexto: miſſus ē āgelus ad ꝟginē mariā:
ꝛ dixit ei. Aue gratia ꝛc̄. Maria conce/
pto ſaluatore exurgens abijt in montana
ꝛ ſalutauit eliſabet ꝛ dixit eliſabet. Bene
dicta tu ꝛc̄. Et ait maria. Magnificat ꝛc̄
Eliſabet peperit filium: ꝛ octauo die cir/
cuncidit: çacharias loquelā recuperat ꝛ ꝓ
phetat dicens. Benedictus.
Edictū auguſti vt deſcriberetᷣ orbis: ma
2 ria peperit filium ſuum primogenitum.
Angelus natiuitatem chriſti paſtoribus
nunciauit: ꝛ paſtores dicebant ad inuicē.
Tranſeamus vſqꝫ ad bethleem iesus cir
cuncidītur. Symeon accepit ieſum in vl
nas ſuas dicens. Nunc dimittis ꝛc̄. Et
ſymeon dixit marie. Ecce poſitus eſt hic
in ruinam ꝛc̄. Et anna ꝓphetiſſa ſuper/
ueniens confitebatur dn̄o: ꝛ loquebatᷣ de
illo omnibus qui expectabant redemptio
nez iſrl̄. Jeſus inuentus in medio doctoꝝ
ꝛ ꝙ ſubditus erat marie ꝛ ioſeph.
Johānes predicat baptiſmuz pn̄ie: dicit 3
turb. Genimina viperaꝝ ꝛc̄. facite fructꝰ
dignos penitētie ꝛc̄. pōt deus de lapidi/
bꝰ iſtis ſuſcitare ꝛc̄. Joānes turbis dixit
ꝛ publicanis ꝛ militibus qd agere debeant
dicit venit fortior me cuius ventilabrū in
manu. Johānes corripit herodē: ꝛ bap/
tiçat ieſum: celū aperitur: vox patris au/
ditᷣ. Jeſus erat īcipiens quaſi annoꝝ tri/
ginta ut putabatᷣ filiꝰ ioſeph q fuit heli ꝛc̄
Jeſus plenus ſpiritu ſācto regreſſus ē a 4
iordane: ieiunās q̄draginta dieb' eſurijt
ꝛ temptatᷣ a diabolo: ꝯſūmata temptatiōe
diabolꝰ receſſit ab eo vſqꝫ ad tēpꝰ. Jeſꝰ
regreſſus i virtute ſpūs i galileā: ꝛ fama
exijt ꝑ vniuerſā regionē de illo: venit na
çareth ꝛ itrauit ſynagogā ꝛ legit in libro
eſaie ꝓphete. Spūs dn̄i ꝛc̄. oēs teſtimo/
niū dabāt illi: dicebant: q̄ filius ioſeph ē:
ieſus dicit: Nemo ꝓpheta acceptus ē in
patria ſua: dicit heliaz miſſum cuz fames
eſſet in ſarepta ad viduā: ꝛ heliſeū curaſ/
ſe a lepra naamā ſyruz. Eijcitur de ciuita
te ieſus: et ducitᷣ vſqꝫ ad ſupciliū mōtis ut
p̄cipitetᷣ: demonia eijcit ab hoīe ſocrū
ſymonis curat: ꝛ alios curat manꝰ impo
nēs demones clamabāt cū exirēt. Tu es
filius dei ꝛ īcrepās nō ſinebat eos loq di
xit: oportet me euāgelizare regnū dei.
Cū turbe irruerēt ad euz: ut audirēt ꝟbū 5
dei aſcēdit nauem petri: docebat de naui/
cula turbas. Jeſus dixit petro: duc i altū
ꝛ laxa te recia vr̄a in capturā: hoc facto cō
cluſerūt piſciū multitudinē: ꝛ rete eoꝝ rū
pebatᷣ: qđ cum videret petrus dixit: Exi
a me: peccator ſum dn̄e: dixit petro. ex h̄
eris hoīes capiēs: leproſum mūdat: ꝛ pa
ralyticū curat: dicit ieſus leui ſedēti ad telo
neū. Seq̄re me: ꝛ fecit leui ꝯuiuiū: pharī
ſei murmurabant ꝛ ieſus dicit. Nō egēt
q ſani ſunt medico ꝛc̄. phariſei dicunt ieſu
q̄re diſcipuli iohānis ieiunāt frequenter,

poſt h̄ ieſus dicit ſiſitudinē de cōmiſſura
veſtimēti noui ꝛ nemo mittit vinū nouū i
vtres veteres.
6 Diſcipuli ſabbato ſpicas vellūt: ieſus di/
cit q· dauid i domo dei panes ꝓpoſitiōis
ſumpſit. Manū aridā hñtē curat: aplōs
elegit i mōte: in loco cāpeſtri i multos cu/
rat a lāguorib⁹: q: virtus ꝛc̄. Octo beati
tudines: poſt h̄ dicit: ve vobis diuitibus
ve vobis ꝛc̄. Dicit diligite inimicos vr̄os
Qui te percutit i maxillā prebe ꝛc̄. oī petē
ti te tribue: ꝓut vultis ut faciāt vobis ho
mies ꝛc̄. Si diligitis eos qui vos diligūt
q̄ vobi gr̄a eſt. Mutuū date: nihil inde ſpe
rātes. Eſtote miſericordes: nolite iudica
re: eadem mēſura q̄ ꝛc̄. Nūqd pōt cecus
cecū ducere: nō ē diſcipul⁹ ſup magiſtrū.
Eijce ꝑmū trabē: vnaqueqꝫ arbor de fru
ctu ſuo cognoſcit͛. Qui audit ſermones
ꝛ non facit cui ſimilis eſt.
7 Seruū cēturionis curat: filiū vidue mor/
tuū ſuſcitat. Johānes miſit ad ieſū: Tu
es q venturus es ꝛc̄. Et dñs cōmēdat io
hānē: phariſei ꝛ legiſp̄iti ꝯſiliū dei ſpreue
runt. Jeſus dicit phariſeis: q: dicūt iohā
nē demonium hñs: ꝛ filius hominis bō
vorator eſt. Mulier peccatrix lachrymis
pedes ieſu lauit.
8 In itinē ſequentib⁹ ſe viris ac mulierib⁹
ꝑabolā ſeminātis dicit de lucerna ſup cā/
delabrū: dicit abſcōditū māifeſtet͛: q hꝫ da
bit͛ illi: dicit ꝛ matrē ꝛ frēs ſuos eē q ver
bū dei audiūt ꝛ faciūt: nauigās tēpeſtatē
ſedat: legionē expellit: ab hoie et i porcos
mittit ꝛ dicit ei: redi domū tuā: de mulie
re ſanata a ꝓfluuio ſanguis: et de filia iay
ri reſuſcitata.
9 Cōuocatis duodeci diſcipul͛ dedit illis ptā
tē. Et miſit eos ꝑdicare: egreſſi curabāt
vbiqꝫ. Audiuit herodes oia q̄ fiebāt de
ieſu: de qnqꝫ panib⁹ et duob⁹ piſcib⁹: in/
terrogauit diſcipl'os quē dicūt eū eē tur/
be: ꝑcepit diſcipulis ne cui dicerēt q· xp̄s
eēt de⁹: q̄ꝛ oꝫ filiū hoīs multa pati. Jubet
tollere crucē. Qui erubuerit ſermōes ꝛc̄
In mōte trāſfigurat͛: demonium qd̄ di
ſcipuli eijcē nō poterāt eiecit: paſſionē ſu
am ꝑdicit: cogitāt q̄s eorꝫ maior ſit: dicit
ieſus: q minor ē int͛ vos hic maior ē. iohā
nes dicit: vidimus quēdā i noīe tuo eijci
entē demonia. Jebes ꝛ iacob⁹ dicunt ie
ſu: domine vis dicimus ut ignis deſcēdat
de celo: dicit filius hominis nō hꝫ vbi ca
put reclinet: dicit cuidā ihs. Sine ut mor
tui ſepeliant mortuos ſuos.
Poſt hoc deſignauit ieſus alios ſeptua/ 10
ginta duos: meſſis mīta mitto vos agnos
precepta itineris: dicit: ve tibi corozaim.
Qui vos audit me audit: dicit: videbam
ſathanā ſicut fulgur de celo cadentē: dicit:
ꝯfitebor tibi pater dñe ꝛc̄. Nemo ſcit q̄s
ſit filius. Beati oculi q vidēt q̄ vos vide
tis: qdā legiſperitus dicit tēptans. Jeſus
dicit: homo quidā deſcendebat ꝛc̄.
Docet orare pat̄ ſcificet͛ nomē tuum. Cō 11
moda mihi tres panes: oīs q petit accipit
erat ieſus eijciens demonium: qdā dixe/
runt in beelzebub eijcit demonia: regnū
in ſeipſū diuiſum deſolabit͛: dicit ſpūs i/
mundus reuertar in domum meā. Bea
tus venter qui te portauit: de ſigno ione
de lucerna. Lucerna corporis oculus: la
uandum potius quod intus eſt dare ele/
moſinā pronunciat: ve multa dicit: pha
riſei inſtentes capere aliquid ex ore eius.
A phariſeis monet cauendum: ꝛ non ti/ 12
mendum eos qui corpus occidunt: dicit
qui me confeſſus fuerit ꝛ qui me negaue
rit. Blaſphemia im ſpiritum ſanctum nō
remittetur. Spiritus ſanctus docet reſpō
dere ꝛ loqui. Quidam dicit: magiſter dic
fratri meo vt diuidat mecum hereditatē
dicit cauere ab omni auaritia: ſimilitudo
diuitis. Stulte hac nocte morieris. Noli
te ſolliciti eſſe: conſiderate lilia agri: queri
te regnum dei. Nolite timere puſill⁹ grex
vendite que poſſidetis ꝛ date elemoſynā
facite ſacculos. vbi theſaurus ibi ꝛ cor.
Sint lumbi veſtri precincti: ieſus petro
dicit: felicem eſſe bonum diſpenſatorem:
venit dominus ſerui in die qua non ſpe/
rabit ꝛ vapulabit plagis multis cui mul/
tum datum eſt: multum queretur ab eo:
ignem veni mittere in terram. Tres in
duo ꝛ duo in tres diuidet. Hipocrite fa/
ciem celi ꝛ terre noſtis probare ꝛc̄. cum
vadis cum aduerſario tuo: de nouiſſimo
minuto.
Sub exemplo galileorum occiſorum ma 13
net agendam penitentiam: de ficulnea in
fructuoſa. Mulierem decē ꝛ octo annis
curuam erigit. Archiſynagogo indignā
ti quia curaſſet ſabbato: reſpondit: regnū
celorū grano ſinapis ꝛ fermento ſimile

eſſe: contendite intrare per anguſtā poꝛ
tam. Neſcio vnde ſitis: nouiſſimi q erāt
pꝛimi: herodē vulpem vocat: hieruſalem
que occidis pꝛophetas.
14 Hidropicum curat: recumbe in nouiſſi-
mo loco: qui ſe exaltat humiliabit: cū fa
cis pꝛandium aut cenam noli vocare ami
cos ꝛc̄. Inuitati ad cenam excuſant ſe: ſe
ſeq: odire parentes: baiulare crucem: iu-
bet: parabola volentis edificare turrem:
ꝛ regis volentis cōmittere bellum: q nō
renunciat omnibus ꝛc̄. de ſale.
15 Parabola centum ouiū ꝛ drachme: de
gaudio angeloꝝ ſuper vno peccatoꝛe: pa
rabola de filio ꝓdigo.
16 De villico cui dictū eſt redde rationē vil
licationis: q fidelis eſt in minimo ꝛ in ma
ioꝛi fidelis eſt ꝛc̄. Nemo pōt duobus do
minis ſeruire: auari phariſei deridebant
eū. Jeſus dicit: deus nouit coꝛda: lex ꝛ ꝓ
phete vſq ad iohānē: de apice legis vxo
rē nō dimittere: de diuite ꝛ laçaro.
17 De ſcandalo: coꝛreptio fraterna: ſepties
in die dimittendū: ſi haberetis fidē ſicut
granū ſynapis: dicite ſerui inutiles ſumꝰ
de decem leproſis mundatis. Regnum
dei intra vos eſt: ventura pꝛedicit de ſeip
ſo: ſicut factum eſt in diebus noe de die iu
dicii ꝛc̄.
18 Opoꝛtet ſemper oꝛare: de iudice deū nō
timente ꝛ de vidua: de oꝛatione phariſei
ꝛ publicani qui ſe exaltat humiliabit dicit
ſinite venire paruulos ad me: nemo bo-
nus niſi ſolus deus dicit q̄cūq habes vē
de ꝛ da pauperibus: q̄ difficile q pecuni
as habent in regnum dei itrabunt remu
neratio illoꝝ qui dimittunt ſua ꝓpter de-
um: p̄dicit paſſionem ſuam ꝛ moꝛtē ꝛ ipſi
non intellexerunt: cecum illuminat.
19 De çacheo: decem minarū ſimilitudinē
ponit: habēti dabit: inimicos ſuos āte ſe
iubet occidere ſup pullum aſine ſedet: tur
be diſcipuloꝝ ceperunt deum laudare di
centes. Benedictus q venit rex: dicit ie-
ſus: ſi hi tacuerint lapides clamabunt: fle
uit ieſus ſuper hierl'm: ꝛ pꝛedicit deſtru-
ctionē eius. Eiicit vendentes ꝛ ementes
de templo principes ſacerdotum ꝛ ſcribe
querebant perdere ieſum.
20 Interrogatus ieſus in q̄ ptāte hec facis:
r̄ndit baptiſmū iohānis de celo erat: an ex
hominibus de colonis vinee q occiderūt
ſeruos: lapidē quem repꝛobauerunt ꝛc̄.
Reddite q ſunt ceſaris ꝛc̄. de muliere q̄
ſeptē fratres habuit: deus nō eſt moꝛtuoꝝ
ſed viuoꝝ ꝛc̄. Quō xp̄s ſit filius dauid:
attendite a ſcribis q volunt ambulare in
ſtolis qui deuoꝛant domus viduaꝝ.
Dicit hec vidua paup plus ꝛc̄. de templo 21
dicit non relinquetur lapis ꝛc̄. quādo hec
erunt: ꝛ quod ſignum cum fieri incipient
ſurget gens contra gentem terremotus
erunt. initient vobis manus: ponite i coꝛ
dibus vr̄is: de capillo ꝛ patientia: de hie
ruſalem: tunc qui in iudea ſunt fugient:
de pꝛegnantibus: de pꝛeſſura: hieruſalē
calcabitur a gentibus. erunt ſigna in ſole
ꝛ luna. Virtutes celoꝝ mouebunt. ꝛ tūc
videbunt filium hoīs venientem. videte
ficulneam. celum et terra trāſibunt. docet
cauere a crapula ꝛ ebꝛietate vigilate ꝛc̄.
Appꝛopinquabat paſca ꝛ querebant pn- 22
cipes ſacerdotum eum interficere. ſatha-
nas intrauit in iudam ꝛ tradidit dn̄m. iu
bet paſcha parari: dat diſcipulis coꝛpus ꝛ
ſanguinem: oꝛat in monte. ſudat ſangui-
nem. capitur: ſeruo auriculā amputatam
ſanat. petrus ter negat xp̄m. percutit bla
ſphematur. illuditur. in concilium ducit.
interrogatur ſi ſit xp̄s ꝛc̄.
Ducitur ad pilatum. ꝛ accuſatur coꝛā eo 23
dicunt cōmouit populum docēs. pilatus
mittit ad herodem ieſum. ab herode ſper
nitur ꝛ remittitur ad pilatum. ꝛ facti ſunt
amici herodes ꝛ pilatus. barrabas dimit
titur. ieſus crucifigitur. moꝛitur ꝛ ſepelit
Reſurgit a moꝛtuis. apparuit diſcipulis 24

Explicit regiſtrum. Incipit pꝛoemium
beati Luce in euangelium ſuum.

Quoniam quidem multi cona
ti ſunt oꝛdinare narrationes
que in nobis cōplete ſunt re-
rum. ſicut tradiderunt nobis
qui ab initio ipſi viderunt. ꝛ
miniſtri fuerunt ſermonis. viſum eſt ꝛ mi-
hi aſſecuto oīa a pꝛincipio diligenter ex
oꝛdine tibi ſcribere optime theophile. vt
cognoſcas eoꝛum verboꝝ de quibus eru
ditus es veritatem.

Incipit euangelium ſecundū Lucam:
Capitulum. I.

a Fuit in die
bus herodis regis iu
dee: ſacerdos qdam
noīe çacharias de vi
ce abia: ⁊ vxor illius
de filiabus aaron ⁊
nomē eius eliſabeth
Erant aūt iuſti ābo ante deū: icedentes i
oībus mandatis ⁊ iuſtificatioībus dñi ſi/
ne querela. Et nō erat illis fili⁹: eo φ eēt
eliſabeth ſterilis: ⁊ ambo ꝓceſſiſſent ī die
bus ſuis. Factū eſt aūt cū ſacerdotio fun/
gerek çacharias in ordine vicis ſue āñ de
um ſcdm ꝯſuetudinē ſacerdotij ſorte exijt
vt incenſū poneret: ingreſſus i templum
dñi. Et oīs multitudo ppl'i erat orans fo
J.2.b. ris hora incenſi. ¶ Apparuit aūt illi ange
Act.12.a. lus dñi ſtans a dextris altaris incenſi. Et
çacharias turbatus ē vidēs ⁊ timor irru
it ſup eū. Ait aūt ad illū angelus. Ne ti/
meas çacharia: qm̄ exaudita ē deprecatio
tua. Et vxor tua eliſabeth pariet tibi filiū
⁊ vocabis nomē ei⁹ iohannē: ⁊ erit gau/
dium tibi ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuita/
te eius gaudebunt. Erit. n. magnus corā
B dño: ⁊ vinū ⁊ ſiceram nō bibet. Et ſpū ſcō
replebit adhuc ex vtero matris ſue: ⁊ mul
tos filiorū iſrael cōuertet ad dñm deū ipſo
rum. Et ipſe pcedet ante illū in ſpū ⁊ vir
tute helie vt cōuertat corda patrū in filios
⁊ incredulos ad prudentiā iuſtorū: para/
re dño plebē pfectā. Et dixit çacharias ad
angelū. Vñ hoc ſciā. ¶ Ego eni ſū ſenex
Geñ.18. ⁊ vxor mea ꝓceſſit in diebus ſuis. Et rñ
Judic.13. dens angelus dixit ei. Ego ſū gabriel q
aſto añ deum: ⁊ miſſus ſum loq ad te: ⁊ h
tibi euāgeliçare. Et ecce eris tacens ⁊ nō
poteris loq vſq; in diē q̄ hec fiant ꝓ eo φ
nō credidiſti verbis meis: q̄ iplebunt in
tēpore ſuo. Et erat plebs expectās çachā
riam ⁊ mirabant q tardaret ipſe in tēplo
Egreſſus aūt nō poterat loq ad illos. Et
cognouerūt φ viſionē vidiſſet in templo
Et ipſe erat inuens illis: ⁊ permanſit mu
C tus. Et factū eſt vt ipleti ſunt dies off cij
eius: abijt in domū ſuā: Poſt hos autē
dies ꝯcepit eliſabeth vxor eius: ⁊ occulta
bat ſe menſibus quinq; dicens. Quia ſic fe
cit mihi dñs in diebus qbus reſpexit au/
ferre opprobriū meū inter hoies. In
mēſe aūt ſexto: miſſus ē angelus gabriel
a deo i ciuitatē galilee cui nomē naçareth
ad virginē deſpōſatā viro cui nomē erat
ioſeph: de domo dauid: ⁊ nomē virginis
maria. Et igreſſus āgelus ad eam dixit.
Aue gr̄a plena ¶ dñs tecū bñdicta tu i mu Judith.13.
lieribus. Que cū audiſſet: turbata ē i ſer· Judic.6.
mōe ei⁹: ⁊ cogitabat q̄lis eēt iſta ſalutatio
Et ait angelus ei. Ne timeas maria: iue
niſti. n. gr̄aꝫ apud deū. ¶ Ecce ꝯcipies in Esaie.7.
vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomē eius ieſū
Hic erit magn⁹ ⁊ fili⁹ altiſſimi vocabit
Et dabit illi dñs deus ſedē dauid pris ei⁹
¶ ⁊ regnabit i domo iacob in eternū: ⁊ re Michee.4.
gni eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad D
angelū. Quō fiet iſtud: qm̄ virū non co/
gnoſco. Et rñdens āgelus dixit ei. Spūs
ſcūs ſupueniet in te. ⁊ virtus altiſſimi ob
umbrabit tibi. ¶ Ideoq; ⁊ qd naſcet ex te Esaie.6.
ſcm̄ vocabit fili⁹ dei. Et ecce eliſabeth co
gnata tua: ⁊ ipſa ꝯcepit filiū in ſenectute
ſua. Et h mēſis ē ſextus illi: q̄ vocat ſteri
lis: qr nō erit īpoſſibile apud deū oē vbū
Dixit aūt maria. Ecce ācilla dñi fiat mihi
ſcdm vbū tuum. Et diſceſſit ab illa angel⁹
Exurgēs aūt maria i diebus illis abijt in
mōtana cū feſtinatione i ciuitatē iuda: ⁊ i
trauit i domū çacharie ⁊ ſalutauit eliſabeth
Et factū ē ut audiuit ſalutatiōē marie eli
ſabeth exultauit īfans in vtero ei⁹. Et re
pleta ē ſpū ſcō eliſabeth ⁊ exclamauit voce
magna ⁊ dixit: Bñdicta tu int mulieres E
⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui. Et vñ h mihi:
ut veniat mr̄ dñi mei ad me? Ecce eni ut
facta ē vox ſalutatiōis tue i aurib⁹ meis:
exultauit i gaudio īfans i vtero meo. Et
beata que credidiſti: qm̄ pficient ea q̄ dicta
ſūt tibi a dño. Et ait maria: Magnificat
aīa mea dñm: ⁊ exultauit ſpūs me⁹ i deo
ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatē
ancille ſue: ecce eni ex h beatā me dicent
oēs generatiōes. Quia fecit mihi magna
q potēs ē: ⁊ ſcm̄ nomē ei⁹. Et miſericor/
dia ei⁹ i progenie ⁊ progenies: timētibus
eū. Fecit potētiā in brachio ſuo: diſpſit
ſupbos mēte cordis ſui. Depoſuit potē/
tes de ſede ⁊ exaltauit humiles. Eſuriē/
tes ipleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes
Suſcepit iſrael puerum ſuum memorari
miſericordie ſue. Sicut locut⁹ ē ad pres
noſtros abraā ⁊ ſemini eius in ſcl'a. Ma F
ſit autem maria cū illa qſi mēſib⁹ trib⁹:
⁊ reuerſa ē i domum ſuā. Eliſabeth aūt

ĩpletū ē tēpus pariēdi: ⁊ peperit filiū. Et
audierunt vicini ⁊ cognati eiꝰ: q2 magni
ficauit dñs miſicordiā ſuā cū illa: ⁊ cógra
tulabant̃ ei. Et factū ē ĩ die octauo vene/
rūt circūcidē puerū: ⁊ vocabāt eū noīe pa
tris ſui zachariā. Et rñdēs mr̄ eiꝰ dixit:
Nequaꝙ̃: ſed vocabit̃ iohānes. Et dixe
rūt ad illā. Quia nemo ē ĩ cognatiōe tua:
q vocet̃ h̄ noīe. Innuebāt aūt patri eius
quē vellet vocari eū. Et poſtulās pugil/
larē ſcripſit dicēs: iohannes ē nomē eiꝰ.
⁊ mirati ſunt vniuerſi. Apertum ē autē
illico os eius ⁊ lingua eius: ⁊ loquebat̃ bñ
dicēs deū. Et factū ē timor ſup oēs vici/
nos eoꝝ: ⁊ ſup oia montana iudee diuul
gabant̃ oia vba hec: ⁊ poſuerūt oēs q au
B dierūt ĩ corde ſuo dicentes: Quis putas
Hiere. i. puer iſte erit? ¶ Etenī manꝰ dñi erat cū
Act. ii. c. illo: Et zacharias pat̃ eius repletus ē ſpū
ſcō: ⁊ ꝓphetauit dicēs: Bñdictꝰ dñs deꝰ
iſrael: q2 viſitauit ⁊ fecit redēptionē ple/
bis ſue. Et erexit cornu ſalutis nobis in
domo dauid pueri ſui. Sicut locutus ē p
os ſanctoꝝ q a ſeculo ſunt ꝓphetarū eius
Salutē ex inimicis noſtris ⁊ de manu oiū
q oderūt nos. Ad faciēdā miſericordiam
cū patribꝰ nr̄is: ⁊ memorari teſtamēti ſui
ſancti. Iuſiurandū qđ iurauit ad abraam
i. Mach. 9. patrē noſtrū daturū ſe nobis. ¶ Vt ſine ti
more de manu inimicoꝝ nr̄oꝝ liberati: ſer
uiamus illi. In ſcitate ⁊ iuſticia corā ipo
oibꝰ diebꝰ noſtris. Et tu puer ꝓpheta al
Ml. ii. c. tiſſimi vocaberis. ¶ Preibis. n. aū faciem
dñi parare vias eius. Ad dandā ſcientiā
ſalutis plebi eius in remiſſionē pctōꝝ eo
rū. Per viſcera miſericordie dei noſtri
in qbus viſitauit nos oriēs ex alto. Illu/
minare his q in tenebris ⁊ vmbra mortꝭ
ſedēt: ad dirigēdos pedes nr̄os in viam
i. Reg. 2. pacis. ¶ Puer autē creſcebat ⁊ ꝯfortaba
tur ſpū: ⁊ erat in deſertis vſqꝫ in diē oſtē
A ſionis ſue ad iſrl̕.

Capitulum. II

FActum ē autē in diebꝰ illis: exijt
edictū a ceſare auguſto: vt deſcri
beret̃ vniuerſus orbis. Hec de/
ſcriptio ꝑma facta ē a pſide ſyrie cyrino.
Et ibant oēs vt ꝓfiterent̃: ſinguli in ſuā
ciuitatē. Aſcēdit autē ⁊ ioſeph a galilea đ
ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid
q vocat̃ bethleē: eo q eēt de domo ⁊ fami
lia dauid: vt ꝓfiteret̃ cū maria deſpōſata
ſibi vxore pgnante. ¶ Factū eſt autē cum Mt. i. d.
eſſent ibi: impleti ſunt dies vt pareret. et
peperit filium ſuum ꝑmogenitū et pānis
eum inuoluit: ⁊ reclinauit eū in preſepio: B
q2 non erat ei locus in diuerſorio. Et pa
ſtores erant in regione eadem vigilātes
⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſuper gre
gē ſuum. ¶ ⁊ ecce angelus dñi ſtetit iuxta Act. ii. a.
illos: ⁊ claritas dei circūfulſit illos. ¶ ⁊ ti Act. 9. a.
muerunt timore magno. ⁊ dixit illis an/
gelus. Nolite timere. ¶ ecce enim euange Eph. 2. d.
lizo vobis gaudium magnum quod erit
oi populo: q2 natus eſt vobis hodie ſalua
tor qui eſt xp̄s dominus in ciuitate dauid
⁊ hoc vobis ſignum. Inuenietis infantē
pannis inuolutum ⁊ poſitum in preſepio
⁊ ſubito facta eſt cum angelo multitudo
militie celeſtis: laudantium deum ⁊ dicē
tium. Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in ter/
ra pax hominibus bone voluntatis. ⁊ fa
ctum eſt: vt diſceſſerunt ab eis angeli in
celum paſtores loquebantur ad inuicem.
Tranſeamus vſqꝫ bethleem: ⁊ videamꝰ C
hoc vbū qđ factum eſt: quod fecit domi/
nus ⁊ oſtendit nobis. ⁊ venerunt feſtinā
tes: ⁊ inuenerunt mariā ⁊ ioſeph: ⁊ infan
tem poſitū in pſepio. Vidētes aūt cogno
uerūt de vbo: qđ dictū erat illis de pue/
ro hoc. Et oēs q audierāt mirati ſūt: ⁊ de
his que dicta erāt a paſtoribus ad ipſos.
Maria aūt ꝯſeruabat oia vba hec ꝯferēs
ĩ corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glo/
rificātes deū in oibus q̄ audierāt: ⁊ vide
rant ſicut dictū eſt ad illos. Et poſtqꝫ con
ſūmati ſūt dies octo ¶ vt circūcideret̃ puer Gen. 17.
vocatū ē nomē eiꝰ ieſus. Qđ vocatū ē ab Hiere. 4.
angelo priuſqꝫ in vtero cōciperet̃. Et poſt Leuit. 12.
qꝫ impleti ſunt dies purgatōis eiꝰ ſm le
gē moyſi tulerunt illū ĩ hierl̕m vt ſiſterēt D
eū dño: ſicut ſcriptū eſt ĩ lege dñi. ¶ Quia Exo. 34.
oē maſculinū adaperiēs vuluā ſctū dño Deut. 15.
vocabit̃. Et vt darent hoſtiā ſm qđ dcm̄ Leui. 5. ⁊. 12.
ē in lege dñi: par turturū aut duos pullos
colūbaꝝ. Et ecce hō erat in hierl̕m cui no
mē ſymeon. Et homo iſte iuſtus ⁊ timo
ratus expectans ꝯſolationē iſrael: ⁊ ſpūs
ſanctus erat in eo. ¶ Et reſponſum acce/ Act. 10. c.
pat a ſpūſcō: nō viſurū ſe mortē: niſi prius
videret xp̄m dñi: ⁊ venit ĩ ſpū in tēplum.
Et cū inducerent puerū ieſum parētes eius
vt facerent ſm conſuetudinē legis ꝓ eo: ⁊
ipſe accepit eū ĩ vlnas ſuas ⁊ bñdixit deū

⁊ dixit. Nunc dimittis ſeruū tuum dn̄e ſʒ
ꝟbum tuū in pace. Quia viderunt ocu
li mei ſalutare tuū. Qđ paraſti ante faciē
C oium populoꝝ. Lumen ad reuelationē
gentiū ⁊ gloriaʒ plebis tue iſrael. Et erat
pr̄ ei⁹ ⁊ mater eius mirantes ſup his q̄ di
cebantur de illo. Et bn̄dixit illis ſimeō: ⁊
Sopho.i. dixit ad mariā matrē eius. ¶ Ecce poſit⁹
Zach.i4. eſt hic in ruinā: ⁊ in reſurrectionē multo
rum in iſrael: ⁊ in ſignū cui ꝯtradicet. Et
tuā ipſius aīam ptranſibit gladius: vt re
uelentur ex multis cordibus cogitatiões.
Et erat anna propheteſſa filia phanuel de
F tribu aſer: hec ꝓceſſerat in diebus multis
⁊ vixerat cū viro ſuo annis ſeptē a ꝟgini
tate ſua. Et hec vidua vſqʒ ad ānos octo
gintaqttuor: q̄ non diſcedebat de tēplo: ie
iunijs ⁊ obſecrationibus ſeruiens nocte
ac die. Et hec ipſa hora ſupueniens ꝯfitē
bat dn̄o: ⁊ loquebat de illo oībus q expē
ctabant redēptionē iſrael. Et vt pfecert
oīa ſm legē dn̄i: reuerſi ſunt in galileā in
ciuitatem ſuā naçareth. Puer aūt creſce
bat ⁊ ꝯfortabat plen⁹ ſapia: ⁊ grā dei erat
J.i8.b.eſaie. in illo. ¶ Et ibant parētes ei⁹ p oēs ānos
37.Act.3.a. in hierlm i die ſolēni paſce. Et cū factus
eēt ānoꝝ duodecim aſcendētibus illis in
hieroſolymā ſm cōſuetudinem diei feſti:
cōſūmatiſqʒ diebus cū redirent: remanſit
puer ieſus in hierlm ⁊ non cognouerunt
parentes eius. Exiſtimantes āt illum eē
in comitatu: venerunt iter diei: ⁊ reqre
bant eū inter cognatos ⁊ notos. Et non
inuenientes regreſſi ſunt in hierlm: req
rentes eum. Et factum eſt poſt triduū in
uenerunt illū in templo ſedentē in medio
doctoꝝ: audientē illos: ⁊ interrogantem
Mt.7.g. eos. ¶ Stupebant āt oēs q eum audiebāt
ſuper prudentia ⁊ reſponſis eius. Et vi
dentes āmirati ſunt. Et dixit mr̄ eius ad
illum. Fili qd feciſti nobis ſic? Ecce pater
tuus ⁊ ego dolentes q̄rebamus te. Et ait
ad illos. Quid eſt q me querebatis. Ne
ſciebatis q2 ī his q̄ pr̄is mei ſunt oꝫ me eē
Et ipſi non intellexerunt ꝟbum qđ locu
tus eſt ad eos. Et deſcendit cū eis ⁊ venit
naçareth: ⁊ erat ſubditus illis. Et mater
eius conſeruabat oīa ꝟba hec i corde ſuo
I.Reg.2. ¶ Et ieſus ꝓficiebat ſapiā: ⁊ etate: ⁊ gratia
apud deum ⁊ homines. III
A Anno āt quītodecio imperij tyberij
ceſaris: ꝓcurante pōtio pilato iu
deam tetrarcha āt galilee herode: philip
po āt frē ei⁹ tetrarcha iturée ⁊ traconitidis
regionis: ⁊ lyſania abiline tetrarchā: ſub
pncipibus ſacerdotū āna ⁊ caypha: factū
eſt ꝟbū dn̄i ſuper iohānem çacharie filiū Mt.3.a.
in deſerto. ¶ Et venit in oēm regionē ior Mr.i.a.
danis pdicans baptiſmū penitentie in re Jo.3.c.
miſſionē pctoꝝ: ſicut ſcriptum eſt in libro Eſa.40.
ſmonū eſaie pphe. ¶ Vox clamantis in Mat.3.a.
deſerto parate viā dn̄i: rectas facite ſemitas Mar.i.a.
eius. Ois vallis implebit: ⁊ oīs mons Jo.i.c.
⁊ collis humiliabit. ⁊ erunt praua indire B
cta ⁊ aſpa in vias planas: ⁊ videbit omnis
caro ſalutare dei. Dicebat ḡ ad turbas q̄ Mt.3.c.
exiebant vt baptiçarent ab ipo. ¶ Genimi ⁊.23.f.
na viparꝫ: qs oſ̄ndet vobis fugere a ventu
ra ira. Facite ḡ fructus dignos penitētie
⁊ ne ceperitis dicere pr̄em habem⁹ abraā
Dico.n. vobis q2 potens ē deus de lapi C
dibus iſtis ſuſcitare filios abrahe. Jā.n. Mat.3.d.
ſecuris ad radicē arboris poſita ē. ¶ Ois ⁊.7.d.
ḡ arbor non faciens fructum bonū excide
tur ⁊ in ignē mittet. ⁊ interrogabant eū
turbe dicētes: Quid ḡ faciemus? Rn̄dēs
āt dicebat illis. Qui hʒ duas tunicas det
nō hn̄ti ⁊ q hʒ eſcas ſimiliter faciat. Ve
nerunt aūt ⁊ publicani vt baptiçarent: ⁊
dixerunt ad illū. Mgr̄ qd faciemus. At
ille dixit ad eos. Nihil āplius q̄ qđ ꝯſti
tutū eſt vobis faciatis. Interrogabant āt
eū ⁊ milites dicentes. Quid faciemus et
nos? Et ait illis: Neminē ꝯcutiatis neqʒ
calumniā faciatis: ⁊ ꝯtenti eſtote ſtipēdijs
vr̄is. Exiſtimante aūt pplo ⁊ cogitātib⁹
oībus in cordibus ſuis de iohāne: ne for
te ipſe eēt xp̄s: rn̄dit iohānes dicens oīb⁹ D
¶ Ego qdē aqua baptiço vos: veniet aūt Mat.3.c.
fortior: cuius nō ſū dignus ſoluere corri Mar.i.b.
giam calciamētoꝝ eius: ipſe vos baptiça Jo.i.d.
bit in ſpū ſcō ⁊ igni. ¶ Cuius ventilabrū Mat.3.c.
in manu eius ⁊ purgabit areā ſuam ⁊ cō
gregabit triticū in horreū ſuū paleas autē
ꝯburet igni inextinguibili. Multa qdē
⁊ alia exhortans euangeliçabat populo.
¶ Herodes aūt tetrarcha cū corripet ab Mt.i4.i.
illo de herodiade vxore fratris ſui: ⁊ de oi Mar.6.c.
bus malis q̄ fecit herodes: adiecit ⁊ h ſup E
oia: ⁊ incluſit iohānem i carcerē. ¶ Factū Mat.3.ſ.
eſt autē cū baptiçaretur ois ppl's ⁊ ieſu ba Mr.i.b.
ptiçato ⁊ orante: apertum eſt celum ⁊ deſcē Jo.i.c.
dit ſpūs ſcūs corporali ſpecie ſicut colum
ba in ipſum: vox de celo facta eſt. ¶ Tu es Eſa.42.

Mat.3.b. filius meus dilectus in te ↄplacuit mihi.
Mar.i.b. Et ipſe ieſus erat incipiēs q̄ſi ānoꝝ trigi-
ta vt putabat̄ filius ioſeph: q fuit heli: qui
fuit mathat: q fuit leui: q fuit melchi: q fu
it iāne: q fuit ioſeph: q fuit mathathie: q fu
it āmos: q fuit naum: q fuit heſli: q fuit na
ge: qui fuit maath: qui fuit mathathie: qui
F fuit ſemei: qui fuit ioſeph: qui fuit iuda: q
fuit iohanna: qui fuit reſa. q fuit zoroba/
bel: qui fuit ſalathiel: qui fuit neri. qui fuit
melchi: qui fuit addi. qui fuit coſan. qui
fuit helmadan. qui fuit her. q fuit ieſu: qui
fuit heliezer. qui fuit iorim: q fuit mathat
q fuit leui. qui fuit ſymeon. qui fuit iuda.
qui fuit ioſeph. q fuit iona. qui fuit eliachi̅
qui fuit melcha. qui fuit menna: q fuit ma
B thatha. q fuit nathan. qui fuit dauid: q fu
it ieſſe: qui fuit obeth. q fuit boos. qui fuit
ſalmō. q fuit naaſon. qui fuit aminadab.
q fuit aram. qui fuit eſrom: q fuit phares
qui fuit iude. q fuit iacob. qui fuit yſaac. q
fuit abrae. qui fuit thare. q fuit nachor. q
fuit ſaruch. qui fuit ragau. qui fuit falech.
qui fuit heber qui fuit ſale. q fuit chaynan
qui fuit arpharat. q fuit ſem. qui fuit noe.
qui fuit lamech. qui fuit mathuſale. q fuit
enoch. qui fuit iareth. qui fuit malaleel.
q fuit chaynā. q fuit enos. q fuit ſeth. qui
fuit adam. qui fuit dei. IIII

A IEſus autē plenus ſpū ſancto egreſ
ſus eſt a iordane: ⁊ agebat̄ in ſpi/
ritu i deſerto diebus quadragin/
Mt.4.a. ta. ⁊ temptabat̄ a diabolo. Et nihil mā
Mar.i.b. ducauit i diebus illis: ⁊ ↄſumatis illis eſu
Mt.4.a. riit. Dixit autē illi diabolus. Si filius dei
es: dic lapidi huic vt panis fiat. Et rūdit
Exo.34. ad illum ieſus. Scriptum eſt: q2 non in
Deut.8. pane ſolo viuit homo: ſed in omni verbo
dei. Et duxit illum diabolus ⁊ oſtēdit illi
omnia regna orbis terre in momento tē
poris: ⁊ ait illi. Tibi dabo poteſtatē hanc
vniuerſam ⁊ gloriam illoꝝ. q2 mihi tradi
B ta ſunt: ⁊ cui volo do illa. Tu ergo ꝓcidens
ſi adoraueris corā me: erunt tua omnia.
Et reſpondens ieſus dixit illi: Scriptū ē
Deut.6. Dominū deū tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſer
⁊.10. Apoca. uies. Et duxit illum in hierlm ⁊ ſtatuit eū
15.c. Mt.4.c ſup pinnā templi: ⁊ dixit illi: Si filiꝰ dei
Mr.i.b. es: mitte te hinc deorſum. Scriptū eſt. n.
Mt.4.b. Quia angelis ſuis mandauit de te: vt ↄſer/
Ps.90. uent te: ⁊ q2 i manibus tollent te: ne forte
offendas ad lapidē pedem tuum. Et reſ/

pondens ieſus ait illi. Dictum eſt. Nō Deut.6.
temptabis dominum deum tuum. Et
conſummata omni temptatione: diabolus
receſſit ab illo vſq3 ad tempus. Et egreſ Mt.4.g.
ſus eſt ieſus in ꝟtute ſpūs in galileam: ⁊ Mr.3.b.
fama exiit ꝑ vniuerſam regionē de illo. ⁊ Jo.6.a.
ipſe docebat in ſynagogis eoꝝ: ⁊ magni
ficabat̄ ab oībus. Et venit nazareth vbi Mt.13.g.
erat nutritus: ⁊ intrauit ſm ↄſuetudinem
ſuā die ſabbati in ſynagogā: ⁊ ſurrexit le
gere. Et traditus ē illi liber eſaie ꝓphete
Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi ſcri/
ptū erat. Spūs dn̄i ſup me: ꝓpter qđ vn Eſaie.61.
xit me: euangelizare pauperibus miſit me:
ſanare ↄtritos corde: pdicare captiuis re
miſſionē: ⁊ cecis viſū dimittere ↄfractos
i remiſſionē: pdicare ānū dn̄i acceptū: ⁊
diem retributionis. Et cū plicuiſſet librū
reddidit miniſtro ⁊ ſedit. Et oium in ſyna
goga oculi erant intendentes i eum. Ce
pit autē dicere ad illos: q2 hodie impleta ē D
hec ſcriptura i auribꝰ vr̄is. Et oēs te/ Mt.13.g.
ſtimoniū illi dabant: ⁊ mirabātur i ꝟbis Mar.6.a.
gr̄e: q̄ ꝓcedebāt de ore ipſius ⁊ dicebant. Joh.4.f.
Nōne hic ē filiꝰ ioſeph? Et ait illis. Vti/ Mt.13.g.
q3 dicetis mihi hāc ſimilitudinē. Medi/ Mar.6.a.
ce cura teipſum. Quāta audiuimꝰ facta i Joh.6.c.
capharnaū fac ⁊ hic in patria tua. Ait aūt Mt.13.g.
Amē dico vobis: q2 nemo ꝓpheta acceptꝰ Mar.6.a.
ē in patria ſua. In ꝟitate dico vobis: mul Joh.4.f.
te vidue erant i diebꝰ helie i iſrael qū clau 3.Reg.17. ⁊
ſum ē celū annis tribus ⁊ mēſibus ſex: cū 18.Ja.5.d.
facta eēt fames magna i oī terra: ⁊ ad nul
lā illaꝝ miſſus eſt helias niſi in ſarepta ſi
donie: ad mulierē viduā. Et multi lepro 4.Reg.5.
ſi erāt i iſrl' ſub heliſeo ꝓpheta ⁊ nemo eoꝝ E
mūdatꝰ ē niſi naamā ſyrus. Et repleti ſūt
oēs in ſynagoga ira hec audientes. ⁊ ſur
rexerunt ⁊ eiecerūt illū extra ciuitatē ⁊ du
xerunt illū vſq3 ad ſupciliū mōtis: ſup quē
ciuitas illoꝝ erat edificata: vt pcipitarent Jo.10.g.
eū. Ipſe autē tranſiens ꝑ mediū illorum Mar.i.d.
ibat. Et deſcēdit in capharnaū ciuitatē c.2.g.
galilee. Ibiq3 docebat illos ſabbatis. Et Mat.7.g.
ſtupebāt in doctrina eius: q2 in ptāte erat Mar.i.d.
ſmo ipſius. Et in ſynagoga erat hō ha ⁊.7.g.
bens demoniū immundū: ⁊ exclamauit vo Mar.i.d.
ce magna dicēs. Sine. qđ nobis ⁊ tibi ie F
ſu nazarene. Veniſti pdere nos. Scio te
q ſis ſanctus dei. Et increpauit illū ieſus
dicēs. Obmuteſce ⁊ exi ab eo. Et cū ꝓie
ciſſet illud demoniū in mediū: exiit ab illo:

nihilqꝫ illum nocuit. Et factus ē pauor in
oibus: ⁊ colloquebant̃ ad inuicē dicentes.
Q̄ď ē hoc v̄bum qꝛ i ptāte ⁊ v̄tute imp/
at immundis ſpiritibus ⁊ exeunt. Et diuul
gabat̃ fama de illo in oēm locū regionis.
B Surgēs aūt ieſus de ſynagoga itroiuit in
Mar.i.c. domū ſimonis. ¶ Socrus aūt ſimonis te
nebat̃ magnis febribus: ⁊ rogauerūt illū
ꝓ ea. Et ſtās ſup illā imꝑauit febri ⁊ dimi
ſit illā: ⁊ cōtinuo ſurgens miſtrabat illis.
Mar.i.c. ¶ Cū aūt ſol occidiſſet oēs q habebāt ifir/
mos varijs lāguoribus: ducebāt illos ad
eum: at ille ſingulis manus imponēs cu/
rabat eos. Exiebāt aūt demonia a multis
Mar.3.c. ¶ clamātia ⁊ dicētia: qꝛ tu es filius dei. Et
increpās nō ſinebat ea loqui: qꝛ ſciebant
ipſum eſſe xp̄m. Facta autēꝫ die egreſſus
ibat i deſertū locū: ⁊ turbe requirebant eū
⁊ venerunt vſqꝫ ad ipſum ⁊ detinebāt il/
lum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait
Quia ⁊ alijs ciuitatibꝰ oportet me euāge
lizare regnū dei: qꝛ ideo miſſus ſum. Et
erat p̄dicās in ſynagogis galilee. V
A F ¶ Actū eſt autē cum turbe irrue/
Mar.4.a. rēt in eum vt audirent v̄bum dei
⁊ ipſe ſtabat ſecus ſtagnū geneza
reth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus
ſtagnū piſcatores āt deſcēderāt ⁊ lauabāt
retia. Aſcēdēs aūt in vnā nauiꝫ que erat
ſimonis rogauit eū a terra reducere puſil
lum. Et ſedens docebat de nauicula tur/
bas. Vt ceſſauit aūt loqui: dixit ad ſimo/
nē. Duc in altum: ⁊ laxate retia vr̄a in ca
Joh.21.d. pturā. Et rn̄dens ſimon dixit illi. ¶ Pre
B ceptor ꝑ totā noctē laborantes nihil cepi/
mus: i v̄bo autē tuo laxabo rete. Et cum
hoc feciſſent: ꝯcluſerūt piſciū multitudinē
copioſam. Rūpebat̃ autē rete eoꝝ. Et an
nuerūt ſocijs q erāt in alia naui: vt veni/
rēt ⁊ adiuuarent eos. Et venerūt ⁊ imple/
uerunt ambas nauiculas: ita vt pene mer
gerent̃. Q̄ď cum videret ſimon petrus, ꝓ
cidit ad genua ieſu dicens: Exi a me dn̄e:
qꝛ homo peccator ſum. Stupor eni circū/
dederat eum ⁊ oēs q cū illo erant: i captu
ra piſciū quā ceperāt. Similit̃ aūt iacobū
⁊ iohānē filios zebedei: q erāt ſocij ſimo
Mat.4.c. nis. ¶ Et ait ad ſimonē ieſus. Noli time/
Mar.i.c. re ex hoc iam hoīes eris capiens. Et ſub
C ductis ad terrā nauibus relictis oibus ſe
Mt.8.a. cuti ſunt eū. ¶ Et factum ē cum eſſet i vna
Mr.i.g. ciuitatū: ⁊ ecce vir plenus lepra videns ie
ſum, ⁊ ꝓcidens in faciē ſuā: rogauit eum

dicēs. Dn̄e ſi vis potes me mundare. Et i.17.c.
extendēs manuꝫ tetigit eum dicēs: Volo
mundare. Et cōfeſtim lepra diſceſſit ab il
lo. Et ipſe precepit illi vt nemini diceret:
ſed vade oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer ꝓ emū
datione tua ſicut p̄cepit moyſes i teſtimo
nium illis. ¶ Perambulabat autē magis Mt.4.g.
ſermo de illo: ⁊ conueniebant turbe multe Mr.3.b.
vt audirent: ⁊ curarent̃ ab infirmitatibus Joh.6.a.
ſuis. ¶ Ipſe autē ſecedebat in deſertum ⁊ Mt.14.c.
orabat. Et factū eſt i vna dierꝫ: ⁊ ipſe ſede Mar.6.g.
bat docēs. ¶ Et erant phariſei ſedētes et Joh.6.b. D
legis doctores q venerant ex omi caſtello Mt.4.g.
galilee ⁊ iudee ⁊ hier̄lm: ⁊ virtus domini Mr.6.g.
erat ad ſanandum eos. ¶ Et ecce viri por
tātes in lecto hoiem q erat paralyticus: ⁊ Mt.9.a.
q̄rebant euꝫ iferre ⁊ ponere ante euꝫ. Et Mr.2.a.
nō inueniētes q̄ pte illū inferrēt p̄ turba: aſ Joh.5.b.
cenderunt ſupra tectū: ⁊ ꝑ tegulas ſummi
ſerunt eū cum lecto in medium an̄ ieſum.
Quoꝝ fidē vt vidit dixit. Hō remittunt̃
tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare ſcri
be ⁊ phariſei: dicentes. Quis eſt hic q lo/
quit̃ blaſphemias. ¶ Quis poteſt dimitte
ānos: ⁊ poſt hec dedit iudices vſqȝ ad ſa
muel pphetam. Et exinde poſtulauerūt re
gē: ⁊ dedit illis: ſaul filiū cis virum de tribu
beniamin: ānis q̄dragita. Et amoto illo ſuſ
citauit illis dauid regē: cui teſtimoniū p/
hibens dixit. Inueni dauid filiū ieſſe virum
ſm cor meū: q faciet oēs volūtates meas.
Huius deus ex ſemie ſm pmiſſionem
eduxit iſrael ſaluatorē ieſum: p̄dicāte iohā
ne ante faciē aduētus ei⁹ baptiſmū; pnie
oī pplō iſrael. Cū ipleret aūt curſū ſuū: di E
cebat. ¶ Quē me arbitramini eē: nō ſum Mar.i.b.
ego: ſȝ ecce venit poſt me: cuius nō ſuȝ di Jo.i.d.
gnus calciamēta pedū ſoluere. Viri frēs
filij generis abrahā ⁊ q i vobis timēt deū
vobis vbū ſalutis h⁹ miſſū eſt. Qui eni
hitabāt hierl'm ⁊ pncipes eius hūc igno/
rantes: ⁊ voces pphetarum q̄ p oē ſabbatū le
gunt: iudicātes ipleuerunt. ¶ Et nullam
cām mortis iuenientes i eo: petierūt a pila Luc.23.c.
to vt iterficerent eū. Cūqȝ ɔſumaſſet oia Jo.19.c.
q̄ de eo ſcripta erāt: deponētes eū de ligno

poſuerūt eū in monumēto. Deus autē
ſuſcitauit eū a mortuis tertia die: q viſus ē p
dies multos his q ſimul aſcenderāt cū eo
de galilea in hierſm: q vſq; nūc ſunt teſtes
eius ad plebē. Et nos vob ānunciam⁹ eā
q̄ ad pres nr̄os repromiſſio facta eſt: qm̄
hāc deus adimpleuit filijs nr̄is reſuſcitās
ieſum: ſic̄ ⁊ in pſalmo ſcdo ſcriptū ē. Fili
us meus es tu: ego hodie genuite. Qd̄ āt
ſuſcitauit eū a mortuis ampli⁹ iā nō reuer
ſur̄ in corruptionē: ita dixit. Quia dabo
vobis ſcā dauid fidelia. Ideoq; ⁊ alias dic.
Ps.15. S.2.c. ¶ Nō dabis ſcm̄ tuū videre corruptionē.
Dauid enī in ſua generatiōe cū amminī
ſtraſſet volūtati dei: dormiuit ⁊ appoſitus
ē ad pres ſuos: ⁊ vidit corruptionē. Quē
vo deus ſuſcitauit a mortuis: nō vidit cor
ruptionē. Notū igit̄ ſit vobis viri fr̄es:
q̄ p hūc vobis remiſſio pctōꝝ ānunciat̄
ab oībus: quibus nō potuiſtis i lege moy
ſi iuſtificari. In hoc oīs qui credit iuſtifi
D catur. Videte ergo ne ſuꝑueniat vobis qd̄
dictū eſt in ꝓphetis. Videte cōtēptores ⁊
ādmiramini ⁊ diſꝑdimini: q̄ opus operor
ego in diebus vr̄is: op⁹ qd̄ non credetis ſi
q̄s enarrauerit vobis. Exeūtib⁹ aūt illis
rogabant vt ſequēti ſabbato loquerent̄ ſi
bi vba hec. Cūq; dimiſſa eēt ſynagoga:
ſecuti ſunt multi iudeoꝝ ⁊ colentiū deum
aduenaꝝ paulū ⁊ barnabā: q loquentes
ſuadebant eis vt permanerēt in grā dei.
Sequēti vo ſabbato pene vniuerſa ciui
tas cōuenit: audire vbū dei. Videntes āt
turbas iudei repleti ſunt zelo: ⁊ ꝯdicebāt
his que a paulo dicebant̄ blaſphemantes
Tūc cōſtanter paulus ⁊ barnabas dixerūt
Vobis oportebat p̄mū loq vbū dei: ſed
qm̄ repellitis illud: ⁊ indignos vos iudi
catis eterne vite: ecce ꝯuertimur ad gen
Esa.49. tes. Sic enim nobis p̄cepit dn̄s. ¶ Po
ſui te in lucem gentiū: vt ſis in ſalutē vſq;
ad extremū terre. Audientes autē gentes
gauiſe ſunt: ⁊ glorificabant vbū domini
⁊ crediderunt quotquot erant p̄ordina
ti ad vitā eternā. Diſſeminabat̄ aūt ver
bū dn̄i per vniuerſam regionē. Iudei āt
ꝯcitauerūt mulieres religioſas ⁊ honeſtas
⁊ p̄mos ciuitatis: ⁊ excitauerūt pſecutiōe
in paulū ⁊ barnabā: ⁊ eiecerunt eos de fi
Mr.10.c. nib⁹ ſuis. ¶ At illi excuſſo puluere pedū
Mr.6.b. in eos venerūt iconiū. Diſcipuli q̄; reple
Luc.9.a. bantur gaudio ⁊ ſpūſancto. XIIII

Actum eſt aūt in iconio vt ſimul i
troirent ſynagogam iudeoꝝ ⁊ lo
querent̄: ita vt crederet iudeoꝝ ⁊
grecoꝝ copioſa multitudo. Qui vo icre
duli fuerūt iudei: ſuſcitauerūt ⁊ ad iracun
diā ꝯcitauerunt aīas gentiū aduerſus fra
tres. Multo igit̄ tpe demorati ſūt fiducia
liter agētes i dn̄o: teſtimoniū ꝑhibēte v
bo grē ſue: dante ſigna ⁊ prodigia fieri p
manus eoꝝ. ¶ Diuiſa ē aūt multitudo ci S.6.c.
uitatis: ⁊ qdā qdē erant cū iudeis qdā vo
cū apoſtolis. Cū aūt factus eēt impetus gen B
tilium ⁊ iudeoꝝ cū principibus ſuis vt ꝯ
tumelijs afficerent ⁊ lapidarēt eos: intelli
gentes ꝯfugerunt ad ciuitates lycaonie:
lyſtram: ⁊ derben: ⁊ vniuerſam i circuitu
regionē: ⁊ ibi euangelizātes erāt. Et com
mota ē oīs multitudo i doctrina eoꝝ: pau
lus āt ⁊ barnabas morabāt̄ lyſtris. ¶ ⁊ q S.3.a.
dam vir lyſtris īfirmus pedibus ſedebat
claudus ex vtero mrīs ſue: q nunq̄ ambu
lauerat. Hic audiuit paulū loquētē. Qui
intuitus eū ⁊ vidēs: q̄ fidē hēret: vt ſalu⁹
fieret: dixit magna voce. Surge ſuper pe
des tuos rect⁹. Et exiliuit: ⁊ ambulabat.
Turbe āt cū vidiſſent quod fecerat paulus
leuauerūt vocē ſuā lycaonice dicētes. Dij
ſimiles facti hoībus deſcēderunt ad nos.
Et vocabant Barnabā iouē: paulū vo
mercuriū: qm̄ ipſe erat dux vbi. ſacerdos
q̄; iouis q erat an̄ ciuitatē: tauros ⁊ corōas
an̄ ianuas offerēs cū populis: volebat ſa
crificare. Qd̄ vbi audierūt apoſtoli barna
bas ⁊ paul⁹ ꝯciſſis tunicis ſuis exilierūt i tur
bas clamātes ⁊ dicētes. Viri qd hec facitis?
Et nos mortales ſum⁹ ſimiles vobis hoīes:
ānūciātes vobis ab his vanis ꝯuerti ad deū
viuū: ¶ q fecit celū ⁊ terrā ⁊ mare ⁊ oīa q̄ i Ps.145.
eis ſunt: q i ꝑteritis generatōib⁹ dimiſit oēs Apoc.14.
gētes igredi vias ſuas. Et qdē nō ſine teſti
mōio ſemetipſ; reliqt bn̄faciēs: de celo dās
pluuias ⁊ tpa fructifera iplēs cibo ⁊ leticia
corda eoꝝ. Et hec dicentes vix ſedauerūt
turbas ne ſibi imolarēt. Superuenerūt aūt
qdā ab antiochia ⁊ iconio iudei: ⁊ ꝑſuaſis
turbis lapidātes paulū traxerūt extra ciuita
tem eſtimantes eum mortuū eē. Circūdā
tib⁹ aūt eum diſcipulis: ſurgēs intrauit ci
uitatē: ⁊ poſtera die ꝓfectus eſt cū barna
ba in derben. Cūq; euāgelizaſſent ciuitati
illi: ⁊ docuiſſent multos: reuerſi ſunt lyſtrā
⁊ iconiū ⁊ antiochiā: ꝯfirmātes aīas diſci

 

...24.D pulorū exhortanteſq; vt ꝑmanerēt in fide:
⁊ q̄m ꝑ multas tribulatōes oꝫ nos intrare
in regnū dei. Et cū ɔſtituiſſent illis ꝑ ſin/
gulas eccleſias preſbyteros ⁊ oraſſent cū ie/
iunationibꝰ: commēdauerunt eos dn̄o in
quē crediderūt. Tranſeunteſq; piſidiā ve
nerūt i pāphyliā: ⁊ loquētes verbū dn̄i in
pergen: deſcēderunt i nataliā ⁊ inde naui
gauerunt antiochiā: vn̄ erāt traditi gratie
dei in opus qđ cōpleuerūt. Cū aūt veniſ/
ſent ⁊ ɔgregaſſent eccleſiaꝫ: retulerūt quā
ta feciſſet deus cum illis: ⁊ q: aperuiſſet gē
tibus oſtiū fidei. Morati ſunt autē tēpus
non modicum cū diſcipulis. XV.

A Ac.13 Co.6.C Gal.5.A Et quidā deſcēdentes de iudea do
cebāt frēs: q: niſi circūcidamini
ſm̄ morem moyſi nō poteſtis ſalua
ri. Facta ꝗ ſeditiōe nō minima paulo ⁊ bar
nabe aduerſus illos: ſtatuerūt vt aſcēderēt
paulus ⁊ barnabas ⁊ qdaꝫ alij ex alijs ad
apoſtolos ⁊ preſbyteros i hieruſalē: ſuper
hac queſtione. Illi ꝗ deducti ab eccleſia ꝑ
trāſibāt phenicē ⁊ ſamariā narrātes ɔuer
ſionē gētiū: ⁊ faciebāt gaudiū magnū oi/
bus fratribus. Cū aūt veniſſent hieroſoly
mā ſuſcepti ſūt ab eccleſia ⁊ ab apoſtolis ⁊
ſenioribus: annunciantes quāta deus fe
ciſſet cū illis. Surrexerūt aūt quidā de he
reſi phariſeorū q crediderūt dicētes: q: oꝫ
circūcidi eos: ꝑcipe quoq; ſeruare legem
moyſi. Cōuenerūtq; apoſtoli ⁊ ſeniores
videre de verbo hoc. Cuꝫ aūt magna cō
q̄ſitio fieret: ſurgens petrus, dixit ad eos
Viri frēs vos ſcitis q̄m ab antiq̄s diebꝰ
deus in nobis elegit ꝑ os meū audire gē
tes v̄bū euāgelij ⁊ credere: Et qui nouit
corda deus teſtimoniū ꝑhibuit dans illis
ſp̄m ſcm̄ ſicut ⁊ nobis: ⁊ nihil diſcreuit in
ter nos ⁊ illos fide purificās corda eorū
B Nūc ergo qđ tēptatis deū: imponere iu
gū ſuper ceruices diſcipulorū qđ neq; nos
neq; patres nr̄i portare potuimus. Sed
per grām dn̄i ieſu xp̄i credimus ſaluari
quēadmodū ⁊ illi. Tacuit aūt oīs multitu
do ⁊ audiebāt barnabā ⁊ paulū narrātes
quanta deus feciſſet ſigna ⁊ ꝓdigia i gen
tibus per eos. Et poſtq̄ tacuerunt rn̄dit
iacobus dicens. Viri frēs audite me. Si
mon narrauit quēadmodum primum de
us viſitauit ſumere ex gentibus populū
nomini ſuo: ⁊ huic ɔcordant v̄ba ꝓphe
tarū ſicut ſcriptū eſt. Poſt hec reuertar
⁊ reedificabo tabernaculum dauid qđ de
cidit: ⁊ diruta eius reedificabo: ⁊ erigā il
lud: vt requirāt ceteri hoīum dn̄m: ⁊ oēs
gētes ſuper quas inuocatū eſt nomen me
um dicit dn̄s faciēs hec. Notum a ſecu/
lo eſt domino opus ſuum. Propter qđ
ego iudico non inquietari eos qui ex gen
tibus conuertunť ad deū: ſed ſcribere ad
eos vt abſtineant ſe a cōtaminationibus
ſimulacrorum: ⁊ fornicatione: ⁊ ſuffoca/
tis ⁊ ſanguine. Moyſes.n. a temporibꝰ
antiquis habet in ſingulis ciuitatibus q
eum ꝑdicent in ſynagogis: vbi per om/
ne ſabbatum legiť. Tunc placuit apoſto
lis ⁊ ſenioribus cuꝫ omni eccleſia eligere C
viros ex eis ⁊ mittere antiochiā cum pau
lo ⁊ barnaba: iudam qui cognominabať
barſabas ⁊ ſylam: viros primos in fratri
bus: ſcribentes ꝑ manus eorū. Apoſto
li ⁊ ſeniores fratres: his q ſunt antiochie
⁊ ſyrie ⁊ cilicie fratribus ex gentibus ſalu
tem. Q̄m audiuimus q: quidā ex nobis
exeuntes turbauerunt vos verbis euer/
tentes aīas veſtras: quibꝰ nō mādauimꝰ
placuit nobis collectis in vnū eligere vi/
ros: ⁊ mittere ad vos cū chariſſimis no
ſtris barnaba ⁊ paulo: hominibus q tra
diderunt animas ſuas pro nomie dn̄i no
ſtri ieſu xp̄i. Miſimꝰ ergo iudam ⁊ ſylā
qui ⁊ ipſi vobis verbis referēt eadē. Vi
ſum eſt eni ſpūiſancto ⁊ nobis nihil vltra
imponere vobis oneris q̄ꝫ hec neceſſaria
vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacro
rū ⁊ ſanguine ⁊ ſuffocato ⁊ fornicatione:
a quibus cuſtodientes vos bene agetis.
Valete. Illi ergo dimiſſi deſcenderūt an/
tiochiā: ⁊ ɔgregata multitudine tradide/
rūt epl'am. Quā cū legiſſent: gauiſi ſūt ſu D
per ɔſolatiōe. Iudas aūt ⁊ ſylas ⁊ ipſi cū
eēnt ꝓphete v̄bo plurimo ɔſolati ſūt fra
tres: ⁊ ɔfirmauerūt. Facto aūt ibi aliq̄n/
to tpe: dimiſſi ſūt cū pace a fribꝰ ad eos q
miſerāt illos. Viſū eſt aūt ſyle ibi remāe/
re: iudas aūt ſolꝰ abijt hieru̅m. Paulus
aūt ⁊ barnabas demorabanť antiochie do
centes ⁊ euangelizantes cum alijs pluri/
bus verbum dn̄i. Poſt aliquot autē di
es dixit ad barnabam paulus. Reuertē
tes viſitemus fratres per vniuerſas ciui
tates in quibus predicauimus verbū do/
mini: quomodo ſe habeant. Barnabas
aūt volebat ſecū aſſumē ⁊ iohānē: q cog/

minabatur marc⁹. Paulus aũt rogabat
eũ vt q diſceſſiſſet ab eis de pãphylia ⁊ nõ
iſſet cũ eis: in opus nõ debere recipi. Fa
cta ē aũt diſſenſio: ita vt diſcederēt ab inui
cē: ⁊ barnabas q̃dē aſſumpto marco na
uigaret cyprũ. Paulus vo electo ſyla pro
fectus eſt: traditus grẽ dei a fribus. Per
ambulabat aũt ſyriã ⁊ ciliciã ꝯfirmãs ec
cleſias: p̃cipiens cuſtodire precepta apo
ſtolorũ ⁊ ſeniorũ. XVI

A Peruenit aũt in derben ⁊ lyſtraꝫ.
Et ecce diſcipulus q̇dã erat ibi no
mine timotheus fili⁹ mulieris vi
due fidelis: prẽ gentili. Huic teſtimoniũ
bonũ reddebant q i lyſtris erant ⁊ iconio
frẽs. Hunc voluit paulus ſecũ ꝓficiſci:
⁊ aſſumẽs circũcidit eũ ꝓpter iudeos qui
erant in illis locis. Sciebant .n. oẽs q̃ pr̃
eius erat gentilis. Cũ aũt ptranſirent ci
uitates: tradebant eis cuſtodire dogmata
q̃ erant decreta ab apl'is ⁊ ſenioribus qui
erant hieroſolymis. Et eccleſie quidē cõ
firmabant fide: ⁊ abundabãt numero q̃ti
die. Tranſeuntes aũt phrygiaꝫ ⁊ galacie
regionẽ: vocati ſunt a ſpũſcõ loq̇ Verbum
dei in aſia. Cũ veniſſent autem i myſiam
tẽptabant ire in bithyniã: ⁊ nõ pmiſit eos
ſpũs ieſu. Cuꝫ autẽ pertranſiſſent myſiã
deſcenderunt troadẽ: ⁊ viſio p noctẽ pau
lo oſtẽſa eſt. Vir macedo q̇dã erat ſtans
⁊ dep̃cãs eũ ⁊ dicens: Tranſiens i mace
doniã adiuua nos. Vt autẽ viſum vidit:
ſtatim q̃ſiuim⁹ ꝓficiſci in macedoniã cer
ti facti q̃ vocaſſet nos de⁹ euãgelizare eis
B Nauigãtes autẽ a troade recto curſu ve
nimus ſamothraciã: ⁊ ſequenti die neapo
lim ⁊ inde philippis: q̃ eſt prima ptis ma
cedonie ciuitas colonia. Eram⁹ autem in
hac vrbe diebus aliq̇t conſiſtentes. Die
autem ſabbatorũ egreſſi ſumus foras por
tam iuxta flumẽ: vbi videbatur oro eſſe:
⁊ ſedentes loquebamur mulieribus que
conuenerant: ⁊ quedã mulier noie lydia
purpuraria ciuitatis thiatirenorũ colens
deũ audiuit: cuius dñs aperuit cor inten
dere his q̃ dicebant a paulo. Cum auteꝫ
baptizata eſſet ⁊ domus eius⁹ deprecata ē
Gen. 19. dicens. Si iudicaſtis me fidelẽ dño eẽ i
i. Reg. 28. troite in domum meã ⁊ manete. Et coe
git nos. Factum eſt autẽ euntib⁹ nobis
ad orationẽ puellam quandã hñtem ſpm̃
phitonẽ obuiare nobis: que q̃ſtũ magnuꝫ
pſtabat dñis ſuis diuinãdo. Hec ſubſecu
ta paulũ ⁊ nos clamabat dicens: Iſti ho
mines ſerui dei excelſi ſunt q annunciant
vobis viam ſalutis. Hoc aũt faciebat mł
tis diebus. Dolens aũt paulus: ⁊ conuer
ſus ſpũi dixit. Precipio tibi in noie ieſu
xp̃i exire ab ea. Et exijt eadem hora. Vi
dentes aũt dñi eius: q: exiuit ſpes queſt⁹
eorũ: apprehendentes paulũ ⁊ ſylã perdu
xerunt in forũ ad principes: ⁊ offerentes
eos magiſtratibus dixerũt. Hi hoies
conturbant ciuitatem noſtrã cum ſint iu
dei: ⁊ annunciant morem quẽ non licꝫ no
bis ſuſcipere neq; facere cũ ſimus roma
ni. Et cucurrit plebs aduerſus eos: ⁊ ma
giſtratus ſciſſis tunicis eorũ iuſſerunt eos
virgis cedi. Et cum multas plagas eis i
poſuiſſent miſerunt eos in carcerem: p̃ci
pientes cuſtodi vt diligẽter cuſtodiret eos
Qui cũ tale preceptũ accepiſſet miſit eos
in interiorẽ carcerem: ⁊ pedes eorũ ſtrin
xit ligno. Media aũt nocte paulus ⁊ ſylas
adorantes laudabant deũ: ⁊ audiebãt eos
qui in cuſtodia erant. Subito vero terre
motus factus eſt magnus: ita vt mouerẽ
tur fundamenta carceris. Et ſtatim apta
ſunt omnia oſtia: ⁊ vniuerſorũ vincula ſo
luta ſunt. Expergefactus aũt cuſtos car
ceris ⁊ vidẽs ianuas apertas carceris eua S.5.c.
ginato gladio volebat ſe interficere eſti
mans fugiſſe vinctos. Clamauit aũt pau
lus voce magna dicẽs. Nihil tibi mali fe
ceris. Vniuerſi enim hic ſumus. Peti
toq; lumine introgreſſus eſt: ⁊ tremefa
ctus ꝓcidit paulo ⁊ ſyle ad pedes ⁊ ꝓdu
cens eos foras ait. Dñi: q̇d me oportet fa
cere vt ſaluus fiam? At illi dixerunt. Cre
de in dñm ieſum: ⁊ ſalu⁹ eris tu ⁊ domus
tua. Et locuti ſunt ei verbũ dñi: cũ oibus
qui erant in domo. Et tollens eos in illa
hora noctis lauit plagas eorũ: ⁊ baptizat⁹
eſt ipſe ⁊ omnis domus eius continuo.
Cumq; perduxiſſet eos in domum ſuam
appoſuit eis menſam: ⁊ letatus eſt cum oi
domo ſua credens deo. Et cum dies fact⁹
eſſet miſerunt magiſtratus lictores dicen
tes. Dimitte hoies illos. Nunciauit autẽ
cuſtos carceris verba hec paulo: q: miſe
runt magiſtratus: vt dimittamini. Nunc
igitur exeuntes ite in pace. Paulus autẽ
dixit eis. Ceſos nos publice indemnatos
hoies romanos miſerunt in carcerem: ⁊

nūc occulte nos eijciūt. Nō ita. ſʒ veniant
ꝛ ipſi nos eijciāt. Nūciauerūt āt magiſtra
tib⁹ lictores vba h. Timuerūtqʒ audito
ꝙ romani eēnt ꝛ veniētes depcati ſūt eos
ꝛ educētes rogabāt vt egrederent̄ de vr
be. Exeūtes aūt de carcere: itroierūt ad li
diam: ꝛ viſis fratribus conſolati ſunt eos
ꝛ profecti ſunt. XVII.

A Cum aūt pābulaſſent āphipolim
ꝛ appolloniā venerūt theſſaloni
cā vbi erat ſynagoga iudeorum.
Scðm ꝯſuetudinē aūt paulus itroiuit ad
eos: ꝛ p ſabbata tria diſſerebat eis de ſcri
Luc.24.g pturis adapiēs ꝛ inſinuās. ꝙ qꝛ xp̄s opor
tuit pati ꝛ reſurgere a mortuis: ꝛ qꝛ hic ē
ieſus xp̄s quē ego ānūcio vobis. Et qdā
ex eis crediderūt ꝛ adiūcti ſūt paulo ꝛ ſy
le: ꝛ de colētib⁹ gētilibuſqʒ multitudo ma
gna ꝛ mlieres nobiles nō paucē. Zelātes
aūt iudei aſſumētesqʒ de vulgo viros qſ
dā malos ꝛ turba facta ꝯcitauerūt ciuita
tē: ꝛ aſſiſtētes domui iaſonis q̄rebāt eos
ꝓducere i pplm. Et cū nō inueniſſent eos
trahebāt iaſonē ꝛ qſdā frēs ad ꝑncipes ci
uitatis clamātes: qm̄ hi q vrbē cōcitant ꝛ
Joh.19.g huc venerūt qs ſuſcepit iaſon. Et hi oēs
ꝯtra decreta ceſaris faciūt regē aliū dicen
B tes eē ieſū. Cōcitauerūt aūt plebē ꝛ ꝑnci
pes ciuitatis audiētes hec. Et accepta ſa
tiſfactiōe a iaſone ꝛ a ceteris dimiſerūt eos
Frēs vo ꝯfeſtim p noctē dimiſerūt pau
lū ꝛ ſylā i beroam. Quicū veniſſēt i ſyna
gogā iudeoꝝ itroierūt. Hi aūt erāt nobi
liores eoꝝ q ſūt theſſalonice q ſuſceperūt
vbū cū oi auiditate. qūdie ſcrutātes ſcri
pturas ſi hec ita ſe haberēt. Et multi qdē
crediderūt ex eis ꝛ mlieꝝ gētiliū honeſta
rū ꝛ viri nō pauci. Cū āt cognouiſſēt i theſſa
lonica iudei: qꝛ ꝛ berce pdicatū ē a paulo
vbū dei: venerūt ꝛ illuc cōmouētes ꝛ tur
bātes multitudinē. Statiqʒ tūc paulū di
miſerūt frēs: vt iret vſqʒ ad mare. Sylas
aūt ꝛ timotheus remāſerūt ibi. Qui āt de
ducebāt paulū: ꝑduxerūt eū vſqʒ ad athe
nas: ꝛ accepto mādato ab eo ad ſylā ꝛ ti
motheū vt q̄ʒ celeriter venirēt ad illū: ꝓ
fecti ſūt. Paulus aūt cū athenis eos expe
ctaret: icitabat̄ ſpūs ei⁹ in ipo vidēs ido
latrie deditā ciuitatē. Diſputabat igit̄ in
ſynagoga cū iudeis ꝛ colentib⁹ ꝛ in foro
p oēs dies ad eos q audierant. Quidam
aūt epicurei ꝛ ſtoici philoſophi diſſerebāt
cū eo: ꝛ qdam dicebāt. Quid vult ſemini
uerbius hic dicere. Alij vo: nouoruʒ de
C moniorꝝ videt̄ annūciator eſſe. qꝛ ieſuʒ ꝛ
reſurrectionē annūciabat eis. Et appħē
ſum eū ad ariopaguʒ duxerunt dicentes.
Poſſumus ſcire q̄ eſt hec noua q̄ a te di
cit̄ doctrina. Noua enī q̄dam infers au
ribus noſtris. Volumus ergo ſcire quid
nā velint hec eſſe. Athenienſes aūt oēs ꝛ
aduene hoſpites ꝛ ad nihil aliud vocabāt
niſi aut dicere aut audire aliquid noui.
Stans aūt paulus in medio ariopagi ait
Viri athenienſes per oia q̄ſi ſupſticioſos
vos video. Preteriens. n. ꝛ videns ſi
mulacra veſtra: iueni ꝛ araʒ i qua ſcriptū
erat. Ignoto deo. Qd̄ ergo ignorantes
colitis. hoc ego annūcio vobis. Deus q
fecit mundum ꝛ oia q̄ in eo ſūt: hec celi ꝛ
terre cū ſit dn̄s non in manufactis tēplis
habitat: nec māibus humanis colit̄ indi
gēs aliquo cū ipe det oībus vitā ꝛ inſpi
rationē ꝛ oia fecitqʒ ex vno oē genus ho
minū: inhabitare ſup vniuerſā faciē tre.
definiēs ſtatuta tpa: ꝛ terminos habitatio
nis eoꝝ q̄rere deū ſi forte attrectēt eū aut
iueniant: q̄uis nō lōge ſit ab vnoquoqʒ
nr̄m. In ipo enī viuimus ꝛ mouemur ꝛ D
ſum⁹: ſicut ꝛ qdā vroꝝ poetaꝝ dixerunt
Ipſius enī gen⁹ ſum⁹. Gen⁹ ḡ cū ſim⁹
dei. nō debem⁹ eſtimare auro ꝛ argento
aut lapidi: ſculpture artis ꝛ cogitationis
hōis diuinū eē ſimile. Et tpa quidē hui⁹
ignorantie deſpiciēs de⁹ nūc annūciat ho
minib⁹: vt oēs vbiqʒ pniaʒ agāt eo ꝙ ſta
tuit diē in quo iudicatur⁹ eſt orbē in eqta
te in viro in q̄ ſtatuit fidē ꝑbens oibus ſu
ſcitās eū a mortuis. Cū audiſſent autē re
ſurrectionē mortuoꝝ: qdaʒ quidē irride
bāt: qdem vo dixerunt. Audiem⁹ te de
hoc iteꝝ. Sic paulus exiuit de medio eoꝝ
Quidā vo viri adherētes ei crediderūt
in qb⁹ ꝛ dionyſius ariopagita ꝛ mlier no
mine damaris: ꝛ alij cum eis. XVIII

A Poſt hec egreſſus ab athenis ve
nit corinthū: ꝛ iueniēs quēdā iu
deū noīe aqlā pōticū genere q nu
per venerat ab italia ꝛ priſcillā vxorē eius
eo ꝙ ꝑcepiſſet claudi⁹ diſcedere oēs iude
os a roma: acceſſit ad eos ꝛ qꝛ eiuſdē erat
artis: mābat apd̄ eos: ꝛ opabat̄ erāt aūt
ſcenofactorie artis. ꝙ Et diſputabat i ſyna Ro.6.c.
goga p oē ſabbatū: inponēs nomen dn̄i

ieſu ſuadebatq; iudeis ⁊ grecis. Cũ ve-
niſſẽt aũt de macedonia ſylas ⁊ timothe⁹
iſtabat ỽbo paulus teſtificãs iudeis eſſe
xp̃z ieſũ. Cõtradicẽtib⁹ aũt eis ⁊ blaſphe
mãtibus: excutiẽs veſtimẽta ſua: dixit ad
B eos. Sãguis veſter ſup caput vr̃z. Mũ
dus ego ex h̃ ad gẽtes vadã. Et migrãs
inde itrauit i domũ cuiuſdã noĩe titi iuſti
colẽtis deũ: cuius domus erat ꝯiuncta ſy
nagoge. Criſpus aũt archiſynagog⁹ cre
didit dño cũ oĩ domo ſua: ⁊ multi corĩthio
rũ audiẽtes credebãt ⁊ baptizabanť. Di
xit aũt dñs nocte p viſionẽ paulo. Noli ti
mere: ſed loq̃re ⁊ ne taceas. Propter qd̕
ego ſũ tecũ: ⁊ nemo apponeť tibi vt no-
ceat te: qm̃ popul⁹ ẽ mihi mult⁹ in hac ci
uitate. Sedit aũt ibi annũ ⁊ ſex menſes:
docẽs apd̕ eos ỽbũ dei. Galliõe aũt pro
cõſule achaie: iſurrexerũt vno aĩo iudei i
paulũ: ⁊ adduxerũt eũ ad tribunal dicen-
tes: q: ꝯtra legẽ hic pſuadet hoĩbus cole
re deũ. Incipiẽte aũt paulo apire os: di-
xit gallio ad iudeos. Si q̃dem eẽt iniquũ
aliq̃d aut facin⁹ peſſimũ o viri iudei. re-
cte vos ſuſtinerẽ: ſi ỽo q̃ſtiões ſũt d̕ ver
bo ⁊ noĩnib⁹ legis vr̃e: voſipſi videri
C tis. Judex ego hoꝝ nolo eẽ. Et minauit
eos a tribunali. Apph̃endẽtes aũt oẽs ſo
ſthenẽ pncipẽ ſynagoge pcutiebãt eũ ãñ
tribunal ⁊ nihil eorum gallioni cure erat.
Paulus ỽo cũ adhuc ſuſtinuiſſet dies
multos. frĩbus valefaciẽs nauigauit i ſy
riã: ⁊ cũ eo pſcilla ⁊ aq̃la q ſibi totõderat
in cẽchris caput. Habebat eni votũ De
uenitq; epheſũ: ⁊ illos ibi reliq̃t. Jp̃e ỽo
ingreſſus ſynagogã diſputabat cũ iudeis
Rogãtibus aũt eis vt ãpliori tp̃e mane-
ret: nõ cõſenſit: ſed valefaciẽs ⁊ dicẽs ite
D rũ reuertar ad vos deo volẽte ꝓfect⁹ eſt
ab epheſo. Et deſcẽdẽs ceſareã aſcẽdit ⁊
ſalutauit eccleſiã: ⁊ deſcẽdit ãtiochiã. Et
facto ibi aliq̃nto tp̃e: ꝓfectus ẽ pãbulãs
ex ordine galatiã regionẽ: ⁊ phrygiã con
firmãs oẽs diſcipulos. Judeus aũt q̃dã
apollo noĩe alexãdrin⁹ genere vir eloq̃ns
deuẽit epheſũ: potẽs in ſcripturis. Hic
erat edoctus viã dñi: ⁊ feruẽs ſpũ loq̃bať
⁊ docebat diligenter ea q̃ ſunt ieſu: ſciens
tantũ baptiſmũ iohãnis. Hic ergo cepit
fiducialiter agere in ſynagoga. Quẽ cũ
audiſſent priſcilla ⁊ aquila aſſumpſerunt
eum: ⁊ diligentius expoſuerunt ei viam
dñi. Cũ aũt vellet ire achaiam: exhortati
frẽs ſcripſerũt diſcipulis vt ſuſciperẽt eũ
Qui cum veniſſet contulit multũ his qui
crediderunt. Vehementer enim iudeos
reuincebat. publice oñdens per ſcriptu-
ras eſſe xp̃m ieſum.

XIX.

Actum eſt aũt cũ apollo eſſet cori A
thi: ut paulus pagratis ſuperiori
bus ptibus veniret epheſum. ⁊ i
ueniret quoſdam diſcipulos. Dixitq; ad
eos. Si ſpm̃ ſcm̃ accepiſtis credentes. At
illi dixerant ad eum. Sed neq; ſi ſpũſſan
ctus eſt audiuimus. Ille ỽo ait. In quo
ergo baptizati eſtis. Qui dixerũt. In io-
hannis baptiſmate. Dixit autẽ paulus.
¶ Johãnes baptizauit baptiſmo pnie po S.i.a.⁊.ii.b
pulũ dicens in eum q venturus eſſet poſt
ip̃m vt crederent: hoc eſt in ieſum. His
auditis baptizati ſunt in noĩe domini ieſu
Et cũ iposuiſſet illis manus paulus ve-
nit ſpirit⁹ ſanctus ſup eos ⁊ loq̃banť lin-
guis ⁊ ꝓphetabãt. ¶ Erant autẽ oẽs viri S.2.a.⁊.4.b
fere duodecim. Introgreſſus ſynagogã
cũ fiducia loquebať p tres menſes: diſpu
tans ⁊ ſuadens de regno dei. Cũ autem
q̃dam indurarenť ⁊ nõ crederent maledi
centes viã dñi coram multitudine diſce-
dens ab eis ſegregauit diſcipulos: quoti
die diſputans in ſchola tyranni cuiuſdã.
Hoc autẽ factũ eſt p biẽnium: ita vt oẽs
qui habitabãt in aſia audirẽt verbum dñi
iudei atq; gentiles. Virtuteſq; nõ modi
cas q̃ſlibet faciebat deus p manũ pauli:
ita vt etiã ſuper lãguidos deferrenť a cor
pore eius ſudaria ⁊ ſemicincia ⁊ recede-
bãt ab eis languores: ⁊ ſpũs neq̃ egre-
diebanť. Tẽptauerũt autẽ q̃dam ⁊ de cir
cũeuntibus iudeis exorciſtis iuocare ſup
eos q habebant ſpũs malos nomẽ dñi ie
ſu dicentes. Adiuro vos p ieſum quem
paulus p̃dicat. Erant aũt cuiuſdam iudei
noĩe ſcene pncipis ſacerdotũ ſeptẽ filij: q
h̃ faciebãt. Rñdẽs aũt ſpũs neq̃ dixit eis.
Jeſũ noui ⁊ paulũ ſcio. Vos aũt q eſtis.
Et iſiliẽs hõ i eos i q̃ erat demoniũ peſſi
mũ ⁊ dñatus amboꝝ: iualuit ꝯ eos ita vt
nudi ⁊ vulnerati effugerẽt de domo illa.
Hoc aũt notũ factũ ẽ oĩbus iudeis atq; gẽ
tilib⁹ q hitabãt epheſi: ⁊ cecidit timor ſup
oẽs illos: ⁊ magnificabať nomẽ dñi ieſu
¶ Multiq; credẽtiũ veniebãt ꝯfitẽtes ⁊ ãnũ Mt.3.b
ciãtes act⁹ ſuos. Multi aũt ex eis qui fue-
rãt curioſa ſectati contulerũt libros ⁊ com
buſſerũt eos corã oĩb⁹: ⁊ cõputatis precijs

illoꝝ inuenerūt pecuniā denarioꝝ quinquagin
C ta miliū. Ita fortiṫ creſcebat verbū dei ⁊ cō
firmabatˀ. His aūt expletis ꝓpoſuit paulus
i ſpū trāſita macedonia ⁊ achaia ire hiero
ſolymā dicēs quī poſtq̄ fuero ibi: oꝫ me et
romā vidē. Mittēs aūt i macedoniā du
os ex miniſtrātibus ſibi timotheū et eraſtū
ipſe remāſit ad tps i aſia. Factū ē autē illo
tpe turbatio nō minima de via dñi. De-
metrius. n. qdā noīe argētarius faciens
edes argēteas diane pſtabat artificibus nō
modicū q̄ſtū: q̄s ꝯuocāſet cōs q eiuſmōi
erāt opifices: dixit. Viri ſcitiſ qꝛ de hꝰ arti
ficio ē nobꝭ acqſitio: et videtis et auditiſ qꝛ
nō ſolū epheſi: ſꝫ pene toti⁹ aſie paulus h
ſuadens auertit multā turbā dicens: qm̄
nō ſunt dij q manibus fiunt. Nō ſolū aūt
hec piclitabiṫ nobis ps in redargutionē
venire: ſꝫ ⁊ magne diane tēplū i nihilū
repuabiṫ: ⁊ deſtrui icipiet maieſtas eius
quā tota aſia ⁊ orbis colit. His auditiſ re
pleti ſunt ira ⁊ exclamauerunt dicētes: ma
gna diana epheſioꝝ. Et ipleta ē ciuitas to
ta ꝯfuſione: ⁊ ipetū fecerūt vno aīo i thea
trū rapto gaio ⁊ ariſtarcho macedonibus
comitibus pauli. Paulo aūt volente itra
re in pplm: nō pmiſerunt diſcipuli. Qui
dam aūt ⁊ de aſie pncipibus q erāt amici
eius miſerunt ad eū: rogantes ne ſe daret
i theatrū. Alij autē aliud clamabāt. Erat
eni eccleſia ꝯfuſa: ⁊ plures neſciebāt qua
D ex cā ꝯueniſſent. De turba aūt ꝯtraxerūt
alexandrū: ꝓpellentibus eū iudeis. Ale-
xander aūt manu ſilentio poſtulato: vole
bat reddere rōnem pplo. Quē vt cogno
uerunt iudeū eē: vox facta ē vna oīm q̄ſi
p horas duas clamantiū. Magna diana
epheſioꝝ. Et cū ſedaſſet ſcriba turbas di
xit. Viri epheſij: quis enim eſt hoīū qui
neſciat epheſioꝝ ciuitatē cultricē eſſe ma-
gne diane iouiſq; prolis? Cū g his ꝯtra-
dici non poſſit: oportet vos ſedatos eſſe: ⁊
nihil temere agere. Adduxiſtis enim ho
mines iſtos: neq; ſacrilegos: neq; blaſ-
phemantes deam veſtram. Quod ſi de-
metrius ⁊ qui cum eo ſunt artifices ha-
bēt aduerſus aliquem cauſā: conuentus
forenſes aguntˀ: ⁊ ꝓcōſules ſunt: accuſēt
inuicē. Siqd aūt alterius rei q̄ritis: in le-
gitima eccleſia poterit abſolui. Nā ⁊ pe-
riclitamur argui ſeditionis hodierne: cū
nullus obnoxius ſit de quo poſſim⁹ red
dere rōnem ꝯcurſus iſtius. Et cū hec di-
xiſſet: dimiſit eccleſiam.

XX

Poſtq̄ aūt ceſſauit tumultus: vo- A
catis paulus diſcipulis ⁊ exhorta
tus eos valedixit: ⁊ ꝓfectus eſt vt
iret in macedoniā. Cū aūt perambulaſſet
ptes illas ⁊ exhortatus eos fuiſſet multo
ſmone: venit ad greciā: vbi cū feciſſꝫ mē
ſes tres: facte ſunt illi iſidie a iudeis naui
gaturo in ſyriā: habuitq; ꝯſiliū vt reuer-
teretˀ p macedoniā. Comitatus ē aūt eum
ſoſi pater pirrhi beroenſis: theſſalonicen
ſiū vero ariſtarchus ⁊ ſecūdus ⁊ gai⁹ der-
beus ⁊ timothe⁹: aſiani vero tychicus ⁊ tro
phimus. Hi cū pceſſiſſent ſuſtinuerunt
nos i troade: nos vero nauigauimus poſt
dies azymoꝝ a philippis: ⁊ venimus ad
eos i troadē i diebus qnq;: vbi demorati
ſumus diebus ſeptē. Vna aūt ſabbati cū
ꝯueniſſemus ad frangendū panē: paulus
diſputabat cū eis ꝓfecturus i craſtinū: ꝓ
traxitq; ſermonē vſq; in mediā noctem.
Erant aūt lāpades copioſe i cenaculo vbi
eramus ꝯgregati. Sedēs aūt qdam ado
leſcēs noīe eutychus ſup feneſtrā: cū mer
geretˀ ſōno graui diſputante diu paulo du
ctus ſōno cecidit de tertio cenaculo deor- B
ſū: ⁊ ſublatus ē mortuus. Ad quē cū de-
ſcendiſſet paulus icubuit ſup eum: ⁊ com
plexus dixit. Nolite turbari. Aia enim 3. Reg. 17.
ipſius i ipſo ē. Aſcēdens aūt frangenſq; 4. Reg. 4.
panē ⁊ guſtās: ſatiſq; allocutus ē vſq; in
lucē: ⁊ ſic ꝓfect⁹ ē. Adduxerūt aūt pueꝝ vi
uentē: ⁊ ꝯſolati ſunt nō minime. Nos aūt
aſcēdentes nauē nauigauimus i aſſon: i
de ſuſcepturi paulū. Sic. n. diſpoſuerat:
ipſe p terrā iter facturus. Cū aūt ꝯueniſſe
mus i aſſon: aſſūpto eo venim⁹ mytilenē.
Et ide nauigātes ſequēti die venimus ꝯ
chiū: ⁊ aliā die applicuimus ſamū: ⁊ ſeq̄n
ti die venim⁹ miletū. Propoſuerat eni
paulus trāſnauigare epheſū: ne q̄ mora il
li fieret i aſia. Feſtinabat. n. ſi poſſibile ſi
bi eēt: vt diē pentecoſtē faceret hieroſoly-
mis. A mileto aūt mittēs epheſū vocauit
maiores natu eccleſie: q cū veniſſent ad eū
⁊ ſimul eēnt: dixit eis. Vos ſcitis a pma
die q̄ igreſſus ſū in aſiā q̄lr vobiſcū p oē C
tps fuerim ſeruiens dño cū oī humilitate
⁊ lachrymis ⁊ tēptationibus que mihi ac
ciderunt ex inſidijs iudeoꝝ: quō nihil ſub
traxerim vobis vtiliū: q̄ minus annūciā

rē vob̄ ꝛ docerē vos publice ꝛ ꝑ domos:
teſtificās iudeis atq̧ gētilib⁹ i deū pniaꝫ
ꝛ fidē i dñm nr̄m iclum xp̄m. Et nūc ecce
ego alligatus ſpū: vado i hierl̄m: q̄ in ea
vētura ſūt mihi ignorās: niſi ꝙ ſpūſſctūs
ꝑ oēs ciuitates mihi ꝓteſtaꝛ dicēſ: qm̄ vī
cula ꝛ tribulatiōes hieroſolymis me ma/
nēt. S; nihil hoꝝ vereoꝛ: nec facio aiam
meā p̄cioſiorē q̄ꝫ me: dūmodo ꝯſumē cur
ſū meū ꝛ miniſteriū ꝟbi qđ accepi a dño
ieſu teſtificari euāgeliū grē dei. Et nūc ec
ce ego ſcio qꝛ amplius nō videbitis facieꝫ
meā: vos oēs ꝑ q̄s trāſiui p̄dicās regnū
dei. Quapꝑter ꝯteſto: vos hodierna die
qꝛ mūdus ſū a ſanguine oium. Nō.n.ſb
terfugi q̄ mīn⁹ annūciarē oē ꝯſiliū dei vo
D bis. Attendite vobis ꝛ vniuerſo gregi in
q̄ vos ſpūſſanctus poſuit ep̄os regere ec
cleſiā dei: quā acqſiuit ſanguie ſuo. Ego
ſcio qm̄ intrabūt poſt diſceſſionē meā lu/
pi rapaces in vos: nō parcentes gregi. Et
ex vobiſipſis exurgēt viri loquētes ꝑuer
ſa: vt abducāt diſcipulos poſt ſe. Propt
qđ vigilate memoria retinētes: qm̄ ꝑ triē
nium nocte ꝛ die nō ceſſaui cū lachrymis
monēs vnūquēq̧ vr̄m. Et nūc cōmēdo
vos deo ꝛ ꝟbo grē ipſi⁹: q potēs ē edifi/
care ꝛ dare hereditatē in ſcificatis oibus.
Argētū ꝛ auꝝ aut veſtē nulli⁹ concupiui
ſicut ipſi ſcitis: qm̄ ad ea q̄ mihi opus erāt
ꝛ his q mecū ſunt: miniſtrauerūt manus
iſte. Oia oſtēdi vobis: qm̄ ſic laborātes
oportet ſuſcipe infirmos: ac meminiſſe ꝟ/
bi dñi ieſu: qm̄ ipſe dixit. Beatius ē ma/
gis dare q̄ꝫ accipe. Et cū hec dixiſſet poſi
tis genib⁹ ſuis orauit cū oibus illiſ. Ma
gnuſ aūt fletus fact⁹ ē oīum: ꝛ ꝓcūbētes
ſuꝑ collū pauli oſculabanꝛ cū dolētes ma
xime i ꝟbo qđ dixerat: qm̄ ampliuſ faciē
eius nō eēnt viſuri. Et deducebant eum
ad nauem. XXI

C Um aūt factū eēt vt nauigarem⁹
A abſtracti ab eis: recto curſu veni
mus choum ꝛ ſequēti die rhodū:
ꝛ inde patharā. Et cū inueniſſemuſ nauē
tranſfretantē in phenicē: aſcendentes na
uigauimuſ. Cuꝫ apparuiſſem⁹ aūt cypro
relinquētes eā ad ſiniſtrā nauigauimus i
ſyriā ꝛ venimus tyrū. Ibi eni nauis ex/
poſitura erat onus. Inuentiſ autē diſcipu
lis manſimuſ ibi dieb⁹ ſeptem. Qui paulo
dicebāt ꝑ ſpūm: ne aſcēderet hieroſolymā.
Et explet̄ꝭ diebuſ ꝓfecti ibamus: deducē
tibus nos oibus cū vxoribus ꝛ filijs vſq̧
foraſ ciuitatē ꝛ poſit̄ꝭ genib⁹ i littore orauī
mus. Et cū valefeciſſemus iuicē aſcendi/
muſ nauē: illi aūt redierūt i ſua. Nos ꝟo
nauigatione explicita a tyro deſcēdimus
ptolomaidā: ꝛ ſalutat̄ꝭ fratribus manſim⁹
die vna apud illoſ. Alia aūt die ꝓfecti ve
nimus ceſareā. Et intrātes domū philip/
pi euāgeliſte q erat vn⁹ de ſeptē: manſim⁹
apud eū. Huic aūt erāt q̄ttuoꝛ filie ꝟgi/
nes ꝓphetantes. Et cū moraremur ꝑ di/
es aliq̄t: ſuꝑuenit qdā vir a iudea ꝓphe/
ta noie agabus. Is cū veniſſet ad nos tu
B lit çonā pauli: ꝛ alligās ſibi pedeſ ꝛ man⁹
dixit: Hec dicit ſpūſſanctuſ. Viꝝ cuiuſ ē
çona hec ſic alligabunt in hierl̄m iudei: et
tradent in manus gentiuꝫ. Qđ cuꝫ audiſ
ſemus rogabam⁹ nos: ꝛ q loci illius erāt
ne aſcēderet hieroſolymā. Tūc reſpondit
paulus ꝛ dixit. Quid facitis flentes ꝛ aſ/
fligentes coꝛ meū? Ego aūt nō ſolum alla
gari: ſed ꝛ mori in hieruſalē paratus ſum
ꝓpter nomē dñi ieſu. Et cū ei ſuadere nō
poſſem⁹: q̄euimus dicētes. Dñi volūtas
fiat. Poſt dies aūt iſtos p̄pati aſcēdeba/
mus in hieruſalē. Venerūt aūt qdā ex di
ſcipulis a ceſarea nobiſcū: adducētes ſecū
apud quē hoſpitaremur iaſonē quēdā cy
priū antiquū diſcipulū. Et cū veniſſemus
hieroſolymā: libēter exceperūt nos fratreſ
Sequēti aūt die introibat paulus nobiſcuꝫ
ad iacobuꝫ: omeſq̧ collecti ſunt ſeniores.
Quos cū ſalutaſſet: narrabat ꝑ ſingula q̄
deus feciſſet in gētibus ꝑ miniſteriū illi⁹.
At illi cū audiſſent magnificabāt deū dixe
rūtq̧ ei. Vides frāt q̄t milia ſīt in iudeis
q crediderūt: ꝛ oēs emulatores ſūt legis.
Audierūt aūt de te: qꝛ diſceſſionē doceas
a moyſe eoꝝ q ꝑ gentes ſūt iudeoꝝ: dicēs
nō debere eos circūcidere filios ſuos: ne
q̧ ſm ꝯſuetudinē igredi. Quid ḡ ē. Vti
q; oꝫ ꝯuenire multitudinē. Audiēt.n. te
C ſuperueniſſe. Hoc ḡ fac qđ tibi dicimus.
Sūt nobis viri q̄ttuoꝛ votū habentes ſuꝑ
ſe. His aſſumptis ſcifica te cū illis: ꝛ īpē
de i illis vt radāt capita: ꝛ ſciēt oēs: qꝛ q̄
de te audierūt falſa ſūt ſ; ambulas ꝛ ipſe cu
ſtodiēs legē. De his aūt q crediderūt ex gē
tibus nos ſcripſimus indicantes: vt abſti
neāt ſe ab idolis imolato ꝛ ſanguine ꝛ ſuf
focato ꝛ fornicatione. Tūc paulus aſſūpt̄ꝭ

viris poſtera die purificatus cū illis itra/
uit i tēplū: annūcians expletionē dierꝫ pu
rificatiōis: donec offerret̄ ꝓ vno q̄ꝫ eorū
oblatio. Dū aūt ſeptē dies ꝯſūmarent̄ hi
q de aſia erāt iudei cū vidiſſent euꝫ ī tēplo
ꝯcitauerūt oēm pplm̄: ⁊ iniecerūt ei ma/
nus clamantes: Viri iſraelite adiuuate.
Hic ē hō q aduerſus pplm̄ ⁊ legē ⁊ locū
hūc oēs vbiq̄ꝫ docēs: inſup ⁊ gētiles idu
xit i tēplū: ⁊ violauit ſcm̄ locū iſtū. Vide/
rāt. n. trophimū ephesium i ciuitate cū ip/
ſo: quē eſtimauerūt: qm̄ i tēplū introduxiſ
ſet paulus. Cōmotaq̄ꝫ ē ciuitas tota ⁊ fa/
cta ē cōcurſio pplī. Et apphendētes pau
lū trahebāt eū extra tēplū: ⁊ ſtatī clauſe ſūt
D ianue. Querētib⁹ aūt eū occidere nūcia/
tū ē tribuno cohortis: q̄ tota ꝯfundit̄ hie
rusalē. Qui ſtatī aſſumptis militibus ⁊ cē
turiōib⁹ decurrit ad illos. Qui cū vidiſſēt
tribunū ⁊ milites: ceſſauerūt pcutē paulū
Tūc accedēs tribunus apphēdit eū ⁊ iuſ/
ſit alligari catenis duabus: ⁊ interrogabat
q̄s eēt: ⁊ q̄d feciſſet. Alij aūt aliud clama/
bāt in turba. Et cū nō poſſet certū cognoſcē
ꝑ tumultu: iuſſit duci eū i caſtra. Et cū ve
niſſet ad gradus ꝯtigit vt portaret̄ a mili
tibus ꝑpt̄ vim pplī. Seq̄bat̄. n. multitudo
pplī clamās: tolle eū. Et cū cepiſſet iduci i
caſtra paulus: dicit tribuno. Si lꝫ mihi lo
q aliq̄d ad te? Qui dixit ei grece noſti? Nō
ne tu es egyptius q añ hos dies tumultū
ꝯcitaſti: ⁊ eduxiſti in deſertū q̄ttuor milia
viroꝝ ſicarioꝝ? Et dixit ad euꝫ paulus.
Ego hō ſū q̄dē iudeus a tharſo cilicie: nō
ignote ciuitatis municeps. Rogo aūt te:
pmitte mihi loq̄ ad pplm̄. Et cū ille pmi/
ſiſſet paulus ſtans i gradibus ānuit manū
ad plebē: ⁊ magno ſilentio facto: allocu/
tus eſt lingua hebrea dicens. XXII

A Viri frēs ⁊ prēs: audite quam ad
vos nūc reddo rōnē. Cū audiſſēt
aūt q̄ hebrea līgua loquit̄ ad illos
magis pſtiterūt ſilentiū. Et dixit. Ego
ſū vir iudeus natus tharſo cilicie: nutritus
aūt ī ciuitate ſecus pedes gamalielis: eru
ditus iuxta ṽitatē paterne legis: emulator
s.8.a.z.9.a legis ſicut ⁊ vos eſtis hodie: q̄ hāc viā p
ſecutus ſū vſq̄ꝫ ad mortē: alligās ⁊ tradēſ
ī cuſtodias viros ac mulieres ſicut pnceps
ſacerdotū mihi teſtimoniū reddit ⁊ omēs
maiores natu: a quibus ⁊ epiſtolas accipi
ens ad frēs damaſcū pgebā: vt adducerē
inde vinctos i hierl̄m vt punirent̄. Factū B
ē aūt eunte me ⁊ appropinquāte damaſco
media die: ſubito de celo circunfulſit me
lux copioſa: ⁊ decidēs in terrā audiui vocē
dicētē mihi: ¶ Saule ſaule q̄d me pſeque/
ris? Ego aūt rn̄di: Quis es dn̄e. Dixit/ s.9.a.
q̄ꝫ ad me. Ego ſū ih̄s nazarenus quē tu pſe i. Cor.15.b.
q̄ris. Et q mecū erāt lumē q̄dē viderūt: Gal.i.c.
vocē aūt nō audierūt ei⁹ q loq̄bat̄ mecuꝫ.
Et dixi. Quid faciā dn̄e? Dn̄s aūt dixit ad
me. Surgēs vade damaſcū: ⁊ ibi tibi di/
cet̄ de oīb⁹ q̄ te oporteat facere. Et cuꝫ nō
viderē p claritate luminis illi⁹. ad manū
deductus a comitib⁹: veni damaſcū. Ana
nias aūt q̄dā vir ſm legē teſtimoniū habēſ
ab oīb⁹ cohabitantib⁹ iudeis: veniēs ad
me ⁊ ſtās dixit mihi. Saule frat̄ reſpice. ⁊
ego eadē hora reſpexi in eū: At ille dixit.
Deus patꝝ nr̄oꝝ p̄ordinauit te vt cogno C
ſceres volūtatē eius: ⁊ videres iuſtū ⁊ au
dires vocē ex ore eius q̄ eris teſtis illi⁹ ad
oēs hoīes eoꝝ q̄ vidiſti ⁊ audiſti. Et nūc
q̄d moraris? Exurge ⁊ baptizare: ⁊ ablue
peccata tua inuocato noīe ipſius. Factū eſt
aūt reuertēti mihi i hierl̄m: ⁊ orāti i tēplo
fieri me in ſtupore mētis ⁊ videre illū di/
cētē mihi. Feſtina ⁊ exi velociter ex hierl̄m
qm̄ nō recipiēt teſtimoniū tuuꝫ de me. Et
ego dixi: Dn̄e ipi ſciūt q̄ ego erā ꝯcludēſ
i carcerē: ⁊ cedēs p ſynagogas eos q cre
debant i te. ¶ Et cū funderet̄ ſanguis ſte/
phani teſtis tui: ego ſtabā ⁊ ꝯſentiebā: ⁊ s.7.d.
cuſtodiebā veſtimēta inficientiū illū. Et
dixit ad me. Vade: qm̄ ego in natōes lon
ge mittā te. Audiebāt aūt eū vſq̄ꝫ ad hoc
ṽbū: ⁊ leuauerūt vocē ſuā dicētes. Tol/
le de terra huiuſcemodi. Nō enī fas ē eum D
viuere. Vociferātib⁹ aūt eis ⁊ ꝓijcienti/
bus veſtimēta ſua: ⁊ puluerē iactātibus ī
aerē: iuſſit tribunus iduci eū i caſtra ⁊ fla
gellis cedi ⁊ torq̄ri eū: vt ſciret ꝓp quā cāꝫ
ſic acclamarēt ei. Et cū aſtrinxiſſet eū loriſ
dixit aſtāti ſibi cēturioni paulus. Si hoīeꝫ
romanū ⁊ indēnatū licet vobis flagellare
Quo audito cēturio acceſſit ad tribunuꝫ:
⁊ nūciauit ei dicēs. Quid actur⁹ es. Hic
enī hō ciuis roman⁹ ē. Accedēs aūt tribu
nus dixit illi. Dic mihi ſi tu romanus es.
At ille dixit. Etiam. Et rn̄dit tribunus.
Ego multa ſūma ciuilitatē hāc ꝯſecutus
ſum. Et paulus ait. Ego aūt ⁊ natus ſuꝫ.
Protinus ḡ diſceſſerūt ab illo q eū torturi

erāt. Tribunus q̄z timuit poſtq̄z reſciuit
qꝛ ciuis roman⁹ eēt: ⁊ qꝛ alligaſſꝫ eū. Po
ſtera aūt die volēs ſcire diligenti⁹ q̄ ex cā
accuſaret̄ a iudeis ſoluit eū: ⁊ iuſſit ſacer-
dotes cōuenire ⁊ oē conciliuꝫ ⁊ ꝑducens
paulū ſtatuit inter illos. XXIII

A Intendēs aūt in cōciliuꝫ paulus
ait. Viri frēs: ego oī ꝯſcia bona
ꝯuerſatus ſū aū deū vſqꝫ in ho-
diernū diē. Princeps aūt ſacerdotū ana
nias p̄cepit aſſtātibus ſibi ꝑcutere os eius
Tūc paulus dixit ad eū. Percutiet te de
us paries dealbate. Et tu ſedēs iudicas
me ſcd̄m legē: ⁊ ꝯ legē iubes me ꝑcuti. Et
q aſtabāt dixerūt. Sūmū ſacerdotē dī ma
ledicis. Dixit aūt paulus. Neſciebā frēs
qꝛ p̄nceps eſt ſacerdotū. Scriptū eſt eniꝫ
Exo.22. ¶ Principē ppl'i tui nō maledices. Sci-
ens aūt paulus qꝛ vna p̄s eēt ſaduceoꝝ ⁊
altera phariſeoꝝ: exclamauit in concilio.
Phil.3.a ¶ Viri frēs. ego phariſeus ſū: fili⁹ phari
ſeoꝝ. De ſpe ⁊ reſurrectōe mortuoꝝ ego
iudicor. Et cū hec dixiſſet. facta eſt diſſen
ſio inter phariſeos ⁊ saduceos ⁊ ſoluta eſt
Mat.22.d multitudo. ¶ Saducei aūt dicūt nō eē re-
ſurrectiōeꝫ mortuoꝝ: neqꝫ angeluꝫ neqꝫ
ſpm̄. phariſei aūt vtraqꝫ ꝯfitent̄. Fact⁹ ē
aūt clamor magn⁹ ⁊ exurgētes qdā pha-
riſeoꝝ: pugnabāt dicētes. Nihil mali in
B uenim⁹ in hoīe iſto. Quid ſi ſpūs locut⁹
eſt ei aut angelus. Et cū magna diſſenſio
facta eēt timēs tribun⁹ ne diſcerperet̄ pau
lus ab ipis: iuſſit milites deſcēdere ⁊ ra-
pere eū de medio eoꝝ: ac deducere eū i ca
J.27.c. ſtra. ¶ Sequēti aūt nocte aſſiſtēs ei domi
nus ait. Cōſtās eſto. Sicut eni͂ teſtificat⁹
es de me i hierl'm. ſic te oꝫ ⁊ rome teſtifi-
cari. Facta aūt die collegerūt ſe qdā ex iu
deis ⁊ deuouerūt ſe dicētes neqꝫ māduca
turos neqꝫ bibituros: donec occiderent
paulū. Erāt aūt pluſqꝫ q̄draginta viri q
hāc cōiurationē fecerāt. q acceſſerunt ad
p̄ncipē ſacerdotū ⁊ ſeniores: ⁊ dixerunt.
Deuotiōe deuouim⁹ nos nihil guſtatu-
ros: donec occidam⁹ paulū. Nūc ḡ vos
notū facite tribuno cū ꝯcilio: vt ꝑducat il
lū ad vos tāqꝫ aliqd certius cogituri de
eo. Nos vo priuſqꝫ appropiet parati ſu
C mus interficere illū. Qd' cū audiſſet fili⁹
ſororis pauli inſidias. venit ⁊ intrauit i ca
ſtra. nūciauitqꝫ paulo. Vocās aūt paul⁹
ad ſe vnū ex cēturionibus ait. Adoleſcē
tē hūc adduc ad tribunū. Habꝫ. n. aliqd
indicare illi. Et ille qdē aſſumēs eū: du-
xit ad tribunū: ⁊ ait. Vinct⁹ paulus roga
uit me hūc adoleſcētē ꝑducere ad te: habē
tē aliqd loq tibi. Apprehēdēs aūt tribun⁹
manū illi⁹ ſeceſſit cū eo ſeorſū: ⁊ interroga-
uit illū. Quid ē qd' habes indicare mihi.
Ille aūt dixit. Iudeis ꝯuēit rogare te vt
craſtina die ꝑducas paulū i ꝯciliū: q̄ſi ali
q certi⁹ inqſituri ſint de illo: tu vo ne cre
dideris illis. Inſidiant̄. n. ex eis viri am
pli⁹ q̄ꝫ q̄draginta: q ſe deuouerūt nō mā-
ducare neqꝫ bibere donec interficiāt eum ⁊
nūc parati ſūt expectātes ꝓmiſſū tuū. Tri
bun⁹ igit̄ dimiſit adoleſcētē p̄cipiēs ei ne
cui loq̄ret̄: q̄m hec nota ſibi feciſſꝫ. Et vo
catis duob⁹ cēturiōibus. dixit illis. Pa
rate milites ducētos vt eāt vſqꝫ ceſareā ⁊
eqtes ſeptuaginta ⁊ lācearios ducentos a
tertia hora noctis ⁊ iumēta p̄parate: vt im
ponētes paulū: ſaluū ꝑducerēt ad felicē p̄
ſidē. Timuit eni ne forte raperēt eū iudei
⁊ occiderēt: ⁊ ipe poſtea calūniā ſuſtinēt:
D tāqꝫ acceptur⁹ pecuniā: ſcribēs ei epl'am
ꝯtinētē hec. Claudi⁹ lyſias: optimo p̄ſi-
di felici ſalutē. Virū hūc cōprehēſū a iudeis
⁊ incipiētē interfici ab eis ſuꝑueniēs cū ex-
ercitu eripui. cognito qꝛ roman⁹ ē volēs
qꝫ ſcire cām quā obijciebāt illi deduxi eū i
ꝯciliuꝫ eoꝝ. Quē inueni accuſari de q̄ſtio
nib⁹ legis ipoꝝ: nihil vero dignū morte
aut vīculis hētem crimē. Et cū mihi ꝑla-
tū eēt de inſidijs q̄s parauerāt illi miſi euꝫ ad
te: denūciās ⁊ accuſatorib⁹ vt dicāt apd' te
Vale. Milites vo ſcd̄m p̄ceptū ſibi aſſu-
mētes paulū duxerūt ꝑ noctē i antipatri-
dē. ⁊ poſtera die dimiſſis eqtibus vt cum
eo irēt: reuerſi ſūt ad caſtra. Qui cū ve-
niſſēt ceſareā ⁊ tradidiſſet epl'aꝫ p̄ſidi: ſta
tuerūt aū illū ⁊ paulū. Cū legiſſet aūt ⁊ in
terrogaſſet de qua ꝓuincia eēt ⁊ cognoſcēs
qꝛ de cilicia: audiā te inqt cum accuſatores
tui venerint. Iuſſitqꝫ in pretorio herodis
cuſtodiri eum. XXIIII.

A Post qnqꝫ āt dies deſcēdit p̄nceps ſa
cerdotū ananias cū ſeniorib⁹ qbuſ
dā ⁊ tertullo qdā oratore: q adierūt p̄ſidē
aduerſus paulū. Et citato paulo. cepit ac
cuſare tertullus dicēs. Cū in multa pace
agam⁹ ꝑ te: ⁊ multa corrigant̄ ꝑ tuā ꝓui
dentiā. ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ ſuſcipim⁹ optime fe
lix cū oī grāꝝ actiōe. Ne diuti⁹ āt te ꝓtra

bā: oro breuiꝰ audias nos ꝓ tua clemētia
Inuenimus hūc hoīeꝫ peſtiferū ⁊ ꝯcitan
tem ſeditionē oībus iudeis i vniuerſo or
be ⁊ autorem ſeditiōis ſecte naçarenoꝝ: q
ēt tēplum violare conatꝰ eſt: queꝫ ⁊ app̄
B bensū voluimus ſm legem nr̄am iudica/
re. Supueniēs aūt tribunus lyſias cū vi
magna eripuit eū de manibus nr̄is iubēſ
accuſatores eius ad te venire a q̄ poīs ipe
iudicans de oībus iſtis cog̃ſcere: de qbus
nos accuſamus eū. Adiecerūt āt ⁊ iudei:
dicētes hec ita ſe hr̄e. Rūdit autē paulus
annuēte ſibi p̄ſide dicere. Ex multis ānīſ
te eē iudicē genti huic ſciens: bono aīo ꝓ
me ſatiſfaciā. Potes eni cognoſcere quia
nō plus ſūt mihi dies q̄ꝫ duodecī ex q̄ aſcē
di adorare in hierl'm: ⁊ neqꝫ in tēplo iue/
nerūt me cū aliq̄ diſputātē aut ꝯcurſū faciē
tē turbe neqꝫ i ſynagogis neqꝫ i ciuitate:
C neqꝫ ꝓbare pñt tibi de qbus nūc me accu
ſāt. Cōfiteor aūt h̄ tibi q· ſm ſectā quā di
cūt hereſim ſic deſuio pri ⁊ deo meo: cre/
dēs oībus q̄ in lege ⁊ ꝓphis ſcripta ſunt
ſpem hn̄s in deū quā ⁊ hi ipſi expectāt re
ſurrectionē futurā iuſtoꝝ ⁊ iniq̄ꝝ. In h̄
⁊ ipſe ſtudeo ſine offendiculo ꝯſciam hr̄e
ad deū: ⁊ ad hoīes ſemp. Poſt ānos aūt
plures elemoſynas facturus in gētē meā
veni ⁊ oblatiōes ⁊ vota: in qbus inuene
rūt me purificatū i tēplo: nō cū turba neqꝫ
cū tumultu. Et apprehēderūt me: clamā
tes ⁊ dicētes. Tolle inimicū nr̄m. Qui/
dā aūt ex aſia iudei q̄s oportebat apud te
p̄ſto eē: ⁊ accuſare ſiqd hr̄ent aduerſū me
aut hi ipſi dicant ſiqd inuenerūt i me iniq
tatis cū ſtem in ꝯcilio niſi de vna hac ſolū
modo voce qua clamaui inī eos ſtās: q̄m
de reſurrectiōe mortuoꝝ ego iudicor ho/
D die a vobis. Diſtulit āt illos felix: certiſſi
me ſciens de via hac dicēs. Cū tribunus
lyſias deſcēderit audiā vos. Iuſſitqꝫ cen
turioni cuſtodire eū: ⁊ hr̄e requiē nec quē
q̄ꝫ de ſuis ꝓhibere miſtrare ei. Poſt ali
q̄t āt dies veniēs felix cū druſilla vxore ſua
q̄ erat iudea vocauit paulūꝫ: ⁊ audiuit ab
eo fidē q̄ eſt in xp̄m ieſum. Diſputāte aūt
illo de iuſtitia ⁊ caſtitate: ⁊ de iudicio futu
ro: tremefactus felix reſpondit. Qđ nunc
attinet: vade: tēpore aūt opportuno accer
ſiā te: ſimul ⁊ ſperans q· pecunia ei daret̄
a paulo: ꝓpter qđ ⁊ frequenter accerſiēs
eū loquebat̄ cū eo. Biēnio āt expleto: ac/
cepit ſucceſſorem felix porcium feſtū. Vo
lens aūt gratiā preſtare iudeis felix: reli/
quit paulū vinctum. XXV
A Feſtus ḡ cū veniſſet i ꝓuinciā pꝰ
triduū aſcendit hieroſolymā a ce/
ſarea. Adierūtqꝫ eū pricipes ſacer
dotū ⁊ p̄mi iudeoꝝ aduerſus paulū: ⁊ ro
gabant eū poſtulātes grām aduerſus euꝫ
vt iuberet ꝑduci eū in hierl'm: inſidias tē/
dentes vt interficerēt eū in via. Feſtꝰ aūt
rūdit ſuari qdē paulū i ceſarea: ſe āt matu
rius ꝓfectuꝝ. Qui ḡ in vob ait potētes
ſunt deſcendētes ſiſ ſi qđ ē in viro crimē
accuſent eū. Demoratus aūt inter eos di
es nō amplius q̄ꝫ octo aut decē deſcendit
B ceſareā: ⁊ alia die ſedit ꝓ tribunali: ⁊ iuſ/
ſit paulū adduci. Qui cū ꝑductus eēt: cir
cūſteterunt eū q ab hieroſolyma deſcēde/
rant iudei: multas ⁊ graues cās obijcien/
tes q̄s nō poterāt ꝓbare: paulo rōnē red
dente: q: in legē iudeoꝝ: neqꝫ in tēplum
neqꝫ i ceſarē q̄cq̄ꝫ peccaui. Feſtus aūt vo
lens grām p̄ſtare iudeis: rn̄dēs paulo di
xit. Vis hieroſolymā aſcendere: ⁊ ibi de
his iudicari apud me? Dixit aūt paulus.
Ad tribunal ceſaris ſto ibi me oꝫ iudicari
Iudeis non nocui: ſicut tu melius noſti.
Si enī nocui aut dignuꝫ morte aliqd feci
nō recuſo mori. Si vo nihil eſt eoꝝ q̄ hi
accuſant me: nēo pōt me illis donare. Ce
ſarē appello. Tūc feſtus cū ꝯſilio locutus
rūdit. Ceſarem appellaſti: ad ceſarē ibis
Et cū dies aliquot trāſacti eēnt: agrippa
C rex ⁊ bernice deſcēderūt ceſareā ad ſalutā
dū feſtū. Et cum dies plures ibi morarēt̄
feſtus regi indicauit de paulo dicēs. Vir
qdā ē derelictus a felice victus: de q̄ cum
eēm hieroſolymis adierūt me p̄ncipes ſa/
cerdotū ⁊ ſeniores iudeoꝝ poſtulātes ad
uerſus illum dānationē. Ad q̄s rūdi q̄a
nō ē romāis ꝯſuetudo donare aliquē ho/
minē p̄uſq̄ꝫ is q accuſat̄ p̄ñtes hēat accu/
ſatores locūqꝫ defendendi accipiat ad ab/
luenda crimina q̄ ei obijciunt̄. Cuꝫ ergo
huc conueniſſent: ſine vlla dilatione in ſe
quenti die ſedens ꝓ tribunali iuſſi addu
ci virū. De q̄ cū ſtetiſſent accuſatores nul
lā cām deferebāt de qbus ego ſuſpicabar
malum queſtiones vero quaſdam de ſua
ſupſtitione habebant aduerſus eum: ⁊ de
quodam ieſu defuncto quem affirmabat
paulus viuere. Heſitans autem ego de

hꝰ i qōne dicebā: ſi vellet ire hieroſolymā
D ⁊ ibi iudicari de iſtis. Paulo aūt appellā
te vt ſuarcē auguſti cognitōi. iuſſi ſuari
eū donec mittā eū ad ceſarē. Agrippa aūt
dixit ad feſtū. Volebā ⁊ ipſe hoīem audi/
re. Cras inq̄t audies eū. Alia aūt die cū
veniſſet agrippa ⁊ bernice cū multa ābi/
tiōe ⁊ itroiſſet i auditoriū cū tribunis ⁊ vi
ris principalibus ciuitatis iubente feſto
adductus eſt paulꝰ. Et dixit feſtꝰ. Agrip
pa rex ⁊ oēs q ſimul adeſtis nobiſcū viri
videtis hunc hoīem de q̄ oīs multitudo iu
deoꝝ iterpellauit me hieroſolymis peten
tes: ⁊ acclamantes nō oportere eū viuere
āplius. Ego vero cōperi nihil dignū mor
te eū admiſiſſe. Ipſo aūt h appellante: ad
auguſtū iudicaui mittere. De q̄ qd certū
ſcribā dn̄o nō hēo: ꝓpter qđ ꝑduxi eū ad
vos ⁊ maxime ad te rex agrippa: vt inter
rogatione facta habeā qd ſcribā. Sine ra
tione eni mihi videtur mittere vinctū: ⁊
cauſas eius nō ſignificare. XXVI

A Agrippa vero ad paulū ait. Per/
mittit tibi loq ꝓ temetipſo. Tunc
paulus extēta manu cepit rōnem
reddere. De oibus qbus accuſor a iudeis
rex agrippa: eſtimo me btm̄ apud te: cum
ſim defēſurus me hodie: maxie te ſciente
oia q̄ apud iudeos ſūt ꝯſuetudines ⁊ qōnes
ꝓpi qđ obſecro patiēter me audias. Et q
dē vitā meā a iuuētute q̄ ab initio fuit i gē
te mea i hieroſolymis nouerūt oēs iudei:
ꝓſcientes me ab initio ſi velint teſtimoniū
ꝑhibē: qm̄ ſcḋ certiſſimā ſectā nr̄e rligiōis
vixi phariſeus. Et nunc in ſpe q̄ ad patres
nr̄os repromiſſionis fcā ē a deo ſto iudi
cio ſubiectus in q̄ duodeci tribus nr̄e no/
cte ⁊ die deſeruiētes ſperāt deuenire. De
q̄ ſpe accuſor a iudeis rex. Quid icredibi
le iudicat apud vos ſi deꝰ mortuos ſuſci
tat. Et ego qdē eſtimaueram me aduerſus
nomē ieſu nazareni debē multa ꝯtria agē
B qđ feci hieroſolymis. Et multos ſcōꝝ ego
i carceribꝰ iclusi a ꝓncipibus ſacerdotum
ptāte accepta: ⁊ cū occiderent detuli ſniā
Et p oēs ſynagogas frequēter puniēs eos
cōpellebā blaſphemare: ⁊ āplius iſaniēs
i eos ꝑſeq̄bar vſq; i exteras ciuitates. In
qbꝰ dū irē damaſcū: cū ptāte ⁊ pmiſſu pri
cipū ſacerdotū: die media i via vidi rex d
celo ſup̄ ſplendorē ſolis circūfulſiſſe me lu
mē: ⁊ eos q mecū ſimul erāt: oēſq; nos cū
cecidiſſemus i terrā audiui vocē loq̄ntē
mihi hebraica ligua. Saule ſaule qd me ꝯ.9.a.⁊.22.b
ꝑſeq̄ris. Durū ē tibi ꝯ ſtimulū calcitrare
Ego aūt dixi. Quis es dn̄e. Dn̄s aūt di/
xit. Ego ſum ieſus nazarenus quē tu pſeq̄ C
ris. Sz exurge: ⁊ ſta ſup̄ pedes tuos. Ad
h eni apparui tibi ⁊ ꝯſtituā te miniſtrū ⁊ te
ſtē eoꝝ q̄ vidiſti: ⁊ eoꝝ qbus apparebo ti
bi: eripiēs te de pplis ⁊ gētibus i q̄s nūc
ego mitto te aperire oculos eoꝝ: vt ꝯuer/
tant a tenebris ad lucē: ⁊ de ptāte ſathane
ad deū: vt accipiāt remiſſionē pctōꝝ ⁊ ſor
tē iter ſcōs p fidē q̄ ē i me. Vn rex agrip
pa nō fui icredulus celeſti viſioni: ſz his
q ſunt damaſci primū ⁊ hieroſolymis ⁊ in
oē in regionē iudee: ⁊ gētibus ānunciabā
vt pniaz agerēt: ⁊ ꝯuerterent ad deū: di
gna pnie opa faciētes. Hac ex cā me iu/
dei cū eēm i tēplo ꝯphenſū tēptabant vo/
lentes me iterficere. Auxilio aūt adiutus
dei vſq; in hodiernū diē ſto teſtificās mi/
nori atq; maiori: nihil extra dicēs q̄z ea q̄ ꝓ/
phete locuti ſūt futura eē ⁊ moyſes: ſi paſ
ſibilis xp̄s: ſi primus ex reſurrectione mor
tuoꝝ lumē ānunciaturus ē pplo ⁊ genti/
bus. Hec loq̄nte eo ⁊ rōnē reddente fe/
ſtus magna voce dixit. Inſanis paule.
Multe te lre ad iſaniā ꝯuertūt. Et paulus D
nō iſanio iquit optime feſte: ſed veritatis ⁊
ſobrietatis vba eloquor. Scit.n. de his
rex: ad quē ⁊ ꝯſtāter loquor. Latere.n.eū
nihil hoꝝ arbitror. Neq;.n. in āgulo q̄
q̄z hoꝝ geſtū ē. Credis rex agrippa pro/
phetis: Scio q̄ credis. Agrippa autē ad
paulū. In modico ſuades me xp̄ianū fie
ri. Et paulus. Opto apud deū ⁊ i modi/
co ⁊ i magno: nō tm̄ te: ſz etiā oēs q audi/
unt hodie fieri tales q̄lis ⁊ ego ſū: exceptis
vinculis his. Et exurrexit rex ⁊ pſes ⁊ ber
nice ⁊ q aſſidebant eis. Et cū receſſiſſent:
loq̄bant ad iuicē dicentes: q̄ nihil morte
aut vinculis dignū qd fecit hō iſte. Agrip
pa aūt feſto dixit. Dimitti poterat hō hic:
ſi nō appellaſſet ceſarem. XXVII

Vt aūt iudicatū ē nauigare eū i ita A
liā ⁊ tradi paulū cū reliqs cuſto/
dijs cēturioni noīe iulio cohortis
auguſte aſcēdentes nauē hadrumetinam
icipiētē nauigare circa aſie loca ſuſtuli/
mus ꝑſeuerante nobiſcū ariſtarcho mace
done theſſalonicēſe. Sequēti aūt die ve
nimus ſidonē. Humane aūt tractans iu

filij dei. Et hec eſt fiducia quā hēmus ad
deū: q2 qḋcunq3 petierim⁹: ſcḋm volunta-
tem eius audit nos. Et ſcimus quia audit
nos: qcqd petierimus. Scimus: qm̄ hē-
D mus petitiones quas poſtulamus ab eo.
Qui ſcit frēm ſuum peccare peccatum nō
ad mortem: petat ⁊ dabit ei vita peccanti
nō ad mortē. Eſt pctm̄ ad mortē nō p il-
lo dico vt roget quis. Omis iniquitas pec
catum ē: ⁊ ē pctm̄ ad mortē. Scimus: q2
oīs q natus eſt ex deo nō peccat: ſed gnā-
tio dei cōſeruat eū: ⁊ malignus nō tanget
eum. Scimus: qm̄ ex deo ſumus: ⁊ mun
dus totus in maligno poſitus eſt. Et ſci-
mus: qm̄ filius dei venit ⁊ dedit nobis ſē
ſum: vt cognoſcamus deū verū: ⁊ ſimus i
vero filio eius. Hic ē verus deus ⁊ vita
eterna. Filioli: cuſtodite vos a ſimulacris.
¶ Explicit epl'a beati Johannis apoſtoli
prima. ¶ Incipit argumentū in epiſtolā
eiuſdem ſcḋam.

Senior ad electam feminam
ſcribit: vt eandem dn̄am nō
dubitet litteris appellare: eiuſ
dem filijs teſtimoniū q ambu
lent in vitate phibet.

¶ Explicit argumentum. Incipit epiſto
la beati Johannis apoſtoli ſecunda.
Capitulum. .I.

Senior electe dn̄e ⁊ natis
eius q̄s ego diligo in vi
tate: ⁊ nō ego ſolus: ſed ⁊
oēs q cognouerunt vitatē
ppter vitatē q̄ pmanet i
vobis: ⁊ vobiſcū erit in eternū. Sit vo
biſcū grā miſericordia pax a deo pr̄e: et
a xp̄o ieſu filio pr̄is in vitate ⁊ charitate.
Gauiſus ſū valde: qm̄ inueni de filijs tu
is ambulātes i vitate: ſicut mandatū ac-
cepimus a pr̄e. Et nūc rogo te dn̄a nō tā
q̄ mandatum nouū ſcribēs tibi: ſ3 qḋ hūi
mus ab initio vt diligamus alterutrū. Et
C hec ē charitas vt ambulemus ſcḋm māda-
ta eius. Hoc .n. eſt mandatū: vt quēad-
modū audiſtis ab initio in eo ambuletis:
qm̄ multi ſeductores exierūt in mūdum q
non cōfitent ieſū xp̄m veniſſe in carnem.
Hic eſt ſeductor ⁊ antixp̄s. Videte voſ-
metipſos ne pdatis q̄ opati eſtis: ſ3 vt mer
D cedē plenā accipiatis. Omis q recedit ⁊ nō
pmanet in doctrina xp̄i: deū nō h3. Qui
pmanet in doctrina: h̄ prēm ⁊ filiū habet.
Si quis venit ad vos ⁊ hāc doctrinā nō af
fert: nolite recipe eū in domū nec aue ei di
xeritis. Qui .n. dic illi aue cōicat opibus
eius malignis. Ecce p̄dixi vobis vt i die
dn̄i non cōfundamini. Plura hn̄s vobis
ſcribere: nolui p chartā ⁊ attramentum.
Spero .n. me futurū apḋ vos: ⁊ os ad os
loqui. ¶ vt gaudiū vr̄m plenū ſit. Salutāt Job. i6. f.
te filij ſororis tue electe. i. Jo. i. d.

¶ Explicit epiſtola beati Johannis apo
ſtoli ſecunda. ¶ Incipit argumentum in
epiſtolam eiuſdem tertiam.

Gaium pietatis cauſa extollit at
q3 vt in ipſa pietate maneat ex
hortatur: diotrepem impieta
tis ⁊ ſuperbie cauſa obiurgat
demetrio autem bonum teſti-
monium perhibet cum fratribus vniuer
ſis.

¶ Explicit argumentum. Incipit epi
ſtola beati Johannis apoſtoli tertia.
Capitulum. I.

a SEnior: gaio chariſſimo quem
ego diligo in veritate. Chariſ
ſime de omnibus orationem
facio ꝓſpere te ingredi ⁊ vale
re ſicut ꝓſpere agit anima tua
Gauiſus ſum valde venientibus fratri/
bus ⁊ teſtimonium phibentibus veritati
B tue ſicut tu in veritate ambulas. Maiorē
hoꝝ non habeo gratiā: q̄ vt audiam fili/
os meos in veritate ambulare. Chariſſi/
me: fideliter facis quicquid operis in fra/
tres ⁊ hoc in peregrinos qui teſtimoniū
reddiderunt charitati tue in conſpectu ec/
cleſie: quos benefacies deducens digne
deo. Pro nomine enim eius ꝓfecti ſunt
C nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo
debemus ſuſcipere huiuſmodi: vt coope/
ratores ſimus veritatis. Scripſiſſem for
ſitan eccleſie: ſed is qui amat primatū ge/
rere in eis diotrepes: nō recipit nos. Pro
pter hoc ſi venero cōmoneam eius opera
que facit verbis malignis garriens in nos
Et quaſi non ei iſta ſufficiant: neq; ipſe ſu
ſcipit fratres: ⁊ eos qui ſuſcipiunt prohi/
D bet ⁊ de eccl'a eijcit. Chariſſime noli imi/
tari malum: ſed quod bonum eſt. Qui be
nefacit: ex deo eſt: qui male facit non vi/
det deum. Demetrio teſtimonium reddi
tur ab omnibus ⁊ ab ipſa veritate: ſed ⁊
nos teſtimonium perhibemus: ⁊ noſti:
quoniam teſtimonium noſtrum verū ē.
Multa habui tibi ſcribere: ſed nolui per
atramentum ⁊ calamū ſcribere tibi. Spe
ro autem protinus te videre: ⁊ os ad os
loquemur. Pax tibi. Salutant te amici.
Saluta tu amicos nominatim.

¶ Explicit epiſtola beati Johannis apo
ſtoli tertia. Incipit argumentū in epiſtolā
beati Jude apoſtoli.

IUdas apoſtolus: fratres
de corruptoribus vie veri/
tatis ita informat. vt illici/
tum eſſe diſſeret de ſub iu
go ſemel erutos ſeruitutis
denuo operā ſuam officijs
nouare ſeruilibus.

¶ Explicit argumentum. Incipit epiſto
la beati iude apoſtoli. Caplm. I

a IUdas ieſu
xp̄i ſeruus: frater autē ia/
cobi: his q̄ ſūt i deo pre
dilectis: ⁊ xp̄o ieſu con
ſeruatis. ⁊ vocatis. Mi
ſericordia vobis ⁊ pax
⁊ charitas adimpleatur. Chariſſimi oēm
ſollicitudinē faciens ſcribendi vobis de cōi
vr̄a ſalute neceſſe habui ſcribere vobis d̄
precans ſupercertari ſemel traditē ſanctis fi
dei. Subintroierūt n. qdam hoīes q oli
pſcripti ſunt in h' iudiciū ipij dn̄i nr̄i gra/
tiam transferentes in luxuriā ⁊ ſolū dn̄a/
torem ⁊ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m negātes.
Cōmonere autē vos volo ſcientes ſemel
B oīa: qm̄ ieſus populū de terra egypti ſal/
uans: ſecundo eos qui nō crediderunt ꝑ/
didit. Angelos vero q non ſeruauerunt
ſuū principatū: ſed dereliquerunt ſuū do/
miciliū. in iudiciū magni dei vinculis eter
nis ſub caligie reſeruauit. Sicut ſodoma
⁊ gomorra ⁊ finitime ciuitates ſimili mō
exfornicate: ⁊ abeuntes poſt carnē alterā
facti ſunt exemplū ignis eterni penam ſu/
ſtinentes. Similiter ⁊ hi carnē qdē ma/
culant: dn̄ationem aūt ſpernunt: maieſtatē
aūt blaſphemant. Cū michael archange/
lus cū diabolo diſputans altercaretur de
moyſi corpore. nō ē auſus iudiciū inferre Zach. 3.
blaſphemie ſ; dixit. Imperet tibi deus. Hi Eccle. 21.
aūt q̄cunq; quidem ignorant blaſphemant
q̄cunq; aūt naturaliter tanq̄ muta aīalia C
norūt: in his corrūpunt. Ve illis q in via
caym abierūt: ⁊ errore balaā mercede effu
ſi ſunt: ⁊ in ꝯdictiōe chore abierūt. Hi 2. Pe. i. b.
ſunt in epulis ſuis macule cōuiuantes: ſi
ne timore: ſemetipſos paſcentes: nubes
ſine aqua q̄ a ventis circūferunt: arbores
autūnales infructuoſe: bis mortue: eradica
te: fluctus feri maris: deſpumantes ſuas
confuſiones: ſidera errantia: qbus ꝓcel/
la tenebraꝝ ſeruata ē in eternū. Prophe
tauit aūt ⁊ de his ſeptimus ab adā enoch
dicens: Ecce venit dn̄s in ſcīs milibus Eſa. 3.
ſuis facere iudiciū ꝯ oēs: ⁊ arguere oēs i Mat. 24. d.
pios de oibus opibus ipietatis eoꝝ qbus Apoc. i. b.
ipie egerunt: ⁊ de oibus duris q̄ locuti ſūt
ꝯtra deū peccatores ipij. Hi ſūt murmu
ratores q̄ruloſi: ſcd̄m deſideria ſua ambu/
lātes ⁊ os eoꝝ loquit ſupbiā mirātes perſo
nas queſtus cā. Vos aūt chariſſimi me/ D

moꝛes eſtote ✓ boꝝ q̄ predicta ſūt ab apo
ſtolis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: q dicebant vobis.
1. Timo. 4. a ¶ Qm̄ in nouiſſimis tēpoꝛibus veniēt il/
2. Timo. 3. a luſores ſ̄m deſideria ſua ambulātes in i/
2. Pe. 3. a pietatibus. Hi ſūt q ſegregāt ſemetipſos
aiales ſp̄m non habētes. Vos aūt chariſ
ſimi ſuper edificātes voſmetipſos ſanctiſ
ſime nr̄e fidei in ſpū ſcō oꝛātes: voſmetip
ſos in dilectiōe dei ſeruate: expectātes mi
ſericoꝛdiā dn̄i noſtri ieſu xp̄i in vitā eīnā.
Et hos quidē arguite iudicatos illoſ: ✓ o
ſaluate de igne rapiētes. Alijs aūt miſere
mini i timoꝛe: odientes ⁊ eā que carnalis
eſt maculatā tunicā. Ei aūt q potēs ē voſ
conſeruare ſine peccato: ⁊ cōſtituere ante
conſpectū gloꝛie ſue immaculatos in exul
tatione: in aduētu dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: ſoli do
ſaluatoꝛi nr̄o: per ieſū xp̄m dn̄m nr̄m glo
ria magnificētia imperiū ⁊ poteſtas ante
omnia ſecula: ⁊ nunc ⁊ in oīa ſecula ſecu/
loꝛum. Amen.

¶ Explicit ep̄la beati Jude ap̄li. Inci
pit prologus in apocalypſim beati Jo/
hannis apoſtoli.

OMnes qui pie volūt viuere i
xp̄o: ſicut ait ap̄ls: pſecutionē
patienť iuxta illud. Fili acce/
dens ad ſeruitutē dei: ſta i ti/
moꝛe: ⁊ p̄para aiam tuā ad tē
ptationē. Temptatio nāqꝫ ē vita hois ſu
per terrā. Ne aūt fideles deficiant in his:
ꝯſolať eos dn̄s atqꝫ ꝯfirmat dicens. Vo
biſcū ſum vſqꝫ ad ꝯſumationem ſeculi: ⁊
nolite timere puſill⁹ grex. Propterea vi
dens deus pater tribulationes quas paſ/
ſura erat eccleſia ab ap̄lis fūdata ſupꝛa pe
trā xp̄m vt minus timeať: diſpoſuit vna
cum filio ⁊ ſpū ſcō eas reuelare. Reuela/
uit aūt tota trinitas xp̄o ſ̄m humanitatē
Chriſtus ✓ o iohāni p angelū. Iohānes
eccleſie: de q̄ reuelatione hunc librū cōpo
ſuit. Vnde ⁊ liber iſte Apocalypſis dici
tur: ideſt reuelatio: qꝛ hic cōtinentur que
deus reuelauit iohanni ⁊ iohannes eccle
ſie: quanta ſcilicet eccleſia paſſa ſit in tem
poꝛe p̄mitiuo: ⁊ nunc patiatur: ⁊ nouiſ/
ſime tempoꝛibus antichriſti paſſura ſit:
quando tanta erit tribulatio vt ſi fieri poſ
ſet etiam moueantur electi. Et que pro
his ⁊ nunc ⁊ in futuro premia ſit ſuſcē/
ptura vt quos denūciata ſupplicia terrēt:
promiſſa premia letificent. Ideo iſte liber
inter reliquas ſcripturas noui teſtamen/
ti prophetie nomine cenſeť q̄ alijs ē excel
lentioꝛ ꝓphetijs. Sicut. n. nouū teſtamē
tum p̄ſtat veteri: ⁊ euangeliū legi: ita hec
ꝓphetia ꝓphetijs veteris teſtamenti: qa
de xp̄o ⁊ eccl'ia magna ex parte iā adimple/
ta ſacra denunciať. Vel etiam ideo: qꝛ cū
alijs vnipharia: iſti tripharia data eſt ꝓ/
phetia ſiml'. ſ. p̄terito ⁊ p̄ñti ⁊ futuro. Ad
cuius ꝯfirmandā auctoꝛitatē occurrit iam
auctoꝛitas mittentis deferentis ⁊ accipien
tis. Mittentis. ſ. trinitatis: ⁊ deferentis
ſ. angeli. ⁊ accipientis. ſ. iohānis. Cū aūt
iohāni hec in viſiōe fuerūt reuelata: ⁊ ſint
tria gnā viſionū: ſcďq genē ꝯtineať vidēdū
ē. Viſio. n. alia coꝛpal' qū vꝫ coꝛpalibus
oculis aliqd videm⁹. Alia ſpūalis ſeu ima
ginaria cū videlicet doꝛmientes vel vigilā
tes imagines reꝝ cernimus qbus aliqd
ſignificať: ſic vidit pharao ſpicas ⁊ moy/
ſes rubū ardere: ille doꝛmiens: iſte vigi/
lans. Alia itellectualis: qū videlicet ſpū/
ſcō reuelante itellectui mentis veritatem
myſterioꝝ ſicut ē capimus: quō vidit io/
hannes q in h̄ libro referunť. Non. n. fi/
guras tm̄ ſpū vidit: ſed ⁊ eaꝝ ſignificata
mēte itellexit. Vidit aūt iohānes ⁊ ſcrip/
ſit in pathmos iſula relegatus a domitia/
no in exilio p̄ncipe impijſſimo: hac eum ad
ſcribendū cōpellente cā: qꝛ dum exul tene
reť a domitiano i pathmos iſula in eccle/
ſijs qbus p̄erat multa pullularunt atqꝫ i
oleuerūt vitia atqꝫ diuerſe hereſes. Erāt
enī qdam heretici ibi dicentes xp̄m nō fu
iſſe ante mariā: qꝛ tēpoꝛaliter de ea natus
erat: quos iohānes in p̄ncipio euangelij
ſui redarguit dicēs. In p̄ncipio erat ver
bū. Et in h̄ libro cū dicit alpha ⁊ o. i. p̄nci
pium ⁊ finis. Dicebāt etiā qdam eccl'iam
pondere tribulationū an̄ finē ſeculi deſi/
turā: ⁊ ꝓ laboꝛe nō p̄miū eternū ſuſceptu
rā. Hoꝝ ḡ erroꝛes volens deſtruere io
hānes: oñdit xp̄m p̄ncipium eſſe ⁊ finē.
Vn̄ eſaias. Añ me nō eſt foꝛmatus deus
⁊ poſt me nō erit. Et eccleſiā p exercitiū
tribulationū nō deſinere: ſed ꝓficere: ⁊ ꝓ
his brauiū eternū recipere. Scribit aūt io
hānes ſeptē eccleſijs aſie. ⁊ eaꝝ ſeptē epi
ſcopis de p̄dictis iſtruens: ⁊ in eis p eam
totā generalē eccleſiā docēſ. Eſt itaqꝫ me

teria iohānis in h̄ ope ſtatus ſpāliter aſia
ne eccl'ie: necnō ⁊ totius videlicꝫ q̄ in pn̄ti
patiat̄: ⁊ in futuro receptura ſit. Intētio
vero eius eſt monere ad patientiā q̄ ſci uā
da eſt. Tum q: breuis labor: tū q: p̄miū
magnū. Modus tractandi talis: primo
p̄mittit ꝓlogū ⁊ ſalutationem: vbi reddit
auditores benignos ⁊ attentos: q̄ p̄miſſo
accedit ad narrationē. Hanc narrationē
vero oñdit xp̄m eſſe ab eterno ſine pnci/
pio ⁊ fine. Inducēs ip̄m loquentē. Ego
ſum alpha ⁊ o. i. principiū ⁊ finis. Po/
ſtea accedens ad narrationē diſtinguit ſe
ptē viſiones qbus terminatis iſte liber cō
ſumatur. Premittit aūt ꝓlogum dicens.
Apocalypſis ieſu xp̄i: ſubaudis hic eſt: ſi
cut in alijs: viſio eſaie hec eſt ⁊ parabole
ſalomonis ſunt hec.

Item alius ꝓlogus in Apocalypſim.

Ohannes ap̄ls ⁊ euangeliſta
a xp̄o electus atqꝫ dilectus in
tanto amore dilectionis vbe/
rior habitus ē: vt in cena ſup̄
pectus eiꝰ recūberet: ⁊ ad cru
cē aſtanti ſoli matrē ꝓpriam cōmendaſſꝫ
vt quē nubere volentem ad amplexū vir
ginitatis aſciuerat: ipſi etiāꝫ cuſtodiendā
virginem tradidiſſet. Hic itaqꝫ cum pro
pter verbū dei ⁊ teſtimoniū ieſu xp̄i i pa/
thmos iſulam ſortiret̄ exiliū: illic ab eodē
apocalypſis p̄oſtenſa deſcribit̄: vt ſicut in
pncipio canonis: ideſt libri geneſeos: in
corruptibile pncipiū p̄notatur: ita etiā in/
corruptibilis finis per virginē in apoca/
lypſi redderet̄ dicentis. Ego ſūꝫ alpha ⁊
o: initium ⁊ finis. Hic eſt iohānes: q ſci/
ens ſuperueniſſe ſibi diem egreſſionis de
corpore: conuocatis in epheſo diſcipulis
deſcendit in defoſſum ſepulture ſue locū
orationeqꝫ completa reddidit ſp̄m: tam
a dolore mortis factus extraneus q̄ꝫ a cor
ruptione carnis noſcitur alienus. Cuius
tamen ſcripture diſpoſitio vel libri ordina
tio ideo a nobis per ſingula non exponit̄
vt neſcientibus inquirendi deſideriū col
locetur: ⁊ querētibus laboris fructus: ⁊
deo magiſterij doctrina ſeruetur.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumētū.

Apocalypſis iohannis tot ha
bet ſacramenta quot verba.
Paruꝫ dixi: ⁊ pro merito vo
luminis laus omnis inferior
eſt. In verbis ſingulis mul/
tiplices latent intelligentie.

Explicit argumentum. Incipit liber
Apocalypſis beati Johannis apoſtoli.
Capitulum. I

Apocalypſis a
ieſu chriſti quam dedit
illi deus palā facere ſer
uis ſuis que oportet fie
ri cito. Et ſignificauit
mittens per angelū ſuū
ſeruo ſuo iohāni qui te/
ſtimoniū perhibuit verbo dei: ⁊ teſtimo
nium ieſu xp̄i q̄cunqꝫ vidit. Beatus qui
legit ⁊ audit verba ꝓphetie huius: ⁊ ſer/
uat ea que in ea ſcripta ſunt. Tempus. n.
ꝓpe eſt. Johannes ſeptē eccleſijs q̄ ſunt
in aſia. Gratia vobis ⁊ pax ab eo qui eſt B
⁊ qui erat ⁊ qui venturus eſt: ⁊ a ſeptē ſpi
ritibus qui in ↄſpectu throni eius ſunt: ⁊
a ieſu xp̄o qui eſt teſtis fidelis primogeni
tus mortuoꝝ ⁊ princeps regum terre: q Heb.9.b.
dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris i.Joh.1.d.
in ſanguine ſuo: ⁊ fecit nos regnum ⁊ ſa/
cerdotes deo ⁊ pr̄i ſuo: Ipſi gloria ⁊ im/
perium in ſecula ſeculoꝝ. Amen. ¶ Ecce Eſa.3.
venit cum nubibus: ⁊ videbit eū omnis Mat.24.d.
oculus: ⁊ qui eum pupugerunt. Et plan Jude.i.c.
gent ſe ſuper eum oēs tribus terre: etiam I.22.c.
amē. ¶ Ego ſū alpha ⁊ o: pncipiū ⁊ finis
dicit dn̄s deus qui eſt ⁊ qui erat ⁊ qui vē/ C
turus eſt oīpotens. Ego iohānes frater
veſter ⁊ particeps in tribulatiōe ⁊ regno
⁊ patientia in ieſu chriſto fui in inſula que
appellatur pathmos propter verbum dei
⁊ teſtimonium ieſu. ¶ Fui in ſpiritu in I.4.a.
dominica die. Et audiui poſt me vocem
magnam tanqꝫ tube dicentis. Quod vi/
des ſcribe in libro: ⁊ mitte ſeptem eccl'ijs
que ſunt in aſia epheſo ⁊ ſmyrne ⁊ perga
mo ⁊ thiatyre ⁊ ſardis ⁊ philadelphie ⁊ la
odicie. Et conuerſus ſum vt viderē vocē
que loquebat̄ mecum. Et conuerſus vi/
di ſeptem candelabra aurea: ⁊ in medio ſe
ptem candelabrorum aureoꝝ ſimilē filio

hoīs veſtitum podere: ⁊ p̄cīctū ad mam
millas zona aurea. Caput aūt ei⁹ ⁊ capilli
j.1.c.⁊.19.c erāt cādidi tāq̃ lana alba ⁊ tāq̃ nix. ¶ Et
oculi ei⁹ velut flāma ignis: ⁊ pedes eius
ſimiles aurichalco ſicut ī camino ardenti
D Et vox illi⁹ tāq̃ vox aquarū multaruꝫ. ⁊
j.19.c. hab: bat ī dextera ſua ſtellas ſeptē. ¶ Et de
Mt.17.a ore ei⁹ gladi⁹ vtraq̃ parte acutus exibat
¶ ⁊ facies ei⁹ ſicut ſol lucet ī v̄tute ſua. Et
cū vidiſſem eū: cecidi ad pedes ei⁹ tanq̃
mortuus. Et poſuit dexteram ſuā ſup me
Eſa.44. dicēs: Noli timere. ¶ Ego ſuꝫ primus ⁊
j.22.c. nouiſſimus ⁊ viuus: ⁊ fui mortuus: ⁊ ec
Eſa.22. ce ſuꝫ viuēs ī ſecula ſeculoꝝ. ¶ ⁊ habeo cla
j.3.b. ues mortis ⁊ inferni. Scribe ergo q̄ vi
Job.12. diſti ⁊ que ſūt: ⁊ que oportet fieri poſt hec
Sacramentū ſeptem ſtellarū q̄s vidiſti in
dextera mea ⁊ ſeptē cādelabra aurea ſeptē
ſtelle angelī ſūt ſeptē eccleſiarū: ⁊ cādela
bra ſeptē: ſeptēꝫ eccleſie ſunt. II

A Et āgelo epheſi eccl'ie ſcribe Hec
dicit q tenet ſeptem ſtellas in de
xtera ſua q ambulat ī medio ſeptē
cādelabroꝝ aureorum. Scio opera tua ⁊
laborē ⁊ patiētiā tuā: ⁊ q2 nō potes ſuſti
nere malos. Et tēptaſti eos q ſe dicūt apo
ſtolos eſſe ⁊ nō ſūt: ⁊ iueniſti eos mēda
ces. Et patiētiā habes. ⁊ ſuſtinuiſti ꝓpt
nomē meū: ⁊ nō defeciſti. Sed habeo ad
uerſū te pauca: q2 charitatē tuā primā re
liquiſti. Memor eſto itaq̃ vnde excide
j.3.a. ris. ¶ ⁊ age pniām ⁊ p̄ma opera fac. Sin
aūt venio tibi ⁊ mouebo cādelabrū tuum
Luc.13.a de loco ſuo: ¶ niſi pniām egeris. Sꝫ hoc
habes: q2 odiſti facta nicolaitarū: q̄ ⁊ ego
odi. Qui habet aurē audiat: qd ſpūs di
cat eccleſijs. Vincēti dabo edere d' ligno
vite: qđ eſt in paradiſo dei mei. Et ange
lo ſmyrne eccleſie ſcribe. Hec dicit p̄m⁹
⁊ nouiſſimus: q fuit mortu⁹ ⁊ viuit. Scio
tribulationē tuā ⁊ paupertatē tuā: ſed di
B ues es ⁊ blaſphemaris ab his q ſe dicunt
iudeos eſſe ⁊ nō ſunt: ſed ſunt ſynagoga
ſathane. Nihil hoꝝ timeas q̄ paſſurus es
Ecce miſſurus ē diabolus aliquos ex vo
bis in carcerē vt tēptemini: ⁊ habebitis
tribulationē dieb⁹ decē. Eſto fidelis vſ
q̃ ad mortem: ⁊ dabo tibi coronam vite.
Qui hꝫ aurē audiat: qd ſpūs dicat eccl'ijs
¶ Qui vicerit n̄ ledet̄ a morte ſecūda. Et
j.3.b. angelo pergami eccleſie ſcribe. Hec di
cit q habet rhumpheā ex vtraq̃ p̄te acutā

Scio vbi habitas: vbi ſedes eſt ſathane:
⁊ tenes nomen meū ⁊ nō negaſti fidē me
am. Et in dieb⁹ illis antiphas teſtis me⁹
fidelis q occiſus ē apud vos vbi ſathanas
habitat. Sꝫ habeo aduerſus te pauca: q2
habes illic tenentes doctrinā balaam qui C
docebat balac mittere ſcādalū corā filijs
iſrael edere ⁊ fornicari: ita habes ⁊ tu te
nētes doctrinā nicolaitarū. Similiter pe
nitētiā age: ſi quo minus: veniā tibi cito
⁊ pugnabo cū illis ī gladio oris mei. Qui
habet aurē audiat: qd ſpūs dicat eccleſijs
Vincēti dabo mānā abſconditū: ⁊ dabo
illi calculū candidū ⁊ in calculo nomē no
uum ſcriptū: quod nemo ſcit niſi q accipit
Et āgelo thiatyre eccleſie ſcribe. Hec di
cit filius dei. ¶ qui habet oculos tanq̃ flā s.i.c.⁊.19.c.
mā ignis ⁊ pedes ei⁹ ſimiles aurichalco.
Noui opera tua ⁊ fidē ⁊ charitatē tuam ⁊
miniſteriū ⁊ patientiā tuā: ⁊ opera tua no
uiſſima plura p̄oribus. Sꝫ habeo aduer D
ſus te pauca: q2 p̄mittis mulierē hiezabel
q̄ ſe dicit ꝓphetem docere ⁊ ſeducere ſer
uos meos fornicari ⁊ manducare de ido
lotitis. ¶ Et dedū illi tēpus vt penitentiā Job.24.
ageret: ⁊ nō vult penitere a fornicatione
ſua. Ecce ego mitto eā in lectū ⁊ q mechā
tur cū ea in tribulatiōe maxima erūt. ¶ ni Eſa.22.
ſi pniām ab operibus ſuis egerint: ⁊ fili Eccle.17.
os eius interficiā in mortem: ⁊ ſcient oēs Ezech.18.
eccleſie q2 ego ſum ſcrutans renes ⁊ cor Mt.4.c
da: ⁊ dabo vnicuiq̃ veſtrū ſm opera ſua Mr.1.c.
Vobis aūt dico ⁊ ceteris q thiatyre eſtis Luc.13.a
quicūq̃ nō habent doctrinā hanc ⁊ q nō Act.3.d.
cognouerunt altitudinem ſathane quēad
modum dicunt: non mittam ſuper vos
aliud pondus: tamen id quod habetis te
nete donec veniā. Et qui vicerit ⁊ cuſto
dierit vſq̃ in finem opera mea: dabo illi
poteſtatem ſuper gentes: ¶ ⁊ reget eas in j.19.c
virga ferrea ⁊ tanq̃ vas figuli cōfringē Ps.2.
tur: ſicut ⁊ ego accepi a patre meo ⁊ dabo
illi ſtellam matutinam. Qui habet aureꝫ
audiat: quid ſpiritus dicat eccleſijs.

Capitulum. III

A Et angelo eccleſie ſardis ſcribe.
Hec dicit qui habet ſeptem ſpiri
tus dei ⁊ ſeptēꝫ ſtellas. Scio ope
ra tua. quia nomē habes q2 viuas: ⁊ mor
tuus es. Eſto vigilans: ⁊ confirma cete
ra que moritura erant. Non enim inue
nio opera tua plena corā deo meo. In

mente ergo habe qualiter acceperis ⁊ au
i. Theſſa.5.a dieris et ſerua: et penitentiā age. ¶ Si er
i. Pe.3.c go nō vigilaueris veniā ad te tanq̄ fur et
B neſcies qua hora veniā ad te Sȝ hēs pau
ca noīa in ſardis q nō inquinauerūt veſti/
menta ſua: et ambulabūt mecuȝ in albis:
ſ.i.b. q: digni ſ͡t. ¶ Qui vicerit ſic veſtietᷣ veſti
mētꝭ albis: et nō delebo nomē ei⁹ d̄ libro
vite: et ↄfitebor nomē ei⁹ corā pr̄e meo ⁊
coraȝ āgelis ei⁹. Qui hȝ aurē audiat. qd
ſpūs dicat eccliijs. Et āgelo philadelphie
s.i.d. eccleſie ſcribe. ¶ Hec dicit ſanct⁹ et verus
Eſa.22. q habet clauē dauid q aperit et nemo clau
Job.12. dit. claudit et nemo aperit. Scio opa tua
Ecce dedi corā te oſtiū apertū qđ nēo pōt
claudere. q: modicā habes virtutē. et ſer
uaſti verbū meū et nō negaſti nomē meū
Ecce dabo de ſynagoga ſathane q dicunt
ſe iudeos eſſe et nō ſūt. ſed mētiunt̄. Ecce
faciā illos vt veniāt et adorēt añ pedes tu
os: et ſciēt q: ego dilexi te. Qm̄ ſuaſti v̄
bū patientie mee. et ego ſeruabo te ab ho
C ra temptationis q̄ ventura eſt in orbē vni/
uerſuȝ temptare habitantes in terra. Ecce
venio cito. Tene qđ habes: vt nemo ac/
cipiat coronā tuam. Qui vicerit faciā illū
colūnaȝ in tēplo dei mei. et foras nō egre
dietᷣ amplius. Et ſcribā ſup eū nomē dei
mei et nomē ciuitatis dei mei noue hieru
ſalē: q̄ deſcendit de celo a deo meo: et no/
mē meum nouū. Qui habet aurē audiat
qd ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo lao
dicie eccle ſic ſcribe. Hec dicit amen teſtꝭ
D fidelis ⁊ verus: q eſt pncipium creature
dei. Scio opera tua: q: neq̄ frigidus es
neq̄ calidus: vtinam frigidus eſſes aut
calidus: ſed q: tepidus es: ⁊ nec frigidus
nec calidus. incipiam te euomere ex ore
meo: q: dicis q̄ diues ſum ⁊ locupletatus
⁊ nullius egeo: ⁊ neſcis quia tu es miſer ⁊
miſerabilis: ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus.
Suadeo tibi emere a me aurū ignitū pro
batum vt locuples fias: ⁊ veſtimentis al
bis induaris: vt nō appareat cōfuſio nu
ditatꝭ tue ⁊ collyrio iunge oculos tuos vt
videas. Ego quos amo: arguo ⁊ caſtigo
Emulare ergo ⁊ pniaȝ age. Ecce ſto ad
oſtiū ⁊ pulſo: Si quis audierit vocē meā
⁊ aperuerit mihi ianuā intrabo ad illū: ⁊
cenabo cū illo. ⁊ ipſe mecum. Qui vicerit
dabo ei ſedē mecū i throno meo ſic̄ ⁊ ego
vici ⁊ ſedi cū pr̄e meo i throno ei⁹. Qui
hȝ aurē audiat: qd ſpūs dicat eccliijs.

Capitulum. IIII.

Post hec vidi: ⁊ ecce oſtiū aptū in A
celo: ⁊ vox pma quā audiui tanq̄
tube loquētis mecū dicēs. Aſce/
de huc ⁊ oſtēdam tibi q̄ oportet fieri cito.
¶ Poſt hec ſtatiȝ fui in ſpū. Et ecce ſedes ſ.i.c.
poſita erat in celo ⁊ ſupra ſedē ſedēs. Et
q ſedebat ſiƚis erat aſpectui lapidis iaſpi/
dis ⁊ ſardinis: ⁊ iris erat in circuitu ſedis
ſiƚis viſioni ſmaragdie. Et in circuitu ſe B
dis ſedilia vigintiq̄tuor. ⁊ ſup thronos vi
gintiq̄tuor ſeniores ſedentes circūamicti
veſtimētis albis: ⁊ i capitib⁹ eoꝝ coronas
aureas. Et de throno pcedebāt fulgura
⁊ voces ⁊ tonitrua: ⁊ ſeptē lāpades ardē C
tes añ thronū q̄ ſūt ſeptē ſpūs dei. Et i cō
ſpectu ſedis tanq̄ mare vitreū ſiƚe cryſtal/
lo: ⁊ i medio ſedis ⁊ i circuitu ſedis q̄tu/
or aīalia plena oculis añ ⁊ retro. Et aīal
pmū ſiƚe leoni ⁊ ſcđm ſiƚe vitulo: ⁊ tertiū
aīal hñs faciē q̄ſi hoīs: ⁊ quartū animal
ſiƚe aq̄le volanti. Et q̄tuor aīalia ſingula
eoꝝ habebāt alas ſenas: ⁊ in circuitu ⁊ i
tus plena ſūt oculis. Et requiē nō habe/ D
bāt die ac nocte dicētia. ¶ Sanctus ſcūs ſā Eſa. 6.
ctus dn̄s deus oīpotens: q erat ⁊ q ē ⁊ q
venturus eſt. Et cū darēt illa aīalia gl'iam
⁊ honorem ⁊ benedictionem ſedenti ſup
thronū viuēti in ſecula ſeculoꝝ pcidebāt
vigintiq̄tuor ſeniores añ ſedentē i thro/
no ⁊ adorabāt viuētē i ſecula ſeculoꝝ: ⁊
mittebāt coronas ſuas añ thronū dicētes
Dignus es domine deus noſter accipe/
re gloriam ⁊ honorem ⁊ virtutem: quia
tu creaſti omnia: ⁊ ppter voluntatē tuam
erant ⁊ creata ſunt. V

Et vidi in dextera ſedentis ſupra A
thronum librum ſcriptum intus
⁊ foris ſignatum ſigillis ſeptem.
Et vidi angelum fortem ⁊ predicantem
voce magna. Quis eſt dignus aperire li
brum ⁊ ſoluere ſignacula eius. Et nemo
poterat neq̄ in celo neq̄ i terra neq̄ ſub
tus terram aperire librum: neq̄ reſpice/
re illum. Et ego flebam multum. quoniā
nemo dignus inuentus eſt aperire librum
nec videre eū. Et vnus de ſeniorib⁹ dixit
mihi. Ne fleuerꝭ. Ecce vicit leo de tribu
iuda radix dauid apire libꝝ ⁊ ſoluē ſeptē
ſignacula ei⁹. Et vidi ⁊ ecce i medio thro

al ⁊ q̄ttuoꝛ aialiū ⁊ in medio ſenioꝝ agnū
ſtātē tāq̄ȝ occiſum habentē coꝛnua ſeptem
⁊ oculos ſeptē q ſunt ſeptē ſpūs dei miſſi i
oēm terraȝ. Et venit ⁊ accepit de dextera
j.6.a. ſedētis in throno libꝝ. ¶ ⁊ cū aperuiſſet li
C bꝝ: quattuoꝛ aialia ⁊ vigintiquattuoꝛ ſeni
oꝛes ceciderūt corā agno habentes ſingu
li citharas ⁊ phialas aureas plenas odo/
ramētoꝝ q̄ ſunt oꝛationes ſanctoꝝ: ⁊ cāta
bāt canticū nouum dicentes. Dignus es
dn̄e accipere libꝝ ⁊ aperire ſignacula ei⁹.
j.7.d. ¶ quoniā occiſus es ⁊ redemiſti nos deo i
ſanguine tuo ex oi tribu ⁊ lingua ⁊ popu/
lo ⁊ natione: ⁊ feciſti nos deo noſtro re/
gnū ⁊ ſacerdotes ⁊ regnabimus ſuper ter
D ram. Et vidi ⁊ audiui vocē āgeloꝝ mul/
toꝝ in circuitu throni ⁊ aialiū ⁊ ſenioꝛuȝ.
Job.25. ¶ ⁊ erat numerus eoꝝ milia miliū dicētiū
Daniel.7. voce magna. Dignus eſt agnus qui occi
Zach.9. ſus eſt accipere vtutē ⁊ diuinitatē ⁊ ſapiē
tiā: ⁊ foꝛtitudinē ⁊ honoꝛē ⁊ gloꝛiā ⁊ bn̄di
ctionē. Et oēm creaturā q̄ in celo eſt ⁊ ſu
per terrā ⁊ ſub terra: ⁊ que ſunt in mari:
⁊ que in eo: oēs audiui dicentes ſedenti i
throno ⁊ agno. Bn̄dictio ⁊ honoꝛ ⁊ gl'a
⁊ ptās in ſecula ſeculoꝝ. Et q̄ttuoꝛ aialia
dicebāt amen. Et vigintiq̄ttuoꝛ ſenioꝛes
ceciderūt in facies ſuas: ⁊ adoꝛauerūt vi/
uentē in ſecula ſeculoꝝ. VI

A ET vidi q̄ aperuiſſet agnus vnuȝ
de ſeptē ſigillis: ⁊ audiui vnū de
q̄ttuoꝛ aialibus dicens tāq̄ȝ vocē
tōitrui. Veni ⁊ vide. Et vidi: ⁊ ecce equ⁹
albus ⁊ qui ſedebat ſuꝑ illū habebat arcū:
⁊ data ē ei coꝛona: ⁊ exiuit vincēs vt vin
ceret. Et cū aperuiſſet ſigillū ſecundū au
diui ſecūdū animal dicens. Veni ⁊ vide.
Et exiuit alius equus rufus: ⁊ q ſedebat
ſuꝑ illū datū eſt ei vt ſumeret pacē de tra:
z.5.b. ⁊ vt inuicē ſe interficiant: ⁊ dat⁹ ē ei gla/
B dius magnus. ¶ Et cū aperuiſſet ſigilluȝ
tertiū audiui tertiū aial dicēs. Veni ⁊ vide
Et ecce equus niger: et q ſedebat ſuꝑ illū
habebat ſtaterā in manu ſua. Et audiui tā
q̄ȝ vocē in medio q̄ttuoꝛ aialiū dicentiuȝ.
Bilibꝛis tritici denario vno: et tres bili/
bꝛes hoꝛdei dēario vno: et vinū et oleū ne
leſeris. Et cū aꝑuiſſet ſigillū q̄rtū audiui
vocē q̄rti aialis dicētis. Veni ⁊ vide. Et
ecce equus pallidus: et q ſedebat ſuꝑ euȝ
nomē illi moꝛs: et infernus ſeq̄bat̄ eum.
Et data eſt illi ptās ſuꝑ q̄ttuoꝛ ꝑtes terre:

et interficere gladio fame et moꝛte et beſtijs
terre. Et cū aperuiſſet ſigillum q̄ntū: vidi
ſubtus altare aias interfectoꝝ ꝓpter ver
bum dei: et ꝓpter teſtimoniuȝ qđ hēbāt. C
Et clamabāt voce magna dicētes. ¶ Vſ j.19.a.
q̄ȝ dn̄e ſcūs et verus nō iudicas et nō vi
dicas ſanguinē nr̄m de his q habitāt i ter
ra? Et date ſunt illis ſingule ſtole albe: et
dictū eſt illis vt requieſcerēt adhuc tp̄s mo/
dicū donec cōpleant̄ ꝯſerui eoꝝ et fratreſ
eoꝝ q interficiendi ſunt ſicut et illi. Et vi
di cū aꝑuiſſet ſigillū ſextū: ¶ Et ecce terre Mt.27.f.
motus magn⁹ factus eſt. Et ſol factus ē D
niger tanq̄ȝ ſaccus cilicinus: et luna tota
facta eſt ſicut ſanguis: et ſtelle de celo ceci
derunt ſuꝑ terrā: ſicut fic⁹ emittit groſſos
ſuos cū a vento magno mouet̄. Et celuȝ
receſſit ſicut liber inuolutus et ois mons
et inſule de locis ſuis mote ſunt. Et regeſ
terre et ꝑncipes et tribuni et diuites et foꝛ
tes: et ois ſeruus et liber abſcōderunt ſe in
ſpeluncis: et in petris mōtiū. ¶ Et dicunt j.9.b.
montibus et petris cadite ſuꝑ nos: et ab Eſa.2.
ſcōdite nos a facie ſedentis ſuꝑ thronum Luc.23.e.
et ab ira agni: qm̄ venit dies magnus ire Oſee.10.
ipſoꝝ. Et qs poterit ſtare. VII

A POſt hec vidi quattuoꝛ āgelos ſtā
tes ſuper quattuoꝛ angulos terre
tenētes quattuoꝛ ventos terre ne
flarent ſuꝑ terrā: neq̄ȝ ſuper mare neq̄ȝ i
vllā arboꝛē. Et vidi alterū angelū aſcen/
dentē ab oꝛtu ſolis habentē ſignū dei vi/
ui: et clamauit voce magna q̄ttuoꝛ angeliſ
qbus datū ē nocere terre et mari dicens.
¶ Nolite nocere terre et mari neq̄ȝ arbo/ j.9.a.
ribus quoadusq̄ȝ ſignemus ſeruos dei nr̄i Ezech.9.
in frontibus eoꝝ. Et audiui numeꝝ ſigna Exo.10.
toꝝ centū quadragintaq̄ttuoꝛ milia ſigna B
ti ex omni tribu filioꝝ iſrael. ¶ Ex tribu iu j.19.a.
da.xij. milia ſignati. Ex tribu ruben.xij.
milia ſignati. Ex tribu gad.xij. milia ſi/
gnati. Ex tribu Aſer.xij. milia ſignati.
Ex tribu neptalim.xij. milia ſignati. Ex
tribu manaſſe.xij. milia ſignati. Ex tri/
bu ſymeon.xij. milia ſignati. Ex tribu le
ui.xij. milia ſignati. Ex tribu iſachar.xij
milia ſignati. Ex tribu zabulō.xij. milia
ſignati. Ex tribu ioſeph.xij. milia ſigna
ti. Ex tribu beniamin.xij. milia ſignati.
Poſt hec vidi turbā magnam quā dinu
merare nemo poterat ex oibus gentibus,
et tribubus et populis et linguis ſtantes

 

ante thronū et in cōſpectu agni amicti ſto
lis albis: et palme in manibus eoꝝ. Et cla
mabant voce magna dicētes. Salus deo
nr̄o q ſedet ſuper thronū et agno. Et oēs
angeli ſtabāt in circuitu throni et ſenioꝝ
et q̄tuor aīaliū: et ceciderūt i ɔſpectu thro
ni in facies ſuas: et adorauerunt deū dicē
D tes. Amē. Bñdictio et claritas et ſapiā:
et graꝝ actio: honor et virtus et fortitudo
deo nr̄o in ſecula ſeculoꝝ. Amen. Et rñ
dit vnus de ſenioribus et dixit mihi. Hi
q amicti ſunt ſtolis albis q̄ ſūt et vñ vene
rūt? Et dixi illi. Dñe mi tu ſcis: et dixit mi
hi. Hi ſūt q venerūt de tribulatione mag
et lauerūt ſtolas ſuas: et dealbauerūt eas
in ſanguine agni. Ideo ſūt ante thronū
I.5.c. dei et ſeruiunt ei die ac nocte in tēplo eius
Yſa 31. et q ſedet in throno habitabit ſuper illos.
Ierē.5. Nō eſurièt neq3 ſitient amplius: neq3 ca
i.1.a. det ſup illos ſol neq3 vllus eſtus: qm agnus
q in medio throni ē reget illos: et deducet
eos ad vite fontes aquaꝝ: et abſterget de
us omnem lacrymā ab oculis eoꝝ.

Capitulum VIII.

A Et cū aperuiſſet ſigillū ſeptimū:
factū eſt ſilentiū in celo q̄ſi media
hora: et vidi ſeptē angelos ſtātes
in conſpectu dei: et date ſunt illis ſeptē tu
be. Et alius angelus venit et ſtetit añ al
tare hñs thuribulū aureum et data ſunt il
li incēſa multa: vt daret de oronibus ſctōꝝ
oium ſup altare aureū qd eſt añ thronū dī
Et aſcēdit fumus incenſoꝝ de oronibus
B ſcoꝝ de manu angeli coram deo. Et acce
pit angelus thuribulū aureū: et impleuit
illud de igne altaris: et miſit in terrā: et fa
cta ſunt tonitrua et voces et fulgura et ter
remotus magnus: et ſeptem angeli q ha
bebant ſeptē tubas ꝑparauerunt ſe vt tu
ba canerent. Et primus angelus tuba ceci
nit. Et facta ē grādo et ignis: mixta i ſan
C guine: et miſſū eſt in terra. Et tertia ps
terre combuſta eſt. et tertia pars arboꝝ
concremata eſt: et omne ſenum viride cō
buſtum eſt. Et ſecundus angelus tuba ce
cinit. et tanq̄ mōs magnus igne ardens
miſſus eſt in mare. Et facta eſt tertia pars
maris ſanguis: et mortua eſt tertia pars
creature eoꝝ que habebant animas in
mari: et tertia pars nauium īterijt. Et ter
D tius angelus tuba cecinit et cecidit de celo
ſtella magna ardens tanq̄ facula. Et ce
cidit in tertiam partē fluminum et in fon
tes aquaꝝ: et nomen ſtelle dicitur abſin
thium. Et facta eſt tertia pars aquaꝝ i ab
ſinthiū: et multi hoīm mortui ſunt de aqs
q2 amare facte ſunt. Et q̄rtus angelus ce
cinit: et pcuſſa ē tertia ps ſolis et tertia ps
lune et tertia pars ſtellaꝝ: ita vt obſcura
retur tertia ps eoꝝ et diei nō luceret pars
tertia et noctis ſimiliter. Et vidi et audiui
vocem vnius aqle volantis per medium
celi dicentis voce magna. Ve ve ve habi
tantibus in terra de ceteris vocibus triū
angeloꝝ qui erant tuba canituri. IX.

Et quintus angelus tuba cecinit: et A
vidi ſtellā de celo cecidiſſe i terrā
et data ē ei clauis putei abyſſi. Et I.20.a.
apuit puteū abyſſi. Et aſcēdit fumus putei I.14.c.
ſicut fumus fornacis magne: et obſcuratus 7.19.a.
eſt ſol et aer de fumo putei. Et d fumo pu
tei exierunt locuſte in terrā: et data eſt illis
poteſtas ſicut habent ptātem ſcorpiones
terre. Et p̄ceptum eſt illis ne lederēt fe Exo.10.
num terre: neq3 omne viride neq3 omnē Ezech.9.
arborem: niſi tm̄ hoies qui non habēt ſi ō.7.a.
gnum dei in frontibus ſuis. Et datū eſt B
illis ne occiderent eos: ſed vt cruciarent ō.6.d.
menſibus quinq3. Et cruciatus eoꝝ vt cru Eſa.2.
ciatus ſcorpij: cū percutit hoiem. Et i die Oſee.10.
bus illis q̄rent hoies mortē: et nō iuenient Luc.23.c
eā: et deſiderabūt mori et fugiet mors ab Sap.16.
eis. Et ſimilitudies locuſtaꝝ ſimiles eqs
paratis in prelium: et ſuper capita earum
tanq̄ corone ſimiles auro: et facies earū
ſicut facies hoīum. Et habebant capillos
ſicut capillos mulierū: et dentes eaꝝ ſicut
dentes leonū erant. Et habebant loricas
ſicut loricas ferreas et vox alaꝝ earum ſi
cut vox curruum equorum multorū cur
rentium in bellum. Et habebant caudas
ſimiles ſcorpionum: et aculei erant in cau
dis earum: et poteſtas earum nocere ho
minibus menſibus quinq3. Et habebāt
ſuper ſe regem angelum abyſſi cui nomē C
hebraice abaddon: grece autem apollion
et latine habens nomen exterminās. Ve
vnum abijt et ecce veniunt adhuc duo ve
poſt hec. Et ſextus angelus tuba cecinit:
et audiui vocem vnam ex quattuor cor
nibus altaris aurei quod eſt ante oculos
dei dicentem ſexto angelo qui habebat tu
bam. Solue quattuor angelos qui alli
gati ſunt in flumine magno eufraten.

Et ſoluti ſunt quattuor angeli qui parati
erant in horam et diem et menſem et an/
num vt occiderēt tertiā partē hoium. Et
numerus equeſtris exercitus vicies millies
dena milia: ⁊ audiui numeꝝ eoꝝ. Et ita
vidi equos in viſione: ⁊ q ſedebāt ſuper
eos: hēbant loricas igneas ⁊ hyacinthinas
⁊ ſulphureas: ⁊ capita eqꝝ erāt tāq̄ȝ capita
leonū: ⁊ de ore eoꝝ ꝓcedit ignis ⁊ fumus
⁊ ſulphur. Et ab his tribus plagis occiſa
eſt tertia pars hoium de igne ⁊ de fumo ⁊
ſulphure q̄ ꝓcedebant ex ore ipſoꝝ. Po
teſtas. n. equoꝝ in ore eoꝝ eſt: ⁊ in caudis
eoꝝ. Nā caude eoꝝ ſimiles ſerpētib⁹ ha
bentes capita: ⁊ in his nocent. Et ceteri
hoies q nō ſunt occiſi in his plagis: neq̄ȝ
pniam egerunt de operibus manuū ſuaꝝ
vt nō adorarent demonia ⁊ ſimulacra au
rea ⁊ argentea ⁊ erea ⁊ lapidea ⁊ lignea q̄
neq̄ȝ videre poſſunt neq̄ȝ audire neq̄ȝ am
bulare: ⁊ nō egerūt pniam ab homicidijs
ſuis: neq̄ȝ a veneficijs ſuis: neq̄ȝ a forni/
catione ſua: neq̄ȝ a furtis ſuis. X

A ET vidi alium angelū fortē deſcen
dentē de celo amictū nube ⁊ iris i
capite eius. Et facies eius erat vt
ſol ⁊ pedes eius tāq̄ȝ columna ignis. Et ha
bebat in manu ſua libellū apertū: ⁊ poſuit
pedē ſuū dextrū ſupra mare: ſiniſtrū autē
ſup terrā: ⁊ clamauit voce magna quē ad
modū cū leo rugit. Et cū clamaſſet: locuta
ſunt ſeptē tonitrua voces ſuas. Et cuȝ lo
B cuta fuiſſent ſeptē tonitrua voces ſuas: ⁊
ego ſcripturus erā. Et audiui vocē de ce
lo dicentē mihi. Signa q̄ locuta ſūt ſeptez
tonitrua: ⁊ noli ea ſcribere. Et angelus
C quē vidi ſtantē ſupra mare ⁊ ſupra terraȝ
Daniel.12. leuauit manū ſuam ad celuȝ. ¶ ⁊ iurauit p
viuentē in ſecula ſeculoꝝ q creauit celum
⁊ ea q̄ in eo ſunt: ⁊ terrā ⁊ ea que in ea ſūt
⁊ mare ⁊ ea que in eo ſunt: q: tempus nō
erit amplius: ſed in diebus vocis ſeptimi
angeli: cū ceperit tuba canere: ꝯſūmabit
myſteriū dei: ſicut euangelizauit p ſeruos
ſuos ꝓphetas. Et audiui vocē de celo ite
D rū loquentē mecum ⁊ dicentē. Vade ⁊ ac
cipe librū apertū de manu angeli ſtantis
ſupra mare ⁊ ſup terrā. Et abij ad angelū
dicens ei vt daret mihi librum: ⁊ dixit mi
Ezech. 3. hi. ¶ Accipe librū ⁊ deuora illum: ⁊ faciet
amaricari ventrē tuuȝ: ſed in ore tuo erit
dulce tāq̄ȝ mel. Et accepi librum de ma/
nū angeli ⁊ deuoraui illum: ⁊ erat in ore
meo tanq̄ȝ mel dulce. Et cum deuoraſſeȝ
eum amaricatus eſt venter meus. Et di/
xit mihi. Oportet iterum prophetiȝare
gentibus ⁊ populis ⁊ linguis ⁊ regibus
multis. XI

ET datus eſt mihi calamus ſimilis
virge ⁊ dictum eſt mihi. Surge A
⁊ metire teplū dei ⁊ altare: ⁊ ado
rantes in eo. Atriū aūt quod eſt foris tē
plum eijce foras: ne metiaris illud: qm̄
datum eſt gentibus. Et ciuitatem ſanctaȝ
calcabunt menſibus quadraginta duobus
Et dabo duobus teſtibus meis: ⁊ ꝓphe
tabunt diebus mill' ducentis ſexaginta a
micti ſaccis. Hi ſūt due oliue ⁊ duo cā
delabra in conſpectu dñi terre ſtātes. Et
ſiquis voluerit eos nocere: ignis exiet de
ore eoꝝ: ⁊ deuorabit inimicos eoꝝ: ⁊ ſiqs
voluerit eos ledere: ſic oportet eum occi/
di. Hi habent poteſtatē claudendi celuȝ B
ne pluat diebus ꝓphetie illoꝝ: ⁊ ptātem
habent ſup aquas conuertendi eas in ſan
guinem: et percutere terram omni plaga
quotienſcunq̄ȝ voluerint. ¶ Et cum finie Daniel.7.
rint teſtimonium ſuum. Beſtia q̄ aſcen/
dit de abyſſo faciet aduerſus eos belluȝ ⁊
vincet illos: et occidet eos. Et corpora eo
rū iacebunt in plateis ciuitatis magne: q̄
vocatur ſpiritualiter ſodoma et egyptus vbi
et dñs eoꝝ crucifixus eſt. Et videbunt de
tribubus et populis et linguis et gentib⁹
corpora eoꝝ per tres dies et dimidium: et
corpora eoꝝ non ſinent poni in monumē
tis. Et inhabitantes terram gaudebunt
ſuper illos et iocundabuntur: et munera C
mittent inuicem: quoniaȝ hi duo ꝓphete
cruciauerunt eos qui habitabant ſup ter/
ram. Et poſt dies tres et dimidium ſpūs
vite a deo intrauit in eos. ¶ Et ſteterunt Ezech.37.
ſuper pedes ſuos et timor magnus ceci/
dit ſuper eos qui viderunt eos. Et audie
runt vocem magnam de celo dicentē eis
Aſcendite huc. Et aſcenderūt in celū i nu
be: et viderūt illos inimici eoꝝ. ¶ Et ī illa Act.i.b.
hora factus eſt terremotus magnus: et d Luc.24.g.
cima pars ciuitatis cecidit. Et occiſa ſunt
in terremotu nomina hominum ſeptem D
milia: et reliqui in timorē ſunt miſſi: et de
derūt gloriā deo celi. Ve ſcdm abijt: et ec
ce ve tertiū veniet cito. Et ſeptim⁹ āgelus
tuba cecinit. et facte ſūt voces magne i ce/

lo dicẽtes. Factū ē regnū huius mūdi dñi
noſtri ⁊ xpi eius: ⁊ regnabūt in ſecula ſe-
culoꝝ. Amē. Et viginti q̈ttuor ſeniores
q in ↄſpectu dei ſedent in ſedibus ſuis ce-
ciderūt in facies ſuas ⁊ adorauerūt deū di-
cẽtes. Gratias agimus tibi dñe deus nr̄ oī-
potens q es ⁊ q eras ⁊ q venturus es: q2
accepiſti virtutē tuā magnā ⁊ regnaſti.
Et irate ſunt gẽtes: ⁊ aduenit ira tua: ⁊ tē-
pus mortuoꝝ iudicari: ⁊ reddere merce-
dē ſeruis tuis ꝓphetis ⁊ ſcis ⁊ timẽtib⁹
nomē tuū puſillis ⁊ magnis: ⁊ exterminā-
di eos q corruperunt terrā. Et apertū eſt
tēplū dei in celo ⁊ viſa eſt arca teſtamenti
eius in tēplo eius. Et facta ſunt fulgura ⁊
voces ⁊ terremotus ⁊ grādo magna. XII
A Et ſignū magnuꝫ apparuit in celo:
Mulier amicta ſole ⁊ luna ſb pe-
dibus eius: ⁊ in capite ei⁹ corona
ſtellaꝝ duodeci. Et in vtero habēs ⁊ cla-
mabat ꝑturiēs ⁊ cruciat̄ vt pareat. Et vi-
ſū ē aliud ſignū in celo. Et ecce draco ma-
gnus rufus habens capita ſeptē ⁊ cornua
decē: ⁊ in capitibus ſuis ſeptē diademata
⁊ cauda eius trahebat terciā partē ſtellaꝝ
celi: ⁊ miſit eas in terram. Et draco ſtetit
ante mulierē q̄ erat paritura vt cū peperiſ-
ſet filiū eius deuoraret. Et pepit filiū maſ-
B culū q recturus erat oēs gentes in virga
ferrea. Et raptus ē fili⁹ ei⁹ ad deum ⁊ ad
thronū eius: ⁊ mulier fugit in ſolitudineꝫ
vbi habebat locū paratū a deo: vt ibi paſ-
cat eā diebus mille ducentis ſexaginta. Et
factū eſt preliū magnū in celo. Michael ⁊
angeli eius ꝓliabant̄ cū dracone: ⁊ draco
pugnabat ⁊ angeli eius: ⁊ nō valuerūt: ne-
qꝫ locus inuentus ē eoꝝ amplius in celo.
C Et ꝓiectus ē draco ille magnus: ſerpens
antiquus q vocat̄ diabolus ⁊ ſathanas: q
ſeducit vniuerſū orbē ⁊ ꝓiect⁹ ē in terraꝫ
⁊ angeli eius cū illo miſſi ſunt. Et audiui
vocē magnā in celo dicentē. Nunc facta
eſt ſalus ⁊ virtus ⁊ regnuꝫ dei nr̄i ⁊ ptās
xp̄i eius: q2 ꝓiectus eſt accuſator fratrum
noſtroꝝ. q accuſabat illos an̄ ↄſpectū dei
noſtri die ac nocte ⁊ ipſi vicerunt eum ꝓ-
pter ſanguinem agni: ⁊ ꝓpter verbuꝫ te-
ſtimonij ſui ⁊ nō dilexerunt aīas ſuas vſ-
qꝫ ad mortem. Propterea letamini celi ⁊
qui habitatis in eis. Ve terre ⁊ mari: q2
deſcendit diabolus ad vos habens iram
magnam ſciens q2 modicū tempus habꝫ.
Et poſtq̈ꝫ vidit draco q2 ꝓiectus eēt i ter-
rā ꝑſecutus eſt mulierē q̄ pepit maſculuꝫ
Et date ſunt mulieri ale due aq̄le magne.
vt volaret in deſertū i locū ſuū vbi alit per
tp̄s ⁊ tpa ⁊ dimidiū tpis a facie ſerpentis
Et miſit ſerpēs ex ore ſuo poſt mulierem
aquā tāq̈ꝫ flumē vt eā faceret trahi a fluīe
Et adiuuit terra mulierem: ⁊ apuit terra
os ſuū: ⁊ abſorbuit flumē qd̄ miſit draco
de ore ſuo. Et iratus ē draco i mulierē: ⁊
abijt facere ꝓliū cū reliq̄s de ſemine eius
qui cuſtodiunt mādata dei: ⁊ hñt teſtimo-
niuꝫ ieſu xp̄i. Et ſtetit ſuper arenam ma-
ris. XIII.
Et vidi de mari beſtiā aſcēdētem A
hñtem capita ſeptē ⁊ cornua decē
⁊ ſup cornua eius decē diademata
⁊ ſup capita eius noīa blaſphemie. Et be-
ſtia quā vidi ſilis erat pardo ⁊ pedes eius
ſicut pedes vrſi: ⁊ os eius ſicut os leonis
⁊ dedit illi draco virtutē ſuā ⁊ ptātē ma-
gnā. Et vidi vnū de capitibus ſuis quaſi
occiſum in mortē: ⁊ plaga mortis eius cu-
rata eſt. Et admirata eſt vniuerſa terra p⁹
beſtiā. Et adorauerūt draconē q dedit po-
teſtatem beſtie: ⁊ adorauerunt beſtiam di-
centes. Quis ſimilis beſtie: ⁊ qs poterit
pugnare cuꝫ ea? Et datū ē ei os loquens
magna ⁊ blaſphemias ⁊ data ē ei ptās fa- B
cere menſes q̈draginta duos. Et apuit os
ſuū in blaſphemias ad deuꝫ blaſphemare
nomen eius ⁊ tabernaculū eius: ⁊ eos q i
celo hitant. Et eſt datū illi bellū facere cū
ſanctis: ⁊ vincere eos. Et data ē illi ptās
i oēm tribū ⁊ ppl'm ⁊ linguā ⁊ gentēꝫ: et
adorauerūt eā oēs q inhabitāt terrā. Quoꝝ
non ſūt ſcripta noīa in libro vite agni qui I.20.d.
occiſus ē ab origine mundi. Si qs hꝫ au- Phil.4.d.
rē audiat. Qui in captiuitatē duxerit: in C
captiuitateꝫ vadet: ſi q in gladio occiderit Mt.26.c.
oꝫ eū gladio occidi. Hic eſt patientia ⁊ fi- Gen.9.
des ſcōꝝ. Et vidi aliā beſtiā aſcendenteꝫ
d̄ terra ⁊ hēbat cornua duo ſilia agni. Et
loq̄bat̄ ſicut draco. Et ptātē prioris beſtie
oēm faciebat in ↄſpectu eius: ⁊ fecit terrā
⁊ habitantes in ea adorare beſtiā primā:
cuius curata eſt plaga mortis. Et fecit ſi-
gna magna vt etiā ignē faceret de celo de-
ſcendere in terrā in ↄſpectu hoīum. Et ſe- D
duxit habitantes in terra ꝓpter ſigna que
data ſunt illi facere in ↄſpectu beſtie dicēs
habitantibus in terra vt faciant imaginē

beſtie q̄ h̄ꝫ plagā gladij ⁊ vixit. Et datū ē
illi vt daret ſpm̄ imagini beſtie: ⁊ vt loq̄t
imago beſtie: ⁊ faciet vt q̄cūq; nō adora/
uerit imaginē beſtie occidat. et faciet oēs
puſillos ⁊ magnos ⁊ diuites ⁊ paupes et
liberos ⁊ ſeruos hr̄e characterē i dextera
manu aut in frōtibus ſuis: ⁊ ne q̄s poſſit
emere aut vēdere: niſi q̄ hēat characterē
aut nomē beſtie: aut numerꝫ nomīs ei⁹.
Hic ſapia ē. Qui h̄ꝫ intellectū ɔputet nu
merꝫ beſtie. Nūer⁹. n. hoīs ē ⁊ numerus
eius ſexcenti ſexagintaſex.

Capitulum. XIIII

A Et vidi: ⁊ ecce agnus ſtabat ſupra
mōtē ſyon: ⁊ cū eo cētū q̄draginta
quattuor milia hñtes nomē ei⁹ et
nomē pr̄is ei⁹ ſcriptū in frōtib⁹ ſuis. Et
audiui vocē de celo tāq; vocē aquarꝫ mul
tarꝫ ⁊ tāq; vocē tonitrui magni: ⁊ vocem
quā audiui ſicut citharedorꝫ citharizātiū i
citharis ſuis. Et cātabāt q̄ſi cāticū nouuꝫ
an̄ ſedē ⁊ an̄ q̄ttuor aīalia ⁊ ſeniores: ⁊ ne
mo poterat dicere cāticū niſi illa cētū qua
draginta quattuor milia q̄ ēpti ſūt de terra
Hi ſūt q̄ cū mulierib⁹ nō ſunt coinq̄nati:
Vgines eni ſunt. Hi ſequūt agnū q̄cūq;
ierit. Hi empti ſūt ex oīb⁹ p̄mitie deo ⁊ a/
gno: ⁊ in ore eorꝫ nō ē inuentū mēdaciuꝫ
B Sine macula eni ſūt an̄ thronū dei. Et vi
di alterꝫ angelū volantē p̄ mediū celū ha/
bentē euangeliū eternū vt euāgelizaret ſe
dētibus ſup terrā ⁊ ſup oēm gētē ⁊ tribū
Ps. 33. ⁊ linguā ⁊ pp̄lꝫ: dicēs magna voce. ¶ Ti
mete dn̄m: ⁊ date illi honorē: q2 venit ho
Ps. 145. ra iudicij eius: ⁊ adorate eū: ¶ q̄ fecit celuꝫ
Act. 14. c. ⁊ terrā: mare ⁊ fontes aquarꝫ. Et ali⁹ an/
j. 18. a. gelus ſecut⁹ ē dicēs. ¶ Cecidit cecidit ba/
Hiere. 51. bylō illa magna: q̄ a vino ire fornicatiōis
Eſa. 21. ſue potauit oēs gentes. Tertius angelus
ſecutus ē illos: dicēs voce magna. Siq̄s
adorauerit beſtiā ⁊ imaginē ei⁹: ⁊ accepe
rit characterē in frōte ſua aut in manu ſua
h̄ bibet de vino ire dei q̄d mixtū ē mero i
calice ire ipſius. Et cruciabit igne ⁊ ſul/
C phure in ɔſpectu āgelorꝫ ſcōꝝ: ⁊ an̄ ɔſpe
j. 9. a. ctū agni. ¶ Et fum⁹ tormētorꝫ eorꝫ aſcen/
⁊. j. 19. a. det in ſecula ſeculorꝫ. Nec hn̄t requiē die
ac nocte q̄ adorauerūt beſtiā ⁊ imaginem
eius: ⁊ ſi q̄s accepit characterē noīs eius.
Hic patiētia ſcōꝝ ē q̄ cuſtodiūt mandata
dei ⁊ fidē ieſu. Et audiui vocē de celo di/
cētē mihi. Scribe. Beati mortui q̄ i dn̄o
moriunt. Amodo iā dicit ſpūs vt requie/
ſcant a laboribus ſuis. Opa eni illorꝫ ſe/
quunt illos. Et vidi ⁊ ecce nubē cādidaꝫ
⁊ ſup nubē ſedētē ſilem filio hoīs hn̄tē in
capite ſuo coronā aureā ⁊ in manu ſua fal
cē acutā. Et alius angelus exiuit de tēplo
clamans voce magna ad ſedētē ſup nubē
Mitte falcē tuā ⁊ mete: q2 venit hora vt D
metat: q̄m aruit meſſis terre. Et miſit qui
ſedebat ſup nubē falcē ſuā in terra: ⁊ meſ
ſuit eā. Et alius angel⁹ exiuit de tēplo q̄d
ē i celo hn̄s ⁊ ipſe: falcē acutā. Et alius an
gel⁹ exiuit de altari q̄ hēbat ptātē ſup ignē
⁊ clamauit voce mag̃ ad eū q̄ hēbat falceꝫ
acutā dicēs. Mitte falcē tuā acutā: ⁊ vin
demia botros vinee ire: q̄m mature ſūt vue
eius. Et miſit angelus falcē ſuam acutam
i terrā: ⁊ vindemiauit vineā terre: ⁊ mi/
ſit in lacū ire dei magnū. Et calcatus ē la
cus extra ciuitatē: ⁊ exiuit ſanguis de lacu
vſq; ad frenos equorꝫ per ſtadia mille ſex
centa. XV. A

A Et vidi aliud ſignū i celo magnū
⁊ mirabile: angelos ſeptem habē
tes plagas ſepteꝫ nouiſſimas: quo
niam in illis conſūmata eſt ira dei
Et vidi tāq; mare vitreuꝫ mixtum igne:
⁊ eos q̄ vicerūt beſtiā ⁊ imagineꝫ eius: et
numerꝫ noīs ei⁹. ſtātes ſupra mare vitreū B
hñtes citharas dei: ⁊ cantātes cāticū moy
ſi ſerui dei: ⁊ canticū agni dicentes. Ma
gna ⁊ mirabilia ſunt opa tua dn̄e deus oi
potens iuſte ⁊ vere ſunt vie tue dn̄e rex ſe
culorum. Quis nō timebit te dn̄e: ⁊ ma/
gnificabit nomen tuum. Quia ſolus pi⁹ C
es: quoniam omnes gentes venient ⁊ ado
rabunt in conſpectu tuo: quoniam iudicia
tua manifeſta ſunt. Et poſt hec vidi: ⁊ ec
ce apertum eſt templum tabernaculi teſti
monij in celo. Et exierunt ſeptem angeli
habentes ſeptem plagas de templo: ve/
ſtiti lapide mundo ⁊ candido: ⁊ precincti
circa pectora zonis aureis. Et vnum de
quattuor animalibus dedit ſeptem ange/
lis ſeptem phialas aureas plenas iracun
die dei viuentis in ſecula ſeculorum. Et
impletum ē templum dei fumo a maieſta
te dei ⁊ de virtute eius: ⁊ nemo poterat i
troire in templum: donec cōſūmarentur
ſeptem plage ſeptem angelorum. XVI

A Et audiui vocē magnā de tēplo
dicentē ſeptē angelis. Ite ⁊ effū/
dite ſeptē phialas ire dei in terrā
Et abijt pmus angelus ⁊ effudit phialā
ſuā i terrā: ⁊ factū eſt vuln9 ſeuū ⁊ peſſi
mū i hoīes q habebāt characterē beſtie: ⁊
in eos q adorauerūt beſtiā ⁊ imaginē ei9
Et ſcdus angelus effudit phialā ſuam in
mare: ⁊ fact9 eſt ſanguis tanq̄ mortui: ⁊
oīs aīa viuēs mortua ē i mari. Et tertius
effudit phialā ſuā ſup flumina ⁊ ſup fon/
tes aquarū: ⁊ factus ē ſanguis. Et audiui
angelū aquarū dicentē. Juſtus es dñe q
es ⁊ q eras ſcūs: q hoc iudicaſti: qr ſāgui
B nē ſcōr ⁊ pphetarū effuderūt: ⁊ ſāguinē
eis dediſti bibere. Digni enī ſunt. Et au
diui alterū dicentē. Etiā dñe de9 oīpotēs
vera ⁊ iuſta iudicia tua. Et quartus ange
lus effudit phialā ſuam i ſolē ⁊ datū ē illi
eſtu affligere hoīes ⁊ igni. Et eſtuauerūt
hoīes eſtu magno. ⁊ blaſphemauerūt no
men dei habētis ptātem ſup has plagas
neq̄ egerūt pniāz vt darēt illi gloriā. Et
C qntus angelus effudit phialā ſuā ſup ſe/
dē beſtie: ⁊ factū eſt regnū eius tenebro/
ſum: ⁊ cōmanducauerūt linguas ſuas p̄
dolore: ⁊ blaſphemauerūt deū celi p̄ dolo
ribus ⁊ vulneribus ſuis: ⁊ nō egerūt pe/
nitētiā ex operib9 ſuis. Et ſextus angel9
effudit phialā ſuā i flumē illud magnū eu
fratē. ⁊ ſiccauit aquā eius vt ppararetur
via regibus ab ortu ſolis. Et vidi de ore
draconis ⁊ de ore beſtie ⁊ de ore pſeudo
pphete exire ſpiritus tres immūdos in
modū ranarū. Sūt enī ſpiritus demonio
rū facientes ſigna: ⁊ procedunt ad reges
D totius terre cōgregare illos in p̄liū ad
13.a. diē magnum oīpotentis dei. ¶ Ecce ve/
i. Theſſa. 5. a nio ſicut fur. ¶ Beatus q vigilat ⁊ cuſto/
1. Pe. 3. c dit veſtimēta ſua ne nudus ambulet ⁊ vi
Mt. 24. g deant turpitudinē eius. Et congregabit
Luc. 12. c illos in locū q vocat hebraice hermage/
2. Cor. 5. a. don. Et ſeptimus angelus effudit phia/
lam ſuam in aerē: ⁊ exiuit vox magna de
templo a throno dicens. Factum eſt. Et
facta ſūt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua ⁊ ter
remotus factus eſt magnus qualis nunq̄
fuit ex quo hoīes fuerūt ſup terram talis
terremotus ſic magnus. Et facta eſt ciui
tas magna in tres partes ⁊ ciuitates gen
tiū ceciderūt. Et babylon magna venit i
memoriā ante deū: dare illi calicē vini in
dignatōis ire eius. Et oīs inſula fugit: ⁊
montes non ſunt inuenti. Et grando ma/
gna ſicut talentum deſcendit de celo i ho/
mines: ⁊ blaſphemauerunt hoīes deum
ppter plagam grandinis: quoniam ma
gna facta eſt vehementer.

## ¶ Capitulum. XVII

Et venit vnus de ſeptē angelis A
q habebāt ſeptē phialas: ⁊ locut9
eſt mecum dicens. Veni ⁊ oſten
dā tibi dānationē meretricis magne que
ſedet ſuper aquas multas cū qua fornicati
ſunt reges terre: ⁊ inebriati ſunt q inha/
bitant terrā de vino pſtitutionis ei9. Et
abſtulit me in ſpiritu in deſertū. Et vidi
mulierem ſedentē ſuper beſtiam coccine B
am plenā noībus blaſphemie habentem
capita ſeptē ⁊ cornua decē Et mulier erat
circūdata purpura ⁊ coccino et inaurata
auro et lapide precioſo et margaritis: ha
bens poculū aureum in manu ſua plenū
abhominatione et immunditia fornicatōis
eius. Et in fronte eius nomen ſcriptum
